CONSILIA

SEV IVRIVM RESPONSA

CLARISSIMI, AC IVRIVM CONSVLTISSIMI

DOMINI PAVLI STAIBANI SENIORIS

PATRITII SCALENSIS, AC NEAPOLITANI,
& Patroni causarum sua tempestate primarij.

IN QVIBVS MATERIAE, AC QVAESTIONES DOCTISSIMAE, AC quotidiè in foro versantes, & præsertim feudales, maxima cum doctrina, ac ingenij acumine, tum de iure communi feudorum, tum municipali huius Regni in casibus maximorum Principum enucleantur.

OPVS TAM IVDICIBVS, QVAM PATRONIS CAVSARVM aliisque in foro versantibus perutile, ac necessarium.

CVM SVMMARIIS, ARGVMENTIS, INDICE, TVM ARGVMENTORVM, tum rerum omnium notabilium locupletissimo, ac nonnullis additionibus in fine Consiliorum confectis

Per

PAVLVM STAIBANVM RVSSVM IVNIOREM IVRECONSVLTVM Regium Auditorem prius in Prouincia Principatus ultra, ac postmodum in Prouincijs Principatus Citra, & Basilicatę, Authoris Nepotem.

ACCESSERVNT ETIAM PLVRES DECISIONES, [illegible] CASIBVS CONSILIORVM; quam similium factæ per huius Ciuitatis suprema Tribunalia positæ, tam in ipsis Consilijs, quam quæ postea habitæ sunt in indice Argumentorum.



NEAPOLI, MDCXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Ex Typographia Octauij Beltrani.

ILLVSTRISSIMO, ATQVE EXCELL.^MO

DOMINO

D. BALTHASARI DE ZVNICA

HISPANO PRIMATI

EX SVPREMO CATHOLICÆ MAIESTATIS CONSILIO ITALIAE PRAESIDI.

Paulus Staibanus Iunior I. C. F. P.

VIRTVTEM Sublimi in Montis vertice (Illustrissime, idemq; Excellentissime Princeps) suum collocasse domicilium ingeniosa fabulabatur Antiquitas, cuius ad celsitudinem difficillimo aditu non omnibus dabatur ascensus ad vberrimos sapientiæ fructus delibandos. Filia verò Iouis benignior ijs, qui ad accessum auidè aspirabant, oram cycladis porrigebat, cui illli tenaciter adhærentes optatas contingebant sedes bonis omnibus abundè cumulati. Monti huic non absimilem dicam Celsitudinem Excellentiæ Tuæ, tùm quia ex Illustrissimo ZVNICAE Familiæ (quæ vnicè fulget) genere ortum ducis, in qua tot Heroes floruère, è qua tot Clarissimi Viri tanquam ex Equo Troiano prodière, qui Hispaniæ rerum dominatricis nomen extulerunt ad Cœlum. Vndè Serenissimi eiusdem Reges tot honoribus, dignitatibus ornamentorum insignibus eos prosecuti sunt, de quibus melius est silere, quàm pauca dicere, aut ne rerum altitudine territus deteriorem Içaro casum inueniam: Tum etiam ob ingentia Præstantissimæ Virtutis tuæ merita, quæ quidem tot, tantaque recenseri possunt, vt si mihi centum essent linguæ, oraque centum, si aureæ flumen

Eloquentiæ concessum, ne vel exiguam meritorum partem possem attingere. Virtutem enim generoso condis in pectore, cum nec in deliberando consilium, in Consulendo Prudentia, in Regendo Sapientia, in tota denique vita summa non desit integritas. Quamobrem felicem ego Italiam compellabo, nos verò feliciores, qui sub tanti Præsidis Præsidio firmissimo militantes, tanti Principis ope protegimur, qui fabulosam illam aureæ ætatis felicitatem in nostra Italia renouabit. Sed animaduerto Timantis industriam mihi fore necessariam: cum enim singulares Excellentiæ tuæ, Ingenij, animique dotes linguæ pennicillo ne delineare quidem valeam, reuerenti silentij velamine obducam. Cum verò *Typis* tradiderim Priorem Partē Consiliorum legalium Pauli Staibani Senioris, patrui mei Causarum Patroni sua tempestate primarij à me additionibus aliquot, & annotationibus locupletatam generositati tuæ fretus, eam sum ausus ad nominis tui Immortalitatem, quasi Montem stabilem sublimare cum me non lateat, ea, qua omnes singulariter amplexaris, foues, & faues, humanitate, nostri muneris exilitatem suscepturum. Nec alteri debebam Principi Opus hoc qualecumque dicare nisi tibi, Præstantissimè ZVNICA, cum ipse Patruus meus sub felicissimis illud scripserit auspicijs Excellentissimi D. Ioannis Zunicæ Mirandensium Comitis Regias tunc hoc in Regno Vices gerentis, à quo felicissimæ recordationis Principe innumeris affectus est beneficijs, quorum ego non immemor tibi ex Illustrissimo eius germine illud sacro, dicoque Quare etiam cœlo gaudijs perfruetur & patruus meus, & Princeps Zunica, labores illius Primati ZVNICAE exhiberi. Accipe igitur humillimi clientis tui debitæ seruitutis testimonium, meque inter infimos dignare seruulos numerare, quorum & studiosissimus nominis tui, & promptissimus obseruator ero, dum spiritus iste manebit. Interim Deus Optimus Maximus omnibus te fortunet bonis, & longioris æui largiatur ætatem. Vale.

Neap. Sexto Kalend. Martij. MDCXXII.

ORNATISSIMO VIRO

CAESARI ALDERISIO

REGIO CONSILIARIO,

FIDELISS. NEAPOLITANAE CIVITATIS

ANNONAE PRAEFECTO.

Paulus Staibanus Iunior S. P. D.

C*VM me non fugiat (Vir Ornatissime) quanta intercesserit necessitudo inter te, Patruumq; meum, mihi operæ pretium fore duxi, vt me quoq; hereditario tibi addictum Iure patefacerem. Vt non modo bonorum eius, sed amicitiarum quoque, ac seruitutũ hæres existimarer. Idcirco cum in lucem ediderim priorem Partem Consiliorum eiusdē Patrui mei, measq; in ea additiones tibi (iure optimò) Viro, & Eruditissimo, & Integerrimo Sacranda etiam constitui, tanquam mea pignus non vulgare seruitutis. Non ingrediar hic in tuarum laudum vastissimum pelagus, cum eę luce clariores effulgeant. Mitto doctrinam, quam vel tacentibus omnibus, Lycæa, Academiæ, Collegia loquentur. Mitto Prudentiam, Iustitiam, candorem animi; Non tacebo tamen, id, quod vniuersorum personet ore, nimirum tam accurate administratam prudentia, ac solertia tua Annonæ Præfecturam, intemperatis hisce temporibus, quibus fruges cęli intemperie cariores habentur, nunc in omnium oculis sita Virtus, in omnium ore sita laus tua percrebrescit. Accipe igitur clientis tui munusculum, & eo me ponas in loco, vbi patruum meum habuisti. Vale.*

ELENCHVS
ARGVMENTORVM OMNIVM
HVIVS PRIMI VOLVMINIS
CONSILIORVM.

Tra-

†† En-

Reme-

Finis Tabulæ Argumentorum.

INDEX
COPIOSISSIMVS
EORVM OMNIVM,

Quæ in hoc Primo Libro Consiliorum continentur, Alphabetica serie digestus.

a Actus

Alie-

 damno

saticis

Baro

C

ti

Con-

non

ligi

D

Domi-

Fœ-

Filium

cipis

I

Iudex

L

M

eorum

Oblatio

Q

R

S

Trans-

ad

FINIS.

D. PAVLI STAIBANI
SENIORIS I. C. CLARISS.MI
PATRITII SCALENSIS, AC NEAPOLITANI, ET PATRONI CAVSARVM PRIMARII.
CONSILIA, SIVE IVRIS RESPONSA.

SVMMARIVM.

1 *Transactio tantum ad differẽtias expressas, & non ad alias iam decisas se extendit.*

2 *Regius assensus minime est necessarius quãdo perspicitur refutationem feudalium in immediatè & proximè successuram primogenitam factam fuisse & ratio; & tunc vasallus iura sua restringendo facit quod immediatè successurus in quem fit refutatio iure proprio feudũ capiat, quod procedit in feudo tum hareditario tum paterno.*

3 *Refutatio quando est facta contemplatione matrimonij & eius causa, tunc ex contractu predicto ius irreuocabiliter eisdem coniugibus contemplatis acquiritur.*

4 *Feudum spectat ad primogenitam tẽpore mortis patris quando non reperitur in capillo secundogenita.*

5 *Licet feudum sit nouum tamen non mutat dispositionem Const. Regni in aliquibus §. cæterum & seq., sed operatur quod primogenita teneatur ad partem pretij dicti feudi.*

6 *Quando super capitulis matrimonialibus assensus nõ est impetratus feudi promissio ibi facta nulla est.*

7 *Assensus Proregis non sufficit sed est necessarius Regis, quando promissio feudi in capitulis matrimonialibus est concepta in casum substitutionis.*

8 *Sorores in bonis burgensaticis succedunt patri in viriles, & hoc quando non apparet in contrarium dispositio patris.*

9 *In credito dotium matris obligatis super feudalibus debet secundogenita contribuere pro rata bonorum.*

10 *Communis opinio DD. dicentium in contractu transactionis non habere locum remedium l. 2. C. de rescin. vend. (iusta quam opinionem fuit decisum in Sacro Consilio) limitatur.*

11 *Super rebus, & litibus claris transactio non cadit. Et hoc præcipuè in muliere etiam si iuris error adesset.*

12 *Lis quando captiosè est mota non ad alium finem nisi vt in transactione iura cedantur & renuncientur, contractus transactionis postea initus nullius est momenti.*

13 *Non solum dolus reipsa sed etiam dolus ex proposito censetur adesse in aliquo contractu stante enormissima lesione.*

14 *Stãte dolo ex proposito ex causa enormissima lesionis in transactione transactio*

A illa

illa nullius est roboris.

15 *Rescissa transactione condemnari debet reus ad fructus perceptos, etiam si titulo dictę transactionis illos perceperit, & hoc siue sumus in iudicio vniuersali siue in vtroque & ratio. Et hoc siue fuerit bonęfidei possessor, siue malęfidei possessor*

16 *Titulus ad nihilum reductus (ex quo est effectus erroneus errore iuris non facti) ad nihilum etiam deseruiet respectu praescriptionis eo magis accedente mala fide.*

17 *Stante enormissima lęsione in transactione absolutio à iuramento non est necessaria.*

18 *Iuramentum interpositum in contractu in quo adest enormissima læsio non validat contractum, & ratio.*

19 *Renunciatio enormissima læsione existente non obstat renuncianti agenti, & ratio.*

20 *Clausulæ, ac renũciationes huiusmodi sũt solitæ à Notarijs ascribi in instrumentis.*

21 *Mulieris natura auarissima est, & iussũ minime iactat.*

22 *Præsumitur quod si mulier sciret iura renunciata ad se spectasse non renũciasset, & sic ex ignorantia capite à renunciatione defendi potest, & si sciens renunciat presumitur quod coacta renunciat, quę coacta voluntas tollit validitatem contractus.*

23 *Donationis exceptio solita apponi in contractibus transactionis prodest stante paruo excessu lęsionis & pretij, non magno, siue maximo.*

24 *Stante enormissima lęsione potest rescindi cõtractus de nouo etiam ratificatus.*

25 *Remedium l.2.C.de rescind.vend. censetur habere locum etiam facta traditione, & sic sequenti, ac duplici consensu.*

26 *Per silentium multi temporis videtur remissum ius agendi cõtra transactionem & quomodo limitatur.*

27 *Promissio euictionis rescinditur contractu principali rescisso.*

28 *Præsentia officialis excludit metum, & quomodo intelligatur, & quid in præsentia consanguineorum.*

29 *Rescisso contractu principali fideiussio tanquam accessorium nullius est momenti, & eisdem iuribus fideiussores vti poterũt ad inualidandum contractum fideiussionis quibus vtitur principalis.*

30 *Quando in contractu adest dolus re ipsa, & dolus ex proposito, tunc facit dignum fideiussorem non modo reali remedio competente principali, verum etiam personali, licet eo de iure dignus nõ sit.*

31 *Transactio annullatur quando adest cõtrouentio vnius ex transigentibus.*

CONSILIVM PRIMVM.

Pro Ill.Ducissa Grauinæ Ferrella: contra Ill.Principissam Venusij sororem. Transactio an stante enormissima læsione rescindi possit si fuerit facta à fœmina, & maximè si in ea adsit dolus, & ea rescissa an teneatur conuictus ad restitutionem fructuum perceptorum, & plura de transactione.

DVbitari contingit an transactio olim inita inter Ill.Ducissam Grauinæ Ferrellam, ac Ill.Principissam Venusij eius sororem pro parte dictæ Ill.Ducissæ rescindi possit, & quidem ex infra dicendis in iure veris existentibus liquidò apparebit id per eam fieri posse.

Pro intellectu tamen narrandorũ præmitto transactionem continere, hæc infrascripta renunciationem videlicet. Factam per dictam D. Ducissam in beneficium D.Principissæ litium motarum per D.Ducissam cõtra dictam eius sororem super restitutione Terræ Mõtis Fredani possessę per D.Principissam, ac medietatis bonorum burgẽsaticorum mobilium stabilium, ac gemmarum ascendentium ad summã duc.50.mil. & plus quæ fuerunt Ill.Comitis Muri cõis patris similiter possessorum per D. Principissam, ac super contributione in debitis paternis dicti Comitis ascendẽtibus ad summam duc.33.mil.& per eandem transactionẽ

D.Du-

D.Ducissa cessit D. Principissæ dictam Terram Montisfredani, ac dictam medietatem bonorum burgensaticorum mobilium,& stabilium, ac perlarum, & gemmarum paternorũ paternarumuè,& insuper promisit præfatam debitorum sortẽ soluere creditoribus hæreditarijs de sua propria pecunia; è cõuerso dicta D.Principissa nil aliud promittit D.Ducissæ nisi tantum mutuum duc. 9000. per annos decem, nec non facit mentionem sententiæ interpositæ per Ill. Cardinalem Columnam tunc huius Regni Proregem in fauorem D.Ducissæ super Statu Muri,& reclamationi eidem renunciauit,& in eadem asseritur per D. Principissam transactionem præfatam non intercessisse pro differentia status prædicti,iam sopita,sed propter supradictarum differentias tunc non decisas, vt supra remissas per D.Ducissam in beneficium D. Principissæ.

Præmisso itaq; tenore, ac continentia transactionis necessario vidẽdum est, an in ea D.Ducissa enormissimè læsa fuerit pro quo discutiendum erit, an iura renuntiata per D.Ducissam vt supra ad ipsam iure claro spectauerint, ex quo trãsactio huiusmodi super illis tantum intercessit non autem super Status differẽtia iam tunc sopita vt in dicto contractu eadem D.Principissa id fassa fuit, vt
1 in eo legere est, igitur ad eas tantum differentias expressas & non ad alias vt puta Status prædicti iam decisas transactionem huiusmodi se extendere iura sanserunt in l.age cum Geminiano,cum ibi notatis C.de transact. in l. qui cũ tutoribus §.j.ff.eod. vbi habentur hæc verba videlicet: Transactio quæcunq; fit tantum de his de quibus inter contrahentes placuit interposita creditur, quæ iura ad hoc allegat glo.in c.1.ext.de transact. per quæ in ipsis terminis ita firmat Roman.in cons.371.col.j.vers.vltra nõ; eò impensius cum dictum Statum spectare ad D.Ducissam,tunc declaratũ fuerat sententia Cardinalis Columnæ inimici D.Ducissæ,ac sectantis partes summopere D.Principissæ, vt in facto clam fit, & meritò tum quia D.Ducissa status præfati donationem obtinuerat ab eius patre tunc Domino,& possessore Comitatus contemplatione matrimonij inter ipsam,& Ill. Ferdinandũ Vrsinum Ducem Grauinæ vallatam Regio assensu, licet is
2 minimè necessarius fuerit cum perspiceretur refutationẽ in immediatè, tunc & proximè successuram primogenitam factam fuisse,iux.tex.in c.1. in princ. & in §. & si libellum de alien.feud.patern. & Andr.in d.§. & si libellum, & in Const. Regn. Const.diu.mem.& ratio est secũdum Andr. quia tunc nõ censentur vasallum alienare, sed iura sua restringere quod licitum est,l.certa §. si status ff. de seruit.rust. præd. & tunc vasallus iura sua restringendo facit quod immediatè successurus in quem fit refutatio iure proprio feudum capiat, iux. tex.in c.1. de eo qui fin.fec.agn.& in c.1. §.sed & res per quos fiat inuest. idem Andr.in c.1.de alien.feud.pat.ita dicit etiã Bald. copiosissimè in c.1.col.3.de alien.feud. & Fely.in cap. quæ in ecclesiarũ col.36. de const.& latissimè Camerar.in cap.Imperialem car.30. colu.6. vers.& quo ad tertium lit.O. de prohib.feud.alien.per Feder.quod procedit in feudo tum hæreditario,tum paterno,vt per Andr. in cap.1.si vasall.feud.priuetur,& in cap.si vasallus culpam si de feud. fuer. contr. & latissimè p Camerar.in loco superius citato quo fit,vt etiam reuocari non poterat cum actus de per se validus erat iuribus ad hoc vulgatis,adde quod etiam, nec reuocari poterat, cum dicta refutatio fuerat facta contemplatione, & cau-
3 sa matrimonij inter dictã Illustrissimam contracti,& Ill.Ducem Ferdinandũ,quo casu ex contractu prædicto ius irreuocabiliter eisdem coniugibus contemplatis quæsitum erat,iux.tex. in l.seruo legato §.si testator cum sua glo.ff.de leg.1.in l.si cui legetur §. Titio vbi Castr. & Ias. eod.tit. l. fideicommissa §. interdum ff. de leg.3.l.4.§.si.ff.de liber.legat.l.Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & demon.l.facta §.si hæres ff.ad trebell.& in l. sed si plures §. in arrogato ff. de

vulg. & pupill. Tum etiam Comitatus
4 prædictus spectabat ad D.Ducissam tem
pore mortis patris primogenitā,nec tūc
reperiebatur in capillo dicta D.Principis
sa,sed matrimonio coniuncta cum Prin
cipe Venusino,iuxta const.Regn. in ali-
quibus §.ceterum,iuncta const.sequen.
vt de successionibus §.feuda. Nulli ta-
men est ambigendum, quin Terra Mon-
tis Fredani claro,apertoq; iure spectaue
rit,& spectare debet ad D. Ducissam tā-
quam primogenitam,vt supra,ex disposi
tione dictarum Regni Const.& licet fue
rit empta à præfato Comite communi
patre,& ex consequenti,feudum prædi-
5 ctum fuerit nouum;attamen id non mu-
tat dictarum Const.dispositionem ope-
ratur tamen quod D. Ducissa teneatur
ad partem pretij dicti feudi, & de hoc
nulla cadit difficultas igitur non potest
dici quod dictum feudum successione
potuisset spectare ad D.Principissā, nec
etiam dotatione, & si in capitulis matri-
monialibus dictus Comes feudum præ-
fatum D. Principissæ promiserit in casu
non susceptionis filiorū masculorū, idq;
cum super dictis capitulis matrimoniali-
6 bus non sit assensus impetratus, quo fit
vt feudi iam dum promissio nulla sit, ita
tradidit And.in cap.Imperialem in prin.
in add.2.col.à vers.in Regno Siciliæ, &
ibi verius vsque ad fin. & ibid.Camerar.
Affl. & cæteri, & hoc casu assensus Dñi
7 Proregis non sufficeret, sed esset neces-
sarius D.Regis, cum dicta promissio cō-
cepta fuerit in casum substitutionis in
qua D.Prorex assentire non potest ex
causa dispositionis nouellæ Pragm. no-
uem capitum Caroli V.in 6.cap. Medie-
tas etiam burgēsaticorum, procul etiam
dubio spectarunt,& spectant ad D.Du-
cissam,siquidem D.Ducissa cum dicta
8 D. Principissa Sorores succedunt Co-
miti communi Patri in viriles nulla ap-
parente testamenti dicti Comitis aduer-
saria dispositione,iuxta text.in authent.
in successione C. de suis, & legit. hæ-
red.§.1.in auth.de hæred.ab intest.ve-
nient.cum simil.Estq; aduertendum qđ
de dictis bonis burgensaticis erat satisfa-
ciendum credito duc.18.mil.in circa
gebrei,&deligorio nō hypothecato su-
per feudalibus,sed tantū pro dictis duc.
18000. Comes eisdem creditoribus pi-
gnori dedit,vt bona burgēsatica ex præ-
dictis perceptis per dictam D.Principis-
sam post eorumdem duc.18000.satisfa-
ctionem factam per D. Ducissam, per q̄
dicti creditores bona, vt supra, pignori
capta restituerunt,adeo quod ad D.Du
cissam debeant, sicut debēt spectare tot
bona eiusdem valoris duc.18000.ac re-
sidui medietas, vt legitima succeditrix
insuper in debito duc.8000.dotium Ill.
9 Comitissæ matris,pro quibus erant obli
gata feudalia debebat D.Principissa cō-
tribuere pro rata bonorum,iuxta Capy-
tium in decis. idemq; in summa
duc.14000. dotium ipsius D.Principis-
sæ asseuerandū est similiter solutorū per
dictam D.Ducissam, pro quibus satisfa-
ciendis D. Ducissa eidem D. Principissæ
dedit soluti nomine Terrā Iensani aucto
pretio aliorum duc.6000.cum pacto ta
men de retrouendendo. A quo residuo
hæreditatis bonorum burgensaticorum
demptis prædictis debitis est satisfacien
dum donationi D.Principissæ factæ du-
catorum 20. mil. in casu non suscepti o-
nis masculorum per D. Comitem in ca-
pitulis matrimonialibus, si vera erit (vt
asseueratur) si quidem pro eisdem cau-
sis status non erat obligatus,tum quia
deficit assensus hominis, nec legis hoc
casu assensus adest Capituli Neap.à Ca-
tholico bonæ memoriæ Rege concessi,si
quidem loquitur in dote tantum,tum
etiam quia per prius eius erat facta do-
natio per Comitem dictę Ill.D.Ducissæ:
Adeo quod nulla extante iurium præfa
torum renuntiatione facta per dictā Du
cissam,ac dictorum bonorum,vt supra
debitorum nulli erit ambigendum,quin
D.Ducissa fuerit enormissimè læsa si q-
dem bonis prædictis renūtiauit nullum
ex transactione huiusmodi comodū po-
titura, qua læsione sic in confesso stante
ex infra dicendis in iure veris existenti-
bus, procul dubio censendum erit iure
licito D.Ducissam aduersus transactionē
hu-

huiusmodi venire posse, eamq; eidem licere rescindi facere.

Licet enim communis DD. opinio sit in contractu transactionis non habere
10 locum remedium l.2.C.de rescin.vend. prout omnes cumulat Dec.in cons.203 & 216.iuxta quam Affl. refert ita fuisse decisum in S.C.prout in dec.220. testatur tamen si in præsenti themate adesset solum enormis læsio vltra dimidiam habito respectu ad futurum litis euentum etiam locũ haberet remedium iam d.l.2 si quidem sumus in prætenso contractu transactionis inito cum D.Ducissa,& sic muliere,cuius contemplatione dicta cõmunis opinio limitata communiter reperitur, ita scriptum reliquit Imol. in cap.cum contingat extra de iur.iur.quẽ cõsulendo sectati fuerunt Corneus cõs. 166.nu.7.& 8.vol.1.Aym.Crau.in cõs. 151.nu.25.referens ita etiam consuluisse Barbat.in quodam suo consil. posito inter consil.Calcan.in cons.27.circa medium,& Dec.in cons.60.n.4.vers.& ista conclusio videtur probabilis ibi: Primo, ista erat mulier. Corroborantur prædicta si quidem nõ potest dici contractum hũc mereri trãsactionis nomen, si quidẽ D.Ducissa bona pdicta renuntiauit claro,apertoq; iure ad se spectantia sine vllo ipsius commodo,& Sacrum Collaterale Consilium quid vltra facere potuisset si D.Principissæ gratificari voluisset? certè nil aliud igitur cõtractus huiusmodi intercessit super rebus,& litibus claris in fauorẽ D.Ducissæ super quibus tran-
11 sactio non cadit l.1.cum simil.ff.de transact. & in præsenti themate huiusmodi contractum,nec vt transactionem,nec vt pactum valere in muliere etiam si iuris error adesset,consuluit Rom.in cons.517 in 3.dub.& aduertẽdum est quod postquam dignoscitur præfata bona claro iure spectasse ad D.Ducissam,insuper ẽt Statum, & Comitatum, prout palam fit sententia præfata Cardinalis Columnæ est asseuerandum dictam litem super di-
12 cto Comitatu captiosè fuisse motam non ad alium finem,nisi vt iura prædicta cessa, & renuntiata, vt supra habuisset, & ex consequenti dictum contractum nullius esse roboris,tradidit idem Rom. in d. cons. 517. in 3.dub. vers.secundo quia, allegans ad hoc tex.sing. in l.cum hij §. si cum lis vers.fingi enim lites potuerunt ff. de transact. & in l. in summa in prin.vers. sin autem euidens iuxta intellectum Bar.& Iacob.Butr.ibidem per eos positum ff.de cond. indeb. per eosdem etiam relatum in l.sub prætextu C. de transact.quem refert,& sequitur glo. in l.2. C.de transact. Sed præsens thema habet minorem difficultatem cum in eo non modo læsio enormis, verum ẽt enormissima inspiciatur, vt supra congestum est,& sic vltra dolum re ipsa adfuit etiam dolus ex proposito ipsius D.Principissæ manifestissimus vt ex pluribus in facto deductis clarissimè patet, & is etiã
13 ex legis præsumptione adfuisse stante dicta enormissima læsione iura hæc aperiunt tex.in l.superstite C. de dol.l.omnes §.Lutius ff.de his quæ in frau.cred. l.si quis cum aliter ff.de verb.oblig.glo. in l. 3. §. contrario ff. de contrario iud. tutel. per quæ ita scriptum reliquerunt, Imol. in d. cap. cum contingat in 4.casu prin.extra de iur.iur. Bal.in corpore, vndè sumitur auth.sacramenta puberum in 4.quæst.Corneus in cons.189. nu.7. & 11.& Gram.in dec.66.nu.48.qui dicunt hanc esse communem opinionem DD.in cap.quintauallis de iur. iur. & in d.c.cum contingat in l.si quis cum aliter ff.de verb.obl.& in l.societatẽ la 2. §.arbitrorum ff.pro soc.quo dolo ex proposito à lege præsumpto stante ex causa
14 iam dictæ læsionis enormissimæ, DD. omnes concludunt etiam quod contractus huiusmodi trãsactionis nomen mereatur eã nullius esse roboris, ex remedio d.l.si quis cum aliter ff.de verb.obl. ita refert Gram.in d. dec.66. nu. 44. & 48.Corn.in d.cons.189.nu.20.& 21.& in cons.166.nu.11.vol.1.& in cons.27. 1.dub.4.vol.Rub.Alex.in cõs.71.col.2. & in cons.147.col.4.ad fin. Dec.in muliere,prout in præsenti themate hãc decidit quæstionem in cons.203.dub.2.copiosissimè à nu.4.vsq;ad fin.& in cons. 216.

216. col.2.nu.4. vers. concludendo tamen, & ex consequenti rescissa dicta transactione, eaq; ad nihilum redacta sequi debet condẽnatio contra D.Principissam super restitutione Terræ Montis Fredani, ac medietatis bonorum burgensaticorũ demptis à dictis bonis prius oneribus præfatis, ac ad cõtribuendum pro rata bonorum in alijs creditis, iuxta dispositionem iuris superius traditam.

Qua rescissa nulli erit ambigendum ad fructuum prædictorum bonorum feudalium, ac burgensaticorum fructus
15 per D.Principissam perceptos esse eandem
dem cõdemnandam; licet si titulo dictæ assertæ trãsactionis illos perceperit, siue sumus in iuditio vniuersali quale dignoscitur præsens hoc iudicium, iuxta dispositionem tex.in l. filio §.contra tabulas ff.de inoff.test.& in l.2, C.de pet. hæreditatis iuncta ibid. glo. in vers.peti potest, siue in particularibus, prout dignoscitur ex tex.in auth.cui relictum ibi rem.& fructus C. de indict. viduit. toll. in l.cum filius §.qui mutianã ff.de leg.2 iuncta l.hæres meus §. qui post mutianã ff.de condi.& demonst.per quæ ita scriptum reliquit Luc.de Pen.in l.nulli columna fin.vers.tertio quero de fund.patrim.& Ang.in auth.de non alienan.§.si vero qui in particularibus loquuntur,& in vniuersalibus,& particularibus per p̃fata iura consuluit Roman.in cons.454. ver. his tamen non refragantibus in fin. col.quibus additur tex.in auth. quæ supplicario C. de prec.Imp.offer. huius aũt dicti rationem reddit Castr.in l.2.col.1. C.de pac.inter empt.& vend.dicens qđ resoluto contractu,& titulo ad non titulum redacto fit retrotractio ad tempus contractus,eo modo,ac si nunquam celebratus is foret quo non existente bona peruenissent ad D. Ducissam ipsaq; vt posseditrix fructus collegisset prædictos quatenus igitur res idest fructus p̃dicti D.Ducissæ ad D.Principissam peruenerunt ex equitate etiam l. si me, & Titium illos D.Principissa restituere tenetur D.Ducissæ, quæ procedunt, non solùm si bonæ fidei posseditrix fuisset D.Principissa, prout non inspicitur in præsenti rhemate, iuxta dispositionem text. l. item veniunt §.eos autem, & ibi glos.in verb.facti sunt, & in l.sed si lege §.consuluit ff.de pet.hæred.per quæ ita scriptum etiam reliquerunt, Bald.in l.nõ est ambiguum C.famil.ercisc. & Alex.in cons. 69. vers. & notabiliter declarat, Bald.1.vol. verùm etiã si malè fidei posseditrix esset, prout verè fuit ex dolo re ipsa,& ex proposito D.Principissæ, iuxta text.iuncta glos. in d.l.2.in verb. peti potest C.de pet.hæred.& latè per Boer. in decis.3.per tot.& Alex.in d.cons.69.
16 vol.1. Cumq. dictus titulus ad nihilum
reductus fuerit, ex quo est effectus erroneus errore iuris non facti ad nihilum etiam deseruiet respectu præscriptionis, ita refert singulariter glos. ita à Doctoribus reputata in cap. ad Apostolicæ in verb.præscriptione extra de donat.facit text. in l.nunquam ff. de vsucap. cum l. quemadmodum C.de agric. & cens.lib. 11. ad hunc modum consuluit Alex. in cons.85.incip.viso themate 1.col.2.vol. & in cõs.46.incip. circa præsentis 3.vol. & Abb.in cap.2.de his,quæ fiunt a Prælatis sine consensu capit. eò magis accedẽte mala fide, vt supra, iuxt.text.in cap. fin.extra de præscript.eò impensius cum maior pars, immò omnis dictorum fructuum fuerit percepta per D. Principissam sine eius industria, laboribus, ac impensis, cum illi consisterint in introitibus, quos omninò à titulo possessore restituendos esse scriptum reliquerunt, Bart.in l.ex diuerso nu.70.ff.de rei vendic.& Dec.in cons.282.nu.59.copiosè.

Nec supradictis obstabunt infrascripta, quæ pars adducere posset,& prima, exceptio iurisiurandi per dictam D.Ducissam interpositi in præfato contractu, tùm nec, vt ad finem, vt ab agendo reijceretur, ex quo absolutio est concessa,
17 licet hoc casu stante prænarrata enormissima læsione absolutio minimè foret
necessaria, iuxta copiosissimè tradita per Dec.in cons.180.nu.6.ex mente Canonistarum omnium, tùm etiam, vt nec va-
18 lidet contractum præfatum, iuxta tradi-

ta

ta per Dec.ibidem,& per Corn.singulariter in specie præsentis thematis in d. cons.166.nu.7.& in cons.189. nu.120. p tex.in cap.cum contingat,& in c.quin tauallis ext.de iur.iur.si quidem ad hoc vt iuramentum liget validumq; reddat contractum opus est,vt habeat illos tres comites,Iustitiam,Iudicium,& Veritatē, prout legitur in c. & si Christus de iure iur.in c.iurabunt 22.q.1.& in c.animaduertēdum 22.q.2.qui tres necessarij iuramenti Comites data læsione enormissima in contractu iurato à longè sunt à præfato cōtractu secundum eos,& ideo nec agentem contra contractum à limine iuditij repellit exceptio iā dicta, nec contractum validant.

Nec secundo obstabit exceptio renunciationis factæ per D. Ducissam in
19 prædicto contractu,si quidem dicta renunciatio enormissima læsione,vt supra existente,non obstabit D.Ducissæ agenti,communis est hæc DD.author. prout tradiderunt Ant.de Butr.& Modern. in d.c.quintauallis de iur.iur.& Gramm.in dec.66. nu.48. Huius autem dicti ratio est patentissima, quia qua facilitate machinatione,& dolo fuit D.Ducissa inducta ad transigendum siue contrahēdum vt supra, eadem fuisse inductam D.Principissam ad stipulandum dictam renuntiationem iura verè præsumunt, colligitur hoc ex dictis Bar.in l.doli clausula §.si.ff.de verb.obl.&in l.si.§.idem quæsiuit ff.de cond.indeb.eo impēsius cum
20 clausulæ, ac renuntiationes huiusmodi sint solitæ à Notatijs ascribi in similibus instrumentis,iuxta ea quæ tradidit idem Bar.in l.3.ff.de cod.prout refert Gram. in d.dec.66.nu.48.& Dec.copiosissimè in cons.60.nu.4.ver.& ista conclusio est probabilis,& in cons.452.nu.26.ver.tamen huius dicti clarissima est, si quidem
21 cum sumus in muliere natura auarissima quæ ius suum minimè iactat, iuxta ea quæ leguntur,& notātur in l.quæ do tis ff.sol.matr.cum simil.est asseuerandū
22 quod si sciuisset iura præfata ad se spectasse non vtique renunciauisset, & sic ex ignorātiæ capitæ D.Ducissa à renuntiatione prædicta defenderetur, iuxta tradita in l.mater ff.de inoff.testam.& in l.legitimam de peti.hæred. si sciēs renūtiasset est asseuerādum quod coactè renuntiasset, quæ coacta voluntas tollit validitatem contractus,vt supra,hoc argumento vtitur Dec. in d.duob. consil. & Bar.in cons.89.nu.4.insuper donationis
23 exceptio solita apponi in similibus contractibus prodest stante paruo excessu læsionis,& pretij non magno,siue maximo,vt cernitur in præsenti themate, ita refert Bar.quē sectantur cōmuniter DD. in d.l.2.C.de resc.vend.

Nec tertiò exceptio prætensę ratificationis de nouo dicti contractus factæ p D.Principissam ; siquidem respondetur Primò, non esse veram, nec extare. Secundò,si extaret fortè illa non foret volūtaria,sed coacta ex necessitate promissionis iterum ratificandi factæ in prædicto contractu,nec poterat requisita non ratificare ex potentia aduersariæ inimicitia Superiorū,ac egestate, & impotentia D.Ducissæ, q̄ in facto clarissimè fundantur,& hæc præsens insolita cautela facit non abesse dolum à contractu, qa si validus fuisset ad quid necessaria foret dicta ratificatio.Tertiò & si prædicta cessassent vtiq; stante enormissima læsione
24 posse rescindi contractum de nouo etiā ratificatum copiosissimè scriptū reliquerunt Socci.in cons.85.col.4.vol.1.Corneus in cons.11.& clarius in cons. 140. 3.vol.Dec.in d.cons.60.clarius tamen in fine ibi:nec obstat quod etiam videtur consensus geminatus qui mouentur ex cōi theorica DD. tradita per Bart. & cæteros in l.2. C.de rescind. vendit.v3.
25 Quod censeatur remedium d.l.2.habere locum etiam facta traditione,& sic sequenti ac duplici consensu, & in specie in contractu doloso siue re ipsa, siue ex proposito,vltra prædictos DD. singulariter quæstionem nostrā decidentes geminatum consensum, ac contractum nō nocere renuntianti læsæ ita enormiter seu enormissimè ac vim & dolum passæ, consuluit et copiosissimè Rom. in cons. 54.& est cōis opin.vt per eos relatū est.

Nec

Nec quarto obstabit silentium tanti temporis ex quo videtur remissum ius
26 agendi contra transactionem, iux.tex.in cap. contingit extra de transact. si quidem responsum erit clarissimum ex tot impedimentis quibus non potuit D.Ducissa agere volens non experiri, & ex tot declarationibus, & protestationibus, ex quibus apparet expressa voluntas Ill.Ducissæ renuntiandi dicto iuri agendi aduersus dictam transactionem, ex quibus fit vt dictum silentiũ minimè nocumento fuerit D.Ducissæ, vt colligitur ex dispositione d.c.contingit.

Nec quintò, exceptio quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio de qua in l.vendicantem ff.de euict. cũ D.Ducissa promiserit bonorum vt supra cessorum & renũtiatorum euictionem, quod dolum etiam arguit, si quidem euictionem promittere non debebat ex quo ea D. Ducissa nunquam possedit, insuper ex renuntiatione & cessione eadem nullum sentiebat commodum vt supra cõgestum est. Siquidem faciliter respõdetur asseueratur itaq; exceptionem prænarratam om
27 nino non obstare idq; cum promissio euictionis rescindatur contractu principali rescisso authoritas est singularis glo. in l.si patronus §.patronum ver.fauiana circa fin.ibi:quia cum rescindit principale .i. donans, ergo & accessorium vt pactum euictionis, vel pęnæ ff. si quid in fraud.patron.quam sectatus fuit Ias. in l.1.§.si quis ita in final.verb. ff.de verb. obl. ex quo etiam eadem facilitate qua fuit inducta ad renuntiandum, fuit etiã inducta ad promittendum euictionem vt superius relatum est, & ad sensum patet.

Nec sexta, ad excludendum metũ obstabit præsentia Cardinalis Columnæ
28 tunc Proregis & sic officialis iux.tex. in l.non est verisimile ff.quod met.caus. si quidem respõdetur illam nõ obstare, ex quo prædictus Ill.Cardin. intulit vim & metum Ill.Ducissæ sectatus partes Dñæ Principissæ, vt in facto clarissimè deducitur.

Nec septimò, ad idem non obstabit si adducatur præsentia consanguineorum in dicto contractu, etenim non obstabit si quidem ipsi consanguinei tantæ præsentiæ resistere non poterant, quin contractus præfatus minime celebraretur, vt in spetie consuluit Angel. in cons. 215. thema tale, & Dec.in cons.219.vbi latissime.

Nouissimo loco minime obstabit si adducatur exceptio fideiussionis interpositæ in casu controuentionis, & rescissionis p̄sentis contractus etenim si condemnarẽtur fideiussores eisdem condẽnaretur ad tantundem D.Ducissa, & sic præsens iudicium ad nihilum deseruiret. Huic tamen obiectioni respondetur faci
29 liter, asseueratur namq; fideiussionem huiusmodi rescisso principali contractu, prout rescindendus veniet ex supra cõgestis, vt accessorium nullius esse momẽti, immò eisdem iuribus fideiussores vti poterunt ad inualidandum fideiussionis contractum quibus vtetur D. Ducissa, iura sunt ad hoc singularia, l. exceptiones quæ personæ §. rei autem ff. de except.cuius verba sunt hæc:Rei autem cohęrentes exceptiones etiam fideiussoribus competunt, vt rei iudicatę doli mali iuris iurandi quod metus causa gestũ est igitur & si reus pactus sit in rem omnino competit exceptio fideiussori, ad idẽ tex.in l.si cum exceptione §.labeo ff.qd met.caus.cuius verba sunt: labeo autem si quis per metum reus sit cõstitutus, & si fideiussorem volentem dederit & ipse & fideiussor liberabitur, ponderetur verbum volentem quod denotat liberationem fideiussoris sequi ex persona principalis, & ibid.Bal.in princ.qui plura cumulat, ad idem glo.singul. in d.l.si patronus §.patronum ver.fauiana circa fin. ff. si quid in fraud. patr. vbi hæc verba ibi: Quia cum rescindit principale.i.donatũ, ergo & accessorium, vt pactum euictionis, vel pęnæ. Accedat etiam quia in præsenti casu adest dolus D. Principissæ re
30 ipsa, & ex proposito duplex, vt supra fundatum estat qui facit dignum fideiussorem, non modo reali remedio compe-

tente

tente principali verum etiam personali licet eo, de iure dignus nō sit hic est singular. tex. in l. 2. ibi verum si dolo & ibi glo. C. de fideiuss. minor.

Vltimò, ad rescindendam & annullandam præfatam transactionem D. Ducissa
31 affert in medium controuentionem D. Principissæ siquidem duc. 9000. mutuo promissos ex causa dictæ transactionis D. Ducissæ per decennium, eos eidem etiam requisita pluries minimè cōsignare voluit iux. tradita in tex. glos. & apud DD. in l. si quis maior C. de transact. & ita in omnibus iudicandum & respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Secundogenitus habet in bonis feudalibus antiquis Regni vitam & militiam ex dispositione Const. Regni Comitibus, & nu. 45.*

2 *Vita militia debetur loco partis hæreditariæ à qua secūdogenitus excluditur per primogenitum maiorem, & nu. 11.*

3 *Constit. Regni Comitibus militat tam in fratre laico, quam in clerico secundogenito.*

4 *Dicta Constit. militat etiam si locuplex sit secundogenitus.*

5 *Dicta Const. militat etiam si fuerit frater Regis.*

6 *Institutio facta secundogenito equiualens ferè portioni primogeniti, & si eidem necessario non debita intercedit animo compensandi cum vita militia.*

7 *Secundogenitus cui à patre est relictum feudum potest de alijs feudis ad primogenitum peruentis petere vitam & militiam secundum Aff. & an sit verum nu. 31.*

8 Debitum vitę militiæ *licet legaliter sit debitum non tamen illud debetur in vita patris instituentis, nec ab eo sed post ipsius mortem, & nu. 32. vbi de veritate.*

9 *Vita & militia comparatur legitima debitæ de iure naturæ, & nu. 18. & 20.*

10 *Vita militia equiparatur paragio, nam tantum datur pro vita militia quantum pro paragio.*

12 *Sicut pro paragio feudum potest perpetuò vendi ita & pariter pro vita militia.*

13 *Ad quemcumque feudum transit transitū facit cum suo onere vitæ militiæ.*

14 *Vita militia est tertia pars quam secundogenitus habiturus esset si in feudo succederet.*

15 *Liquidatio vitæ militiæ asseueratur ad instar legitimæ.*

16 *Medietas feudi est seruitium, & alia medietas diuiditur inter secūdogenitos computata in ea primogeniti persona.*

17 *Sicut filius ex causis propositis in §. aliud quoq; capitul. in auth. vt cum de appell. cognos. legitimè exhæredatus, nec legitimam petet eodem modo vita militia secundogenitus priuatur.*

19 *Non est validum argumentum de vita militia ad alimēta nisi in vno casu tantum extinctionis illius secuta morte secundogeniti.*

21 *An vita militia præstetur loco alimentorum, & successiuè cum persona secundogenitorum expiret.*

22 *Legitima successit in locum alimētorum.*

23 *Non titulus acquisitionis, sed eius causa attendenda est.*

24 *Vita militia legitima non tamen alimentis comparatur, ac in legitimæ locum non autem alimentorum succedit.*

25 *Vita militia si alimentis equipararetur quolibet anno fieri deberet liqdatio sed qa equiparatur legitimæ fit liquidatio respectu quantitatis fructuū mortis patris feudatarij tpe, & sm̄ illam semper secūdogenitis soluitur, licet illorum vita etiam fructibus auctis ex causa reintegrationis aliorum corporum feudalium.*

26 *Vita militia non debetur in linea transuersali quia equiparatur legitimæ quæ fratribus non debetur.*

27 *Alimentis vita militia ideo nō equiperatur, quia debetur etiam fratri diuiti & habitanti extra primogeniti domū, quę alimentis non conueniunt.*

28 *Omne illud q̄ hæres filius ex paterno patrimonio ipsius tamē patris iudicio quo quo relicti titulo tā legati, quā iure hæreditario, vel alio quouis modo cōsequitur*

tur in legitimã est cõputandũ, & n. 39.

29 *Eo impẽsius supradictum procedit qñ inspicitur titulus honorabilis institutionis*

30 *Supradictũ procedit ẽt si esset facta feudi vel emphyteusis institutio ac relictum.*

33 *Relictum nõ compensatur cum debito incepto deberi post mortem testatoris nisi dictum creditum habeat causam obligationis praecedentem §. de praeterito.*

34 *Licet portio debita à liberto patrono incipiat deberi post mortem & sic non debeat solui in vita liberti, tamen quia deperdet à causa de ꝑterito ex eo quia est libertus, tunc si patrono minus legitima portione reliquerit residuum suppletur ex legatis, & fideicõmissis eidem per libertum relictis.*

35 *Vita militia est onus feudi.*

36 *A principio acquisitionis feudi illo tamen ad secundam personam peruento vt antiquo feudum seu feudatarius retinet hoc debitum seu onus vitæ militiæ.*

37 *Vita militia, & si per successorem debeatur nihilominus quia habet causam obligationis precedentem compensatur cum relictis à patre testatore.*

38 *Legitima debitum incipit post mortem, nec in vita debetur filio per patrem.*

40 *Legitima licet incipiat deberi per hæredem est debitum defuncti, & ea de causa relictũ factum filio cum ea compensatur: quia est debitũ necessariũ ex legis dispositione, & eodẽ modo vita militia.*

41 *Cartula sine die, & consula confecta ante tempus testamenti est preparatio ad testamentum.*

42 *Dicta cartula est nulla nullo testamento sequuto.*

43 *Ex actu nullo probatur, & declaratur voluntas.*

44 *Quando ex voluntate patris testatoris apparet quod vltra relicta secundogenitis super feudis consequantur vitam militiam, tunc cessat compensatio vita militiæ cum relictis.*

46 *Quando colligitur voluntas testatoris ꝙ vita militia compensetur cum institutione seu relicto tunc compensabitur id quod militat etiam in dubia voluntate testatoris compensandi.*

47 *In vltimis volũtatibus quodlibet verbũ appositum debet aliquid operari.*

48 *Testator si aliquid voluisset in testamento dixisset non expressit igitur noluit.*

49 *Voluntas imperfecta nec inter liberos iuuat, est nulla.*

50 *Voluntas imperfecta licet posterior dispositionem testamenti perfecti non tollit.*

51 *Feuda huius Regni in fideicommisso inclu di non possunt nulla in feudis testatoris ordinatione valente, vel manente.*

52 *Verba hęc (primogenituram seu primogenituras) includunt fideicommissum.*

53 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam super qua proferuntur.*

54 *Indefinita etiam in testamentis equipollet vniuersali.*

55 *Bonorũ appellatione ẽt iura continentur.*

56 *Verba testatoris non debent vti vana, ac superfluè prolata iudicari.*

CONSILIVM II.

Pro Ill. Marco Antonio Columna Iuniore contra Ill. & Reu. Cardinalem Ascanium Columnam Patruum. Vita militia an compensetur cum institutione facta à patre secundogenito alicuius rei maximè quando equiualet ferè portioni primogeniti, & quid quando apparet voluntas testatoris licet dubia, an equiparetur legitimæ & paragio, an praestetur loco alimentorũ, & quid operetur cartula sine die & cõsulę confecta ante tempus testamenti, & dictum Affl. in dec. 138. reprobatur.

ILlustr. & Reuer. Cardinalis Ascanius Columna secundogenitus q. Ill. Marci Antonij senioris prętendit cõsequi ab Ill. Marco Anton. Columna iuniore nepote ex Fabritio ipsius fratre primogenito vitam, & militiã in bonis feudalibus huius Regni, & in
1 hoc habet intentionem fundatam ex dispositione Const. Regni quæ incip. Comitibus in §. fi. disponentis illam conse-
2 quendam sine repulsę timore, vbi Andr. asseuerat illam deberi loco partis hæreditariæ à qua excluditur per primogenitum

um maiorem, quæ Const. militat tàm in
3 fratre laico, quam clerico secũdogenito
vt p Affl. in d. Const. Comitibus in 3. q.
4 etiam si locuplex sit, vt per Andr. in d. Const. Comitibus in prin. vers. an si minor sit locuplex, vbi Affl. 2. col. & si fra-
5 ter Regis, Andr. in Const. Regni dignum ex dictis per Hostien. in c. licet extra de voto, & latè de prædictis omnibus per Affl. in dec. 225. Capy. in dec. 158. And. Affl. ac cæteros Feudist. in cap. Imperialem §. præterea ducatus in addit. de prohibit. feud. alien. per Feder.

At Ill. Marc. Antonius ex infra dicendis iuris muniminè roboratis se minimè obnoxium solutioni dictæ prætensæ vitæ militiæ tamquam compensatè cum institutione per Marcum Ant. testatorẽ factæ in beneficium dicti Ascanij Terrarum Mareni Roccæ Papæ, cum Palatijs, & integro eius statu, & duobus palatijs Romæ exsistentibus valoris scut. 500. & plus, id quod fundat duobus medijs, tũ ex mera iuris dispositione, tum ex voluntate enixa prænarrati Marci Antonij testatoris.

Quod attinet ad primum affirma-
6 tur institutionem iam dictam transcendentem valorem legitimæ portionis ipsi Marco Antonio iuniori competentis forsan in duc. 400. mil. vti eidem necessariò non debitam de iure intercessisse animo compensandi cum dicta prætensa vita militia legaliter .s. vigore dispositionis Const. Comitibus, vt supra sibi debitæ, ad tex. singul. in l si cum dotem §. si pater vbi glo. Bar. Alberi. & cæteri ff. sol. matr. ac iuxta copiosè tradita p Affl. in dec. 44. in 2. dub. q̃cquid dixerit idẽ Affl. in dec. 138. in 2. dub. affirmans se-
7 cundogenitum, cui à patre fuerit relictũ feudum posse de alijs feudis ad primogenitum peruenetis petere vitam & mili-
8 tiam, ea ratione, quia debitum vitæ militiæ licet legaliter sit debitum non tamen illud debetur in vita patris instituentis, nec ab eo, sed post ipsius mortẽ, ac Tiraquell. qui simpliciter Affl. decis. refert siuè sectatur in tract. primog. c. 75 Pro quorum resolutione affirmabimus
9 de iure vitam & militiam comparari legitimæ debitæ iure naturæ, id quod fun datur: Primò, cum illa æquiperetur para-
10 gio per Const. Regni Comitibus à qua sancitum apparet tantum dari pro vita militia, quantum pro paragio, & ea de-
11 re Andr. ibidem notat vitam & militiã iure prædictæ Const. esse loco portionis hæreditariæ à qua excluditur per primo-
12 genitum maiorem; quinimò sicut pro paragio feudum potest perpetuo vendi, vt per Andr. in Const. Regni si quis post litem in verb. feudalia vers. venditio, ita, & pariter pro vita & militia, prout pluribus comprobauit Candetius in repet. cap. si quis aliquem in cap. incip. est .n. onus feudi illud quod debetur pro vita militia nu. 2. vers. ideoq; & nu. 3. & 4. fol. mihi 100. & perindè ad quemcumq; feu
13 dum transit trãsitum facit cum suo onere vitæ militiæ, ita Candet. vbi supra nu. 10. ex dictis per Affl. in d. c. Imperialem §. præterea ducatus num. 52. de prohib. feud. alien. per Feder.

Secundò, idem affirmat Andr. in dicta Constit. Comitibus vers. quantum da-
14 bit, vbi scripsit vitam militiam esse tertiam partem quam secundogenitus habiturus esset si in feudo succederet quẽ admodum idem And. plenè scripsisse asseuerat in Const. Regni in aliquibus, &
15 sic liquidatio vitæ militiæ asseueratur ad instar legitimæ, iuxta tradita in auth. nouissima cum concord. C. de inoff. test. quem refert, ac sectatur Petr. de Grego. in tract. vitæ militiæ q. 7. nu. 1. & magis in speciæ nu. 4. fo. 22. & Præs. de Franch. in dec. 61. nu. 2. & Affl. in dec. 252. n. 6. vbi Addentes nu. 5. licet Afflic. dixerit in
16 d. §. præterea Ducatus nu. 19. de prohib. feud. alien. per Feder. quod medietas fructuum feudi sit seruitium, & alia medietas diuiditur inter secundogenitos computata in ea primogeniti persona, quem refert Franc. de Amic. in repet. cap. 1. de his qui feu. dar. poss. in cap. incip. sed hic pulchrum erit discurrere nu. 7. fol. 11.

Tertiò cõprobatur nempè sicut filius ex causis propositis in §. aliud quoq; ca-

pitulum in auth.vt cum de appell.cogn.
17 legitimè exhæredatus nec legitimam petet d.§.ali ud quoq; capitulum eodem modo vita militia secundogenitus priuatur,ita censuit And.in d.Const.Reg.Comitibus in princ.vbi Afft.col.2.q.11. & latè idem Petr. de Greg. in d.tract.in 4. quæst.nu.10.fol.13.

Quartò,idem expressè scripsit Camerarius in d. c. Imperialem §. præterea
18 ducatus fol.102.lit.M.cum seq. ac satis copiosè firmauit Reg.de Pon.in cõs.75. à nu.1.vsq; ad nu.15.& à nu.20.vsq; ad 23.quam opinionem vti verissimam testatur idem de Franch.in d.dec.61.n.2. & nu. 5. vsq; ad nu.11. ibiq; fundat va-
19 lidum non esse argumentum de vita militia ad alimenta nisi in vno casu tantum extinctionis illius secuta morte secundogeniti,& in spetie nu.7. allegauit Loffr. in c.1. §.quid ergo col.2. de inuest. de
20 re alien.facta, qui etiam fuit eiusdem opinionis circa adequationem vitæ militiæ cũ legitima,idem de Franch. vtrũq; dictum fuit etiam amplexus in dec. 20. nu.7.&9.sequuntur etiam Addentes ad Affl.in d.dec.252.nu.5.& Pern.Sicul.in cõs.11.col.4.vers.est autem vita militia, qui sic intelligit illa verba And.loco portionis hæreditariæ.i.legitimæ debitæ iu-
21 re naturæ. Quibus non refragabitur vitam militiam præstari loco alimentorum & successiuè cum persona secundogenitorum illam espirare, si quidẽ id ipsum duobus tollitur medijs: Primò,ex his q̃ scripsit Præs.de Franch.in d.dec.61. & fusius Reg.de Pon.in d.cons.75. nu.12 dicens id nil referre cum etiam legitima
22 pariter successerit loco alimentorum, vt in auth.de triente,& semisse §.si vero & §.prohibemus. Secundò,quia id non debet esse in aliqua consideratione, nẽ-
23 pè nõ titulus acquisitionis sed eius causa attendenda est,prout scripsit Andr.in c.j.§.sed & res n.7. per quos fiat inuest. ibi cum causa potius sit inspicienda,quã titulus contractus vel modus nanciscendi,allegat tex.in l.qui id quod ff.de donation.facit etiam tex.in l.3. ad Maced. quam secundam rationem ad hoc in-
indiuiduo ponderat Franc. de Amic. in d.repet.c.1.in cap.incip.& quidẽ prima difficultas nu.3.f.26.&27.de his q feudar.poss. vltra quod id esset contra tot, & tantas decisiones supra espressas.
24 Quodq; hoc sit vsquequaq; verum legitimæ non tamen alimentis vitam militiã comparari,ac inlegitimæ locum non aũt alimentorum illam succedere comprobat in spetie de Franch.in d.dec.61.nu. 6. vers. non obstat id quod ex parte secũdogeniti,etenim si alimentis equipara-
25 retur quolibet anno fieri deberet liquidatio,& quia equiparatur legitimè fit liquidatio respectu quantitatis fructuum mortis patris feudatarij tempore, & secundum illam semper ac continuo secũdogenitis soluitur licet illorum vita perdurante etiam fructibus auctis ex causa reintegrationis aliorum corporum feudalium,id quod etiam circumspectus de Pon.in d.cons.75.& quæso legatur Loffred.in d.c.1.§.quid ergo col.2.vers.dubitatur, vbi adeo fundat legitimæ vitam militiam adequari vt ea de causa tam vigore const.Comitibus,quam ex alijs Do-
26 ctorum monumentis censet vitam & militiam non deberi in linea transuersali,ea ratione quia vita militia equiperatur legitimæ quæ fratribus non debetur latissimè prosequitur Blasc.Siculus in repet. cap.si quis aliquem in q.21. quanquam
27 alimentis vita militia non sit comparanda apparet quia debetur illa etiam fratri diuiti etiam habitanti extra primogeniti domum quæ alimentis non conueniunt vt notant Andr.& Affl. in d.Const.Comitibus,& Pernus in d.cons.11.colu.4. vers. quam quidem vitam & militiam.

Hoc sic facto fundamento quod verè vita militia successerit in locum legitimè in feudo à quo per primogenitum excluditur secundogenitus facillimè vltra fundata in principio ex dispositione tex.in d.§.si pater cum alijs supra congestis fundabitur institutionem prænarratam intercessisse animo cõpensandi ac in vitam militiam vti legitimam compẽsandam quandoquidem vera inrefragabilis ac communis est opinio interDD.quod

om-

28 omne illud quod hæres filius ex paterno patrimonio ipsius tamen patris iuditio quoquo relicti titulo, tam legati, quã iure hæreditario, vel alio quouis modo consequitur in legitimam esse computãdum, ita scripsit Bar. in l. in quartam nu. 10. quem cæteri ibidem sectantur & pręsertim latè Paul. à Monte Pico num. 60. vers. tertia opinio ff. ad leg. falc. & eo im
29 pensius quando inspicitur titulus honorabilis institutionis qualis in nostro themate cernitur, vt testatur Paul. de Monte Pico vbi supra nu. 60. vers. quar-
30 ta opinio, id quod procedit etiam si esset facta feudi vel emphyteusis institutio ac relictũ ita copiosè vt nil supra firmauit subtilissimus Doctor nominis reprobati in addit. ad consil. Alex. 8. vol. 3. in vers. legitimam positã sub n. 6. & Alex. in cons. 27. volu. 5. & cons. 89. volu. 4. ex
31 quibus patet errasse Affl. contrariam sententiam amplexum in d. dec. 138. ac Tiraq. vbi supra Affl. opinionis solum relatorem etiam in sui dicti ratione dum
32 illam firmauit ea ratione quia vita militia licet sit debita ex legis dispositione non tamen debetur per ipsum testatorẽ sed post ipsius obitum per successorem filium primogenitum in feudo illam incipi deberi, nam aduertendum est quod licet glo. in d. l. si cum dotem §. si pater in vers. lucro firmauerit non compensa-
33 ri relictum cum debito incepto deberi post mortem testatoris per tex. in l. huius modi §. qui seruus ff. de leg. 1. tamen illa glo. per tex. in d. §. si pater hoc limitat, nisi dictum creditum habeat causam obligationis præcedentem. l. de præterito id quod etiam firmauit Alber. in d. §. si pater nu. 2. vers. sed dic quod refert q allegat tex. in l. etiam §. si debita in vers. & si institutus sit qui ad hoc est tex. singularis ff. de bon. liber. loquens in por-
34 tione debita ex legis dispositione à liberto patrono quæ incipiebat deberi post mortem, & sic nec solui debeat in vita liberti qualis cernitur legitima, & tamen quia dependet à causa de præterito à iure statuta quia libertus, tex. disponit quod si libertus patrono minus legitima portione reliquerit residuum suppletur ex legatis, & fideicõmissis eidẽ per libertum relictis, ac etiam tex. in l. quoniam nouella in fi. C. de inoff. testa.
35 sed sic est quod vita militia est on' feudi, vt testatur idem And. in d. const. Comitibus, & fatentur omnes DD. supra citati in locis prędictis, & à principio ac-
36 quisitionis feudi illo tamen ad secundã personam peruento, vt antiquo feudum
37 seu feudatarius retinet hoc debitũ seu onus vitæ militiæ, igitur & si per successorem debeatur nihilominus quia habet causam obligationis præcedentem compensatur cum relictis seu institutione præfatis, & quod hoc absuntum sit vsquequaq; verum, ac non vera sit Affl. ratio affirmatur quam perlucidè si quidem verum est de iure legitimæ debitũ
38 incipere post mortem ad tex. in l. cum quæritur cum concor. C. de inoff. testa. nec in vita deberi filio per patrem quẽadmodum censuit Bar. in l. fi. ff. de liber. agnos. cum alijs cõgestis per Ias. in auth. nouissima col. 2. vers. & per notabile supra collectum C. de inoff. testam. & nihi-
39 lominus quia paterna bona sunt semper de iure obnoxia filiorum legitimæ eaq; quoquo relicti titulo filius percipit ex bonis paternis eius tamen iudicio in legitimam computantur & compensantur vt superius fundatum extat, & in spetie quod licet incipiat deberi per hęredẽ
40 sit debitum defuncti & ea de causa relictum factum filio compensatur cum legitima quod est debitum necessarium ex legis dispositione prout vita militia inspicitur, tenuit in terminis Aymon in cons. 131. nu. 14. & 15. secutus Anch. in cons. 26. in 2. dub. & Paul. Castr. in cons. 35. circa med. vol. 2. reprobata Cornei opinione contrariã tenentis in cõs. 292. vol. j. Ex quibus luce clarius apparet primum fundamentum iure subsistere.

Sed aduersarius aduersus prænarrata prætendit compensationi prænarratæ locum non fore ex causa contrariæ voluntatis ipsius testatoris per ipsum col-
41 lectæ, tum ex prætensa cartula sine die, & consulè confecta antè tempus testamen-

men-

menti, quæ vt DD. dicunt illa est præpa-
42 ratio ad testamentum, quæ licet nulla fit nullo testamẽto sequuto attamen dicit ex ea probari voluntatem dicti Marci Anton. cum ex actu nullo probetur,
43 & declaretur volũtas ad testũ singularẽ in l.fi.ff.de reb.eor.cum concor. in qua cartula leguntur hæc verba: *Il stato del Regno al primogenito, li altri dui habino le vite militie nel Regno, caso però che de ragione li tocchino; giache in questo stato di Roma haueranno per loro parte modo di manutenersi*. Ex quibus verbis prætendit fundare voluntatem Marci Ant.
44 fuisse secundogenitos consequuturos vitam & militiam super statu Regni, & successiuè cessare compensationem per nos prætensam ex dictis per Affl. in d. dec.44. nu.9. vers.aut legauit animo nõ compensandi, tum ex testamento eiusdẽ Marci Anto. in quo in cap. Institutionis fideicommissi & maioratus loquens de persona Fabritij primogeniti inspicitur huiusmodi verba: *In omnibus bonis meis prater quam in feudis q̃ habeo in Regno Neap. quæ iuris dispositioni relinquo primogenituram siue primogenituras*. Ex quibus verbis iuris dispositioni relinquo præsupponit aduersarius tolli præsumptam Marci Ant. voluntatem cõpensandi vitam militiam cum institutione iam
45 dicta si quidem iuris municipalis constitution. Regni Comitibus dispositio mandat in feudis antiquis competere secundogenitis vitam militiam eoq; impẽsius prætendit prædicta vera non solum separatim, vt supra ponderando dictas scripturas, sed etiam illas simul iungendo.

At Marcus Ant. Iunior asseuerat non modo prænarratas obiectiones vanas ac inanes ex clarissimis responsionibus, verum etiam ex scripturis prænarratis clarissimè colligi enixam contrariam volun-
46 tatem eadem vitam militiam compensaturam cum præfata institutione quo fit vt Marco Ant. non modo nõ refragatur decisio Affl. vbi supra, sed eadem dicto nu.9. vers. aut debitor legat animo compensandi ei subfragatur id qđ militat ẽt si essemus in dubia voluntate testatoris compensandi, vt idem Affl. scripsit in d. dec.44. nu.9. vers. aut est dubium quam distinctionem sequũtur cõmuniter DD. in d.l.si cum dotem §. si pater ff. solut. matrim.

Pro quibus omnibus fundandis accommodatur responsum obiecto cartulæ, vt dispositio prænarrata non solum non obstet, verum etiam reddat contrarium satis notum ex duobus tum ex sequentibus verbis: *caso però che li tocchino già che in questo stato di Roma haueranno per loro parte modo conche manutenersi*. quæ verba sunt conditionalia (*caso però*) quæ resoluuntur in conditionem si, & non sine ratione Marcus Ant. illam dispositionem conditionalem fecit, cum iam in eadem cartula appareat eius voluntas instituendi eumdem Ascanium in bonis prædictis in testamento relictis, vt supra valoris duc. 500. mil. & propterea subnectit statim illa verba: *già che in questo stato di Roma haueranno per loro parte modo di manutenersi*; quæ nil aliud sonabant nisi motiuum cõpensationis cũ alias si verba illa interpretaremur omnia fuissent vana iam qđ non solum Marcus Antonius vir sapiens, sed quilibet de mundo medij intellectus certo certius sciunt secundogenitis in feudis antiquis deberi vitam militiam, sed illa conditionalis dispositio emanauit nulla alia ratione nisi ex causa dictæ legalis compensationis eiusdem vitæ militiæ cum dicta institutione id quod non erit etiam in vltimis voluntatibus de iu-
47 re ferendum in quibus quodlibet verbum appositum debet aliquid operari ad tex. in l. si quando ff. de leg.1. cum concor. tum etiam ex dicto testamento dum in eo nullam fecerit mentionem de dicta vita militia quemadmodum in cartula expresserat quæ erat præparatio ad testamentum iam dictum, & sic eius intentio ita clarè concepta in dicta car-
48 tula super dicta compensatione clarior redacta fuit ex dicto testamento, si ergo voluisset dixisset non espressit igitur noluit ad tex. in l. vni §. fin autem cum concor. C. de caduc. toll. & non sine

ra-

ratione forsan quia melius cogitauit vana esse illa verba stante eius voluntate compensandi, nec dicat pars cartulam illam fuisse conscriptam post dictum testamentum si quidem vltra quod non est verum, si tamen id veritati consonũ esset Ascanio noceret etenim per testamentum compensatio prænarrata est fir
49 miter fundata: Cartula illa continet voluntatem imperfectam, quæ etiam inter liberos nec iuuat, & est nulla, iux. tex. & ibi glo. in vers. neq; impletum, vbi Bar. & communiter DD. in l. fi. C. famil. herc. & §. ex eo autem solo instit. quib. mod. testam. infirm. & sic dispositionem illam
50 testamenti perfecti compensationis nõ tolleret, ad tex. in §. posteriore testamento, & in d. §. ex eo autem solo inst. quib. mod. testam. infirm. Ad prædictorũ corroborationem adfertur diuersitas dispositionis cartulæ præfatæ, & dicti testamẽti in nonnullis, prout ex lectura vtriusq; notũ fit, & nihilominus apparet exequutio dispositionis dicti testatoris non iuxta dispositionem dictæ cartulæ, sed secũdum dispositionem iam dicti testamenti quo fit vt vel cartula præcesserit testamẽtum, & iam res est sopita contra Cardinalem Ascanium, vel post & asseuerandum est partes noluisse stare dispositioni dictæ cartulæ, & successiuè firma remansit dicta testamentaria dispositio ex qua fundatum extat firmatam esse compensationis prænarratæ fundamentum iam dictæ prætensæ vitæ militiæ cũ prædicta institutione.

Reliquum est modo respondere illis verbis testamenti *li feudi de Regno li lasso alla dispositione delle legge*. Quibus respondetur illa non respicere debitum vitæ militiæ, sed fideicõmissum, seu maioratum quod Marcus Ant. testator instituere voluit super statu, & bonis Romæ degentibus, id quod ex duobus sole clarius redditur, tum ex verbis præcedentibus: *Eccetto li feudi del Regno quali le lasso alla dispositione delle legge*: vt intelligantur in fidei commisso includi bona burgensatica, & feudalia status Ecclesiastici non huius Regni, quæ ex dispositione tex. in c. 1. de success. feud. in fi. in fideicommisso prædicto includi nõ
51 poterant nulla in feudis testatoris ordinatione valente, vel manente, tũm etiam ex sequentibus: *primogenituram, seu pri*
52 *mogenituras*: quæ verba includunt fideicommissum, & sic ex præcedentibus, & sequẽtibus verbis absumptum nostrũ redditur clarum ad tex. in l. si seruus plu
53 rium in §. fi. ff. de leg. j. etiam quia verba illa debent intelligi secũdum subiectam materiam super qua proferuntur l. non omnis ff. si cert. pet. & l. plenum §. equitij ff. de vsu, & habit. & sic ex prædictis apparet sublata fuisse aduersarij obiecta, & fundata enixa voluntas testatoris Marci Antonij super compẽsatione iam dicta, quæ enixa volũtas colligitur ex alio inconfutabili fundamento apparente ex iã dicto testamento in Cap. Institutionis factæ in beneficium dicti Cardinalis Ascanij dum facta institutione iam dicta subnectit huiusmodi verba: *& nolo quod de bonis meis amplius petere possit:* quæ verba omnem petitionem quorumuis bo-
54 norum, & iurium excludũt, quia indefinita etiam in testamentis equipollet vniuersali, ita tex. quẽ ad hoc notat ibi Bar. in l. si plures ff. de leg. 3. l. 1. vbi Bar. & cæteri ff. de reg. iur. l. si seruitus ff. de seruitu. vrb. præd. dixi etiam iurium nempè
55 bonorum appellatione etiam iura continentur l. subsignatum §. bona ff. de verb. & rer. sign. nec dicat pars verba illa recipere restrictionem ad bona status Romani, nempe si verus esset hic partis intellectus illa verba deseruiuissẽt de uẽto duplici iure, tum quia Ascanius de bonis status Romani consequutus fuit maiorem quantitatem quam Fabritius vt clarum est, quę ascendit ad duc. 500. mill. tum etiam quia bona status ecclesiastici oĩa sunt allodialia in quibus competebat tantum legitima Ascanio ascendens forsan ad summam duc. 120. mill. & sic postquam ex eis consequutus fuerit bona ascendentia ad valorem præfatum duc. 500. mil. Ascanius nil petere
56 plus posset, & sic verba præfata fuissent vana, & superfluè prolata ac ascripta

contra

contra tex. in l. si quando ff. de leg. 1. quinimò asseueratur per illa verba, testatorem voluisse excludere petitionem vitæ militiæ, etenim respectu bonorum status Romani nil petere poterat vt supra, de statu Regni Neap. non nisi vitam & militiam; igitur dum censuit, ac mandauit nil amplius petiturum necesse est fateri exclusisse sub illis verbis vitam militiam cum illa verificari non poterāt vt supra, nisi in vita militia, ex reg. tex. in l. fundus qui locatus ff. de fun. instruct. & instru. legato cum concord. ex quibus sic fundatis & contrarijs reiectis nulli iudicantium anceps fiet absolutio dicti conuenti, & ita in omnibus respondendum ac iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Exercitium iurisdictionis potest diuidi.*

2 *Non competit actio ei qui non habet interesse considerabile.*

3 *Vicinū faciente molendinum per quod meum nō destruitur vel impeditur, sed minus lucratur, non possum prohibere, & ratio.*

4 *Habens merum & mistum imperium potest creare officiales ad sui libitum dūmodo illis maiorem iurisdictionem quā ipse habet non tribuat.*

5 *Cap. 1. §. potestas quæ sint regal. quod prohibet alios creare officiales nisi Regem procedit in priuato non in Barone habente iurisdictionem merum, & mistū imperium ab ipso Rege, & ratio.*

6 *Baro habet facultatem seu iurisdictionem in qualibet parte territorij.*

7 *Quod est in facultate alicuius non præscribitur.*

8 *Decis. S. C. narrantur similes huic causæ in diuersis temporibus.*

9 *Ex causa possunt creari plures officiales vel in alio loco exerceri iurisdictio vel per duos diuisim.*

10 *Decisio præsentis causę in fauorem.*

CONSILIVM III.

Pro Ill. D. Principe Bisiniani: contra Commendatorem Grassani. Duo si exercent iurisdictionem ciuilem cumulatiuè in aliquo casali Dominus Terræ cui casale subest & alius an Dominus Terrę possit particularem officialem constituere in dicto casali an tantum iurisdictio ibi possit exerceri per Capitaneum Terrę cui casale subest.

FVit lata sentētia per Sacr. Consil. condemnando Ill. Principem Bisiniani ad permictēdum, quod Reuerendus Cōmendator nomine Ecclesiæ S. Ioannis Hierosolymitani exerceat iurisdictionem ciuilem cumulatiuè cum Officialibus dicti Ill. Principis in homines villę Grassani, & quod in futurum non turbet dictum Commendatorem in anno 1574. qui Reuer. Commendator in anno 1576. conqueritur, quod dictus Ill. Princeps deputauit Capitaneum in dicto casali Grassani, quod minime fieri potest, etiam per capitula concessa ciuitati Tricarici, per quę apparet à tempore, cuius non extat memoria in contrarium, consueuisse Capitaneum Tricarici procedere, & exercere iurisdictionē in dicto Casali Grassani, petens remoueri Capitaneum prædictum, vt ex comparitione. Adducit capitula in anno 1516 & 1536. Sed aduertatur quod dictum Capitulum est ad alium finem. Imò ex illo colligitur in illo anno fuisse deputatum spetialem Capitaneum in dicto Casali, & Vniuersitas conqueritur, quod Comendatarius, qui erat deputatus in Capitaneum à Principe vsurpabat iurisdictionem, & capitula, faciunt pro Principe cum Vniuersitas cōqueritur, quod Capitaneus Ciuitatis Tricarici non accedit ad casale Grassani, prout est solitum, petit prouideri quod accedat iuxta solitum, ad hoc ne ciues vexentur accedere ad Ciuitatem Tricarici pro querendo iustitiam. Sed aduertatur, quod non diffi-

difficultatur per prius Capitaneum Tricarici tot vicibus quolibet mense accessisse ad dictum Casale assistẽdo,& exercendo iurisdictionem, & quolibet anno fuisse deputatum Camerarium & Locũtenentem nomine Principis ad exercendam iurisdictionem prædictam etiam cum cognitione. Adeò quod est verum iurisdictionem esse diuisam cum Principe in dicto casali,videlicet quod iurisdictio criminalis,& ciuilis mixta sit Principis,& per Principem exerceatur, ciuilis autem cumulatiuè dicti Comendatoris. Quam iurisdictionem spectãtem ad Principem,prohiberi nõ potest.Princeps,illã exercere, aut per Capitaneum destinatũ in dicto casali,aut per capitaneum ciuitatis Tricarici;Nam non negatur per prius exerceri per Camerarium siue eius Locumtenentem, & Capitaneum Tricarici accessisse ad eius libitum quoties voluerit ad exercendam iurisdictionem prædictam in dicto casali, & illis diebus stabat ibi prout sibi placebat.Ponamus casum, quod dictus Capitaneus stetisset per totum annum, de quo conqueri poterat dictus Comẽdatarius? certè nihil,& sic non est dubium potuisse Principem destinare capitaneum.Imò fortius,quod si cõquereretur casale prædictũ,adhuc potuisset facere; nam quamuis sint vnius iurisdictionis, adhuc exercitium iurisdictionis prædictæ diuidi potuisset de iure,ex quo tanto fortius Princeps potuit hoc facere postquam fecit ad instantiam dicti casalis,& pro maiori comoditate vasallorum,& meliori cultu iustitiæ. Et quod dictum casale habuit magnam comoditatem ex deputatione dicti Capitanei separatim demonstratur ex dicta capitulatione Vniuersitatis prædictæ, & quia distat dictum casale à ciuitate Tricarici per sex miliaria. Et sic etiam alias fuit iudicatum per Reg.Cam.Sum. in Terra Afragolæ cum Magnif.Buzutis,& per S. C. in Terra Gisoni cum Ill.Marchionissa Vasti, in quibus causis difficilior erat casus.

Animaduertendum rogo in hoc puncto, quod non tractatur de diuidendo
1 iurisdictionem, nec exercitium iurisdictionis, quamuis exercitium possit diuidi,per ea quę dicit Bar.in l.inter tutores ff.de admin.tut.& cõs.189.nu.7. Brun. in cons.66.fol.73.quod consil.est Baptistæ de S.Blasio, Feudistæ omnes in §. præterea ducatus de prohib.feu.alien.p Fed.& Socc.cõs.65.9.col.vers.6.& Iac. in tract.feu.ver.Marchio,vers.dubitatur nu. 3.& latissimè omnes cumulat Cass. in consuet.Burgun.rub.3.§.6.vers.duodecimo limita fol.mihi 460. sed hic iurisdictio est diuisa,&exercitium diuisum cum Ill.Princeps habet merum mixtũq; imperium, & iurisdictionem ciuilem cumulatiuè cum Comendatore ex sententia Sac.Cons.

Restat modo videre si competit actio Comendatori prohibẽdi Principem deputare capitaneũ particularem in dicto casali, quia si non habet interesse consi-
2 derabile non est dubium non competere actionem l.1.ff.de ventr.inspi.l.si pupilli ff.de nego.gest.vbi Bar. & Couarr. pract.quæst. c.13. ver.tertium fol.mihi 201.Interesse quod hic Comẽdator posset prætendere,esset fortè quod ciues accederent coram Capitaneo Principis: Hoc non esset interesse cõsiderabile sed emulatio, nam Princeps habet iurisdictionẽ ciuilem cumulatiuè cum Comendatore si Comendator nollet ibi adesse Capitaneũ Principis ex causa prædicta prætenderet iurisdictionem priuatiuè contra formam sententiæ; ergo emulatio esset clara: qua in specie lex non habet in cõsideratione,per quæ dicit Bar. in l.quominus 11.q.in fi.vbi Ias.num.83.ff.de flum. qui dicunt, quod si vicinus facit
3 molendinum per quod meum non destruitur,vel impeditur, sed minus lucratur quod non possum prohibere eo quod interesse inconsiderabile & extrinsecum est,arg.tex.in l.si sterilis §.cum per venditorem,vbi idem Bar.ff.de act.emp. Et tanto minus prætendere potest interesse quanto quod omnes testes dicunt: *che in nome del Prencipe sempre ci è stato lo Camerlingo,seu Locotenente quale procedeua in dette cause,& quãdo ci andaua*

lo Capitanio di Tricarico ci stava per alcuni di ministrando giustitia à tutti : Ergo si nomine Principis aderat Camerlingus seu Locumtenens qui exercebat, quod interesse prętendere posset Commendatarius ex mutatione nominis .s. quod ille Camerarius dicatur, seu nominetur Capitaneus, certè nullum; & sic ét ponamus casum quod Capitaneus Tricarici accessisset pro toto anno ad casale Grassani, vel ibi stetisset continuò, posset nè Comendatarius prohibere; certè non posset, ergo nec prohibere potest quod Princeps deputet capitaneum separatū.

Sed nunc præsuppono, quod creatio seu deputatio capitanei per Principem afferret interesse Comendatori, adhuc concludo de iure non posse prohiberi; nam videndum est si licet Principi deputare dictum capitaneum; & pro huius puncti determinatione ex verbis priuilegij Principis resoluitur omnis difficultas cum sit cum potestate creandi officiales, & ét quod in priuilegio non habe
4 ret, adhuc habens merum, & mixtum imperium potest creare officiales ad sui libitum dummodo illis maiorem iurisdictionem quam ipse habet non tribuat l. imperium in fi. ff. de iur. om. iud. & And. de Iser. vbi Affl. in const. in locis demanij nostri la 1. post nu. 10. & idem And. in c. j. §. scriba 2. col. in fi. de prohib. feu. alien. per Fed. & idem Affl. in c. 1. vers. potestas cont. magistri in princ. quæ sint regal. & in const. officiorum periculosa nu. 16. & illud quod disponitur per c. j. §. potestas quæ sint regal. prohibendo
5 alios creare officiales, nisi Regem, procedit in priuato non in Barone habente iurisdictionem merum & mixtum imperium ab ipso Rege, quia omnia nostra facimus, quibus authoritas nostra impartietur, vt omnes Feudistæ ibi, & signan-
6 ter Mazzeus ibi in princ. qui habet hanc facultatem, seu iurisdictionem in qualibet parte Territorij per quæ dicit Paris de reintegr. in c. 147. fol. mihi 159 per tex. in l. quæ de tota ff. de reiuend. Et sic tam ex priuilegio, quam ex iuris dispositione potest Princeps deputare seu creare officialem, & capitaneum particularem, prout melius ipsi videbitur &
7 in qualibet parte, sistens hoc in eius facultate quod non præscribirur glo. in l. qui luminibus ff. de seru. vrb. præd. Felyn. in c. cum accessissent col. fi. in fi. ext. de const. latissimè Couar. de pact. in §. 4. par. 2. post nu. 6. fol. mihi 181. a ter. vbi dicit esse communem opinionem, & Aymo. Crau. cons. 3. nu. 22. & latius in tract. de antiq. temp. 4. par. fol. mihi 172 vbi omnes DD. alleg. Et sic fuit decisum
8 per Sac. Conf. iunctis aulis referente D. Quadra in causa Ill. Marchionis Vici cum Vniuersitate Pontis vbi iurisdictio baiulationis semper fuerat exercitata p capitaneum nouiter Marchio creauit baiulum Vniuersitas conquerebatur petēs exerceri per capitaneum iuxta solitum & non posse creare baiulum, & hic punctus fuit etiam decisus per S.C. in Terra Gifoni, & ex causa posse creare plu-
9 res officiales vel in alio loco exercere iurisdictionem, vel per duos diuisim; dicunt Baptista de S. Blasio in d. consil. & Paris. de reintegr. c. 147. & l. 2. §. 1. de orig. iur. cum diuiditur exercitium, & nō iurisdictio, per quæ supra sunt dicta, ex quibus cēseo iudicandum esse in fauorem Principis : cætera suppleant Domini Iudicantes.

Die 23. Octobris 1577. referente D.
10 Francisco Alderisio Reg. Consiliar. fuit per S. C. iudicatum in fauorem Principis Bisiniani iuxta hoc consiliū, Actuar. Capua, & de hac decis. mentionem facit D. Præs. de Franch. dec. 166.

Paulus Staibanus

SVMMARIVM.

1 *Debetur decima de fructibus qui ad vsū hominum sunt inducti.*

2 *Regula iuris quod fructus dicantur deductis expensis limitatur non procedere in decimis prædialibus.*

3 *Sententia stricte debet intelligi, & in casu suo.*

4 *Arundo est fructus fundi, & non saccarum.*

5 De-

5 *Decima debetur ex fructibus qui nascuntur, & renascuntur.*

6 *Licet cerasa sint fructus ex terra naturaliter prouenientes tamen ceruisia quæ in cerasis fit non dicitur fructus prædij, idem in frumento, & farina.*

7 *Qui tenetur dare frumentum non potest dare farinam.*

8 *An appellatione materiæ veniat materiatum distingue.*

9 *Sicut quod ex re nascitur, vel inde percipitur super qua fuit vsusfructus constitutus pertinet ad vsufructuarium ita si fiat permutatio ipsius rei perimitur vsusfructus.*

10 *Saccarum licet sit fructus in genere tanquam vsui hominum destinatum non tamen est fructus prædij.*

11 *Sententia debet esse conformis libello.*

12 *Sine principio ad medium perueniri non potest.*

13 *Ne sententia sit inutilis verba sunt impropriande, vt contineant id quod alias stricto iure non continerent.*

14 *Tabula cedit picturæ tāquam pretiosiori.*

15 *Decima si debetur super fructibus non ex terra prouenientibus, sed ex artificio debetur deductis expensis.*

CONSILIVM IV.

Pro Ill. Principe Bisiniani: contra Reu. Abbatem Deodatum. Decima fructuum quando debetur per sententiam an debeatur etiam saccarorum quæ rediguntur ex arundinibus vel an saltim in liquidatione decimæ sint deducendæ expensæ.

DVM Ill. Bisiniani Princeps per sententiam Sac. Conf. extitit condemnatus Reu. Abbati Deodato ad decimas fructuum prætensi territorij eius Abbatiæ in pertinentijs Terræ Abbatis Marci, orta fuit difficultas, numquid teneatur ad decimas Zaccarorū, quę rediguntur ex arundinibus mellifluis nascentibus in territorio, an saltim in liquidatione talis decimæ sint deducendæ expensæ quæ in maxima parte concurrunt in artificio, seù industria conficiendorum Zaccarorum.

Quòd decima huiusmodi debeatur posset pro Abbate allegari text. in argumētum in l. pen. in princ. ff. de vsufr. leg.
1 vbi Iurisconf. dicit, id esse in fructu, quod ad vsum hominis est inductum, facit text. in l. in pecudum circa fin. ff. de vsur. Cum igitur Zaccara principaliter vsui hominis deseruiant, ergo &c. Quòd autem in liquidatione expensæ minimè sint deducendæ licet regula iuris sit, fructus dici
2 deductis expensis de qua in l. fructus, ibiq. Doct. ff. sol. matr. est text. in l. fundus qui dotis vers. quare ff. famil. ercisc. & in l. si à patre §. fin. ff. de pet. hæred. Limitatur tamen non procedere in decimis prædialibus, quæ absq; deductione aliqua debentur, ita voluit glos. distinguens inter prædiales, & personales decimas in d. l. si à patre §. fin. ibiq. Alber. & Bald. est text. in cap. pastoralis, in cap. cum homines, in cap. non est, & in cap. tua nobis de decim. vt nec et census seu tributum ex prædijs sint deducenda cap. cum non sit in homine tit. eod. cum alijs relatis per Capy. dec. 20. sed cū hic agatur de decimis prædialibus, non videtur deductio facienda.

In cōtrarium dico, vel decimas deberi tantum in arundinibus mellis ex terra immediatè nascentibus, vel quatenus ex equitate propter difficilem liquidationē arbitrandum sit deberi ex saccaris, saltim expensarum esse rationem habendam, quæ in conficiendis ac redigendis saccaris concurrunt.

Circa primum assumptum, quod ex saccaris nō debeantur; Pondero verba senten
3 tiæ de fructibus territorij loquentis, quæ strictè debet intelligi & in casu suo cum sit stricti iuris l. si Iudex ff. de his qui sūt sui, vel alien. iur. notat Bar. in l. Iulianus col. 4. ff. de cond. indeb. qui dicit ea venire in sententia, quæ de necessitate exprimuntur Dec. in l. ius nostrum nu. 9. ff. de reg. iur. in cons. 43. col. fin. per tex. in l. j. C. si plur. vna sent. & in cons. 348. habetur per Rip. respon. 2. nu. 20. lib. 2. De

propria enim significatione saccarũ non est fructus territorij cum à territorio nõ producatur, sed benè arundines, ex quibus saccarum redigitur, quæ cõferuntur, & principaliter ex terra proueniunt, de his notatur in l.qui fundum §.fi. ff.de contrah.emp. vbi Iurisconſ.dicit arundi-
4 nem esse fructum fundi, & quod saccarũ non sit huiusmodi facit tex.in l.diuortio §.si vir in fundo, & l.si fũdus ff.sol.matr.
5 in quibus locis habetur id esse in fructu quod nascitur & renascitur, & hoc non potest in saccaris verificari cum à terra non nascantur: affertur in simili in argu-
6 mentum; nam cerasa sunt fructus ex terra naturaliter prouenientes, glo.in §.& si in rem in verb.fructus Instit.de off.Iud. & Ang. in l.si apes in fin.ff.de furt.& tñ ceruisia quæ ex cerasis fit, nõ dicitur prædij fructus, voluit Bal.in l.1.nũ.25.C.de vsur.& fruc.lega.vbi idem dicit de mulso, sic in simili potest argui, nam videmus frumentum esse fructum territorij l.vaccæ & ibi etiam de vino habetur ff. de euict. & tamen farina quæ ex frumẽto redigitur secus, firmat Bal.in l.1.nu.6 C. de fruct. & litium expens. qui infert
7 quod qui tenetur dare frumentũ, nõ põt dari farinam ꝙ sẽtit glo.notab.in l.quęsitum §.illud ff.de leg.3. quæ post text. quærentem quando appellatione mate-
8 riæ veniat materiatum, distinguit, quod aut materia est talis potentiæ vt vincat specificationem, & formam, quæ sint ad materiam reducibiles & materiatum venit sub dispositione materiæ, vt in metallis ꝗ nullo modo extinguũtur specificatione, aut sit species de materia ad quam materiatum non est reducibile, & tunc materiatum seu species non venit appellatione materiæ, quod glos.exemplificat in lana, farina, & similibus, pro qua distinctione est tex.in l.lana ff.de leg.3. in l. seruius in princ.& in l.si cui lana vers. lanæ ff.eod.facit tex.in l.si conuenerit §. pen. ff. de pignor. actio.in quo habetur quod pignorata sylua non cadit sub pignore, nauis ex sylua facta facit etiam in simili, nam sicuti quicquid ex re nasci-
9 tur, vel inde percipitur, super qua fuit vsusfructus constitutus pertinet ad vsufructuariũ l.arbores §.1.vbi regula ff.de vsufr.ita è cõuerso si fiat mutatio ipsius rei perimitur vsusfructus l.repeti §.2. ff. quib.mod.vsufr.amitt.l.qui vsumfructũ §.1.ff.de vsufr.vbi glo.rationem assignat ex quo alia res fit, notatur in l. si cui vbi etiam glo.ff.eo.vt sic in casu de quo agimus, sit dicendum quod quamuis saccara redigantur ex materia arundinum in terra nascentium, nõ tamen possunt sub fructibus territorij contineri tamquam quid diuersum non reducibile ad suam materiam, quod aliam rem, ac speciem omninò separatam constituit. Ex his elicitur responsio ad tex. in l. pen. ff. de vsufr.lega.& ad l.in pecudum in fi. ff.de
10 vsufr. Nam licet saccarum sit fructus in genere tamquam vsui hominis destinatũ nõ tamen est fructus prædij de quo specialiter loquitur sententia. Ad hæc accedat sententiam non potuisse comprehendere tales fructus, nec petitos, nec ꝑ actorem cogitatos: Nam Reuerendus Abbas Deodatus dum obtulit supplicationem petijtq; relaxari sibi territorium cum fructibus, sensijt de frumentis quæ ex territorio percipi potuerunt, & in his se restrinxit in prima instantia in eius articulis, vt datur videri: Vnde cum sententia simpliciter ad fructus condemnauerit, recipere debet necessarium intellectũ
11 vt comprehendat petitos, vt sit conformis libello qualiter esse debet ex regula l.vt fundus ff.com.diuid. cap.licet hely. cum glo.de simon.habetur in clem.sępè in verb.verum extra de verb.sign. notat Socc.in reg. 357.& Affl.dec.372.n. 3. l.fi.de fidei.liber.Nec obstat quod in ter
12 mino liquidationis idem Abbas demum probauerit de saccaris, nam talis probatio absq; petitione fieri non potuit, quia probatio est de medijs causæ, & sine principio ad media perueniri nõ potest, ista sunt verba Bal.in l. si quis libellos ff. de appell.relata in decis.Pedemon.j.nu. 23. & ibid. num.22. dicitur quod petitio saltim debet præcedere generalis, nam si nihil petitur, nihil consequi potest. Et si diceretur quod si in arundinibus

bus

bus decima esset præstanda sententia deseruiret de vento ex quo ferè inutilis
13 hęc decimatio redderetur, vndè verba sententiæ sunt impropriãda vt contineant id quod alias stricto iure non cõtinerent argum. tex. cum glo. in l. qui cõcubinam §. qui ornos ff. de leg. 3. vbi habetur ex legato fructuum non deduci expensas quando legatum fieret inutile: notat Bar. in l. his verbis §. vlt. ff. eo. Aret. & Ias. in l. fructus ff. solut. matr. & Tiraq. de retr. lign. §. 15. glo. 1. nu. 16. & in terminis decimæ præstandæ est decis. D. de Franch. 114. Respondeo quod cum tales arũdines ita deseruiant vsui hominis in propria specie ac materia, quẽadmodum si ex ipsis saccara redigantur, posletq; Abbas illas percipiendo distrahere vel industriam conficiẽdorum saccarorum ipsemet facere: ex hoc tollitur argumentum de iuribus in contrarium allegatis cum minime reddatur inutilis perceptio. nec militat decis. D. de Frãch. fundata in casu satis dissimili in quo verè poterat inutilitas decimarũ attendi, si decimæ redderentur de animalibus illicò natis, quæ ad nihilum deseruirent.

Circa secundum assumptum de expẽsis saltim deducendis qualiter fuerit arbitratum decimas ex saccaris deberi, nõ video qua fronte possit contrarium prætendi, cum sit probatum maximas concurrere expensas in confectione saccarorum quæ satis præualet, æstimationi arundinum nascentium in territorio de quibus stricto iure decimæ deberentur, vt dici possit saccarum magis quæri ex artificio quã ex materia arundinum de
14 quibus redigitur argumento eius quod dicitur de tabula quę cedit picturę quæ in ea fit tamquam pretiosiori iuxta tex. in §. si quis in aliena Instit. de rer. diui. similis text. in l. qua ratione §. 1. vers. sed ex diuerso ff. de acquir. rer. dom. vbi glo. rationem assignat ex quo tabula tamquã vilis materia cedit artificio vt voluit tex. in d. §. si quis in aliena, qui loquitur de pictura Apellis, vel Parrasij, facit regula tex. in l. quæritur ff. de stat. hom. cum simil. Nec potest adaptari regula decimarum quæ debẽtur ex fructibus prædiorũ non deductis expensis ad huiusmodi
15 saccarorum fructus non ex terra sed ex artificio prouenientes de quibus quatenus decimæ deberentur tamquam personales deductis expensis essent præstãdæ iuxta glo. in d. l. si à patre §. 1. ff. de pet. hæred. quæ ponit hanc regulam in personalibus quemadmodum in illis dicitur quæ de lucro, seu negotiatione debentur vt in d. c. pastoralis, vbi Hostiens. voluit, ideo ex ijs deduci expensas, ne clerici improbi exactores sint, & lucrentur cum aliena iactura, ibiq; Abb. nu. 7. hoc clarius declarat: Nam in negotiatione decima est soluenda de lucro quod propriè dicitur quod superest deductis expensis, quod secus est in fructibus prędij, qui compræhendunt id quod naturaliter percipitur non facta deductione aliqua expensarum per prius erogatarũ; vt sic concludendum sit, ex quo saccara principaliter proueniunt ex negotiatione, seu industria quæ fit ad lucrum vbi expensæ maximæ erogari debent, meritò in tali decima persoluenda expensarũm ratio in primis sit habenda, & ita iuris esse arbitror, & summę equitatis.

Paulus Staibanus.

In materia huius consilij vide l. quod in fructus redigendos ff. de vsur.

SVMMARIVM.

1 *Assensus præstitus super venditione facta nõ extenditur ad faciendã nec è cõtra.*
2 *In strictissima assensus materia non fit extensio de tempore ad tempus, nec de contractu ad contractum, nec de re ad rem nec de persona ad personam nec de casu ad casum.*
3 *Verba assensus sequi debemus illaq; ponderare.*
4 *Contractus venditionis oretenus fieri potest cũ de sui natura non requirat scripturam.*
5 *Ratificatio seu approbatio fit tam verbis quam facto imò plus est ratificare facto quam verbo.*
6 *Ex mente comprenhensiua assensus potest inesse*

inesse aliquis contractus in eo quando mens & verba ipsius assensus ipsum pa tiuntur.

7 *Mens concedentis in omni dispositione consideranda est.*

8 *Inter actum principalem & ratificationẽ in contractibus nulla est differentia.*

9 *In materia assensus in equipollentibus et fit extensio.*

10 *Scriptura priuata quomodo sit probanda & nu.17.*

11 *Comparatio scripturæ priuatæ quomodo fieri debeat.*

12 *Procurator monasterij non potest post instrumentum factum in fauorem monasterij per confessionem, vel per aliud instrumentum post factum iuri quæsito monasterio per primum instrumẽtum præiudicare.*

13 *Ad dignoscendum lęsionem in re vendita sunt illius redditus & fructus considerandi eorumq; valor attendendus.*

14 *Clausula in instrumento venditionis apposita quod venditor illud plus donat vtrum tollat læsionem & quid in venditione facta ecclesiæ.*

15 *Immensa donatio facta ecclesiæ mensurata dicitur.*

16 *Exceptionis validissimę (quo ad te liberas edes habeo) materia remissiuè, & quod possit opponi in vim peremptorij.*

18 *Chirographum eo fortius est probandum seu scriptura priuata quando conuentus illud negat.*

19 *Apodixa priuata est necesse quod sit trino teste signata maximè quando vis est in tempore & procedit etiam in procuratione ad actum speciale pręcedens mandatum habente.*

20 *Comparatio est actus fictus qui nõ potest magis operari quam casus verus.*

21 *Testes Chirographarij si viuunt omnino examinari debent & tunc comparatio est inefficax si vero sunt mortui & tũc illorum comparatio est nulla & ex ea nulla probatio sumitur.*

22 *Pactum insolitum reddit apodixam priuatam falsam.*

23 *Impetratio assensus est inutilis quando est redacta super venditione, & non super pacto de retrouẽdendo in ea facto*

24 *Originale alicuius apocę ad instantiam partis exiberi debet toties quoties illi necessarium est.*

25 *Ecclesia post ius sibi quęsitum contra illud quicquam agere non potest.*

26 *Pactum de retrouendendo quando est temporale cursu illius temporis dicitur extinctum nulla tamen lęsione apparente.*

27 *Lex nullam verbalem oblationem seu requisitionem admittit, sed realem.*

28 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CONSILIVM V.

Pro Monasterio S. Laurentij prope padulam contra Regium Fiscum. An assensus pręstitus super venditione facta extendatur ad faciendam de ratificatione alicuius cõtractus, & de verificatione, & comparatione scripturæ priuatę nonnulla.

Regius fiscus prosequendo litem olim per Ferdinandum Sãseuerinum motam in anno 1538. contra Monasterium S. Laurẽtij propè padulam pro recuperatione feudi Mandranelli, & aliorum bonorum in iuditio deductorum: Tria prætendit.

Primum, venditionem eorumdem bonorum factam in anno 1508. de mense Augusti dicto Monasterio per quondam Principem Robertum Sanseuerinum nullam esse ex defectu Regij assensus.

Secũdum, quod & si valida foret, adhuc prætendit posse dicta bona recuperare ex prætẽso pacto redimendi, vt prætenditur promisso per Procuratorem dicti Monasterij.

Tertium, quod in venditione prædicta adsit læsio vltra dimidiam iusti pretij, prætendendo valorem bonorum venditorum ascendere ad duc. 2500. & tamen fuerunt vendita duc. 1200.

Circa primum, defectus assensus ex eo prætenditur, nam fuit expeditus die 14. Augusti 1508. super venditione facta, & tamen eo tempore prætenditur nec

ante

ante non fuisse illam factam, sed die sequenti 15. eiusdem mensis. Ex quo in-
1 fertur, quòd assensus præstitus super vẽditione facta, nõ extenditur ad faciendã, nec è contra, iuxta doctr. Paul. de Castr. in l. si quis filio exhæredato §. irritum ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Afflict. decis. 355. Loffred. cons. 9. Marin. Frecc. in 1. lib. q. 11. de subfeud. & ratio assigna-
2 tùr, ex quo in hac strictissima assensus materia non fit extensio de tempore ad tẽpus, nec de contractu ad contractum, nec de re ad rẽ, nec de persona ad personam, nec de casu ad casum, secundum Andr. in cap. imperialem col. 2. de proh. feud. alien. per Feder. in cap. 1. 4. col. qui success. teneãt. & in cap. 1. §. donare 1. & 2. col. qual. olim feud. poter. alien.

Sed his minimè obstantibus contrariũ de iure in re præsenti erit iudicandum, & primò respectu primæ difficultatis ex verbis eiusdemmet assensus omnis pror-
3 sus euacuatur difficultas cum verba assensus sequi debemus, illaq. ponderare secundum Isern. in cap. 1. 3. col. qui succ. tenea. Ibi hoc verò apparebit, in eo enim infrascripta leguntur verba: *Iam dictis venditioni, & obligationi euictionis factis per dictum Principem ipsis Monasterio & Monacis, vt prædicitur, & ratificationi faciendæ de dicta venditione; iuxta formam instrumentorum facti & faciendi, ac conuentioni factæ inter eos super hoc*. Quæ verba sunt etiam repetita ibi, *ipsamq; venditionem &c.* Ex quibus nos habemus expressum assensum contractui stipulato die 15. Augusti absque vlla extẽsione, nec rei, nec personarum, nec temporis, nec cõtractus, nam si præstitus esset assensus contractui faciendo, & sequitur contractus, cui dubium erit, quod assensus valeat, & operatur; vt in casu de quo nunc agitur. Cõtrariæ enim decisiones superius allegatæ locum sibi fortasse vendicarent, quando solùm verba assensus cantarent, assentimus venditioni factæ, & non extendatur ad faciendam, secus dum alia tàm prægnantia verba superius expressa adsunt in assensu. Vlterius ponderentur illa verba posita in nostro assensu, *ac conuentioni factæ super hoc inter partes*, quæ nil aliud important nec operantur nisi quòd Procurator Monasterij, & Princeps Robertus venditor conuenerant inter se de vendẽdo dicta bona feudalia, & vt prius expediretur Regius assensus, sub quo die sequenti dictæ partes contraxerunt & demum sequeretur venditio, prout sequuta fuit die 15. eiusdem mensis & anni, & sic est assensus præstitus isti contractui venditionis causati ex dicta conuentione antecedenti. Si modo ex aduerso diceretur, quod contractus stipulatus die 15. Augusti post assensum non dicatur contractus ratificationis, sed contractus principalis venditionis; adeò quod verba nostri assensus, dum dicunt *ratificationi faciendæ*, non comprehendant hunc contractum, qui non est ratificationis, sed venditionis, & pari modo non obstent verba assensus *instrumento facto, & faciendo* singula singulis referendo, nam dum dicitur instrumento facto, intelligitur de venditione facta quę non apparet, dum verò dicitur de instrumento faciendo, intelligitur de instrumento ratificationis quæ erat faciẽda, quæ prætenditur, quod non sit facta. Nam hæc omnia tutissima, ac reali responsione tolluntur siquidem contractus istæ venditionis per Principem factus idem est, quod contractus ratificationis: Immò ratificatio ipse est & sic ipse contractus in assensu expressus, nam partes cõtractum venditionis ante assensum oretenus per-
4 fecerunt, cum de sui natura non requirat scripturam l. contractus C. de fid. instrum. est text. in §. 1. instit. de empt. & vend. post idem Princeps venditor redigendo in scriptis mediante instrumento illam ratificauit.

Secundo dicitur, quod cum ratificatio nil aliud sit nisi approbatio, seù confir-
5 matio alicuius actus, ista approbatio, & ratificatio fit tàm verbis, quàm facto: immò plus est ratificare facto, quàm verbo cap. dilecti de appell. l. Paulus ff. rem rat. hab. Dec. in cons. 449. nu. 34. & cõs. 486. nu. 12. & cons. 586. num. 13. Adeò quod

quod Princeps vendendo & tradendo absque hoc nudo nomine ratificationis, iam ratificauit, quod prius erat conuentum inter partes, cui conuentioni est similiter expresse assensus præstitus.

Tertiò, accedat prædictis cõis ratificationis forma quæ semper fuit, & est, vt qui ratificat actum venditionis in instrumento ratificationis dicat; & equè principaliter vendidit, & de hoc nõ oportet dubitari, si ergo ratificatio fit eo modo, prout Princeps in hoc cõtractu fecit, cur hodie inficiari potest, quod noster contractus celebratus die 15. Augusti nõ sit etiam contractus ratificationis.

Quartò principaliter dicitur, quod ex mente comprehẽsiua ipsius assensus, in-
6 est iste contractus & super eo præstitus est assensus, cum mens, & verba ipsius assensus patiantur hunc contractum, dixit Andr. in c.j. final. col. in fi. verb. de feud. non hab. prop. feud. natu. & in cap. Imperialem 3. colu. & latè ad propositum per Camer. in d.c. Imperialem car. mihi 52. col. 2. verb. octaua conclusio, vbi in spe-
7 tie hunc casum decidit, actẽta enim mente concedentis, quæ in omni dispositione consideranda est, vt voluit text. vbi Scriben. in l. in conditionibus primum locum ff. de cond. & demo. Camer. ibid. cumulat decis. Andreæ, omninò concludendum est pro monasterio; nã considerando mentẽ assentientis quæ colligitur ex ipso assensu, euidẽter apparet voluisse validare actũ, siuè per modũ actus principalis, siuè per modũ ratificationis siue per modũ conuẽtionis, apponendo ẽt generalia verba v3. seruata forma instrumentorũ nulla inserta clausula, quoad expres-
8 sa tantum: Inter actum enim principalem & ratificationem in contractibus nulla est differẽtia, voluit tex. in l. 1. §. si ratum habuerit ff. quod iussu. Ad hunc finem allegat Ias. in l. si quis mihi bona §. iussũ nu. 33. ff. de acq. hæred. nulla est differentia in proposito casu inter contractum principalẽ & ratihabitionem, datur actio ex eodem contractu in vtroq; casu considerato effectu; & sic ex isto solo motiuo nulla considerata extensione corruit prætensio fisci.

Quintò, ad fundandum hunc contractum sub die 15. Augusti esse in assensu comprehensum imò in spetie super eo præstitum assensum: adducitur vera, & cõis iuris conclusio, q᷑ nil refert, quid
9 ex equipollentibus fiat, etiam in materia assensus, vt in equipollentibus fiat extensio, dixit Andr. in c. 1. 4. col. vers. sed cõcedere emptori qui succ. ten. latè scripsit sequutus Andr. Camer. in præalleg. cap. Imperialem car. mihi 59. à ter. in 1. colu. in fi. vers. 13. conclusio, modo ad propositum, nonnè iste contractus venditionis & traditionis bonorum venditorum celebratus die 15. Augusti inter Principẽ, & Monasterium equipollet contractui ratificationis, imò non solum equipollet sed inest cum ex vtroq; contractu, idem sequatur effectus l. si mater C. de inst. & subst. est tex. in l. Iulianus ait ff. de cond. & demon. & satis egregiè consuluit Hieronym. Schorf. in cons. 149. nu. 5. quod est vltimũ inter consil. feudalia; nec omittam tex. in l. fideicommissa §. si cum ita ff. de leg. 3. si ergo idem contractus est venditionis q̃ ratificationis, & illi equipollet & ex vtroq; idẽ resultat effectus, sequitur quod tam mens, quam verba ipsius assensus non solum illum comprehendant, sed etiam expresse huic cõtractui sit assensus præstitus.

Secundò principaliter Regius fiscus prætendit posse eadem bona vendita ẽt data assensus validitate recuperare, saltẽ ex prætenso pacto de retrouẽdendo vt prætenditur principi Roberto venditori promisso per fratrem Angelum de Pistic cio Procuratorem Monasterij eodem die venditionis infra quatriennium, ad quod probandum duo adducit. Primum, quod dictum pactum fuerit promissum mediante quadam prętensa apoca scripta, vt prætenditur manu eiusdem Fr. Angeli. Secundum, testes deponentes de prætensa confessione eiusdem Fr. Angeli de dicto pacto de retrouendendo ac de asserta fama publica quod pactũ prætenditur corroborari per quasdã prætensas literas olim in anno 1512 scri-

scriptas per Reuerendis. Cardin. Surren. tunc Baiulum & Tutorem Ferdinandi Sanseuerini filij, & hæredis dicti q. Principis Roberti venditoris directas Priori Monasterij S. Laurentij, illum requirendo vel quod debuisset retrouendere bona prædicta, vel saltem tempus prætensi pacti prorogare, & ex his prætenditur fūdatum esse assertum pactum de retrouendendo. Sed pro parte Monasterij nō solum negatur assertum pactum fuisse probatum, imò non verum, nec vnquam promissum, & successiuè illius prætextu ad nihilum teneri; nam aut Reg. Fiscus fundat se in asserta apoca, & onus erat
10 suum, vel Ferdinandi Sanseuerini probandi illam scriptam manu Fr. Angeli, vel per testes qui fortasse prætenderentur tunc temporis adfuisse illius confectioni, vel per assertos testes qui prætendūtur in ea subscripti quorum neutrum adest, ergo nulla fides adhibēda erit. Est casus in auth. si quis vult cautè deponere C. qui potior. in pign. hab. in l. plures apochis, & in auth. at si contractus C. de fid. instrum. per Lud. Rom. in l. nuda ratio ff. de don. Butr. in c. 2. de fid. instrum. latè per Bar. in l. admonendi nu. 25. cum seq. ff. de iur. iur. consuluit Rom. in cons. 204. Nec obstabit asserta cōparatio quæ prætenditur facta pro illius verificatione
11 nam non est facta vt decet, cum necessè fuisset committere comparationem tenoris prætensæ apocæ & subscriptionis quæ prætēditur facta per d. F. Angelum quod non est factum l. comparationes C. de fid. instrum. consuluit Alex. in cons. 76. vol. 7. nu. 8. cum seq. sed solum fuit facta comparatio vnius subscriptionis asserti testis vt ex ea colligitur, sed dato quod fuisset facta comparatio tenoris totius prætensæ apocæ, & subscriptionis ipsius Fr. Angeli, prout facta non est nequaquam ex hoc esset verificata ista asserta scriptura priuata, consuluit Areti. in cōs. 64. & Affl. dec. 181. & Imol. in c. 2. de fid. instru. & in l. nuda ratio ff. de don. necesse enim fuisset illam verificare, & approbare, vel per testes qui vidissēt illam scribere, vel per eos qui prætendūtur fuisse subscriptos qui de illius tenore deponerent, & quod ipsis præsentibus fuerit scripta. Aut modo Reg. Fiscus innititur prætēsis depositionibus assertorum testium qui videntur deponere de asserta confessione dicti Fr. Angeli, qui fecerat assertam apocam continentem prætensum pactum de retrouēdendo, & istud nil proderit; nam vltra ꝙ sint singulares, & nemo ex eis concludenter aliquid boni deponat, & omnes fuerint vasalli dicti Ferdinandi Sanseuerini tempore eorum depositionis tunc tēporis potentissimi aduersarij dicti Monasterij, constat etiam illos fuisse examinatos in termino primi beneficij petiti p Monasterium; nam licet dictus Ferdinandus in primo termino in causa dato conatus fuisset probare assertum pactum non valuit; & tamen in termino beneficij illos examinauit. Ex quo oritur magna falsitatis suspicio, attamen cum nos habeamus instrumentum Regio assensū vallatum, vbi simpliciter, & sine pacto de retrouendendo fuit facta venditio, se-
12 quitur quod non solum confitendo dictus Fr. Angelus sed nec etiam si per instrumentum dictum pactum fecisset post ius quæsitum Monasterio facere potuisset, est casus in l. 1. §. fin. ff. de reb. cor. quem allegat Andr. in c. 1. colum. final. de feud. dat. in vic. leg. comm. Rursus talis asserta confessio asserti pacti, nec etiā iuuat iuxta ea quæ tradidit Dec. in cons. 18. loquens in nostris terminis.

Nec aliquid mouere debent Iudices prætensæ literæ Reuerendiss. Cardinalis Surrentini tunc balij dicti Ferdinandi Sanseuerini expeditæ in anno 1512. & directæ Priori S. Laurentij ipsum requirendo, & interpellando, vt vel debuisset retrouendere bona iam vendita, vel pactum prorogare. Nam postquam dictus Prior, nec Monaci neutrum fecerunt prout facere nō tenebātur, quando negotium erat recens, & eo tempore omnes qui prætenduntur in asserta apoca subscripti viuebant: poterat dictus Reuerendiss. Cardinalis cogere dictum Priorem ad retrouendendum, & proba-

re eo tempore assertum pactum, & non expectare post 30.annos post mortem assertorum testium; eò magis quod dictus Reueren.Cardinalis erat Locumtenens generalis huius Regni, sed quia re vera prætensum pactum nunquam fuerat factum, & apoca non vera, ideo non fuit vlterius processum, nec Monasterium molestatum nisi post triginta annos.

Superest modo tertium caput assertæ læsionis,& si rectè deducta pro parte Monasterij intueantur, non solum vlla non apparebit læsio,immo bona fuisse cariori pretio empta constabit: Et primo aduertendum est quod licet in anno 1508. fuerint aliqua corpora bonorum vendita, attamen per Principem Robertum non omnia fuerunt consignata, nam bona in 2.5.& 6.rubricis descripta in supplicatione Monasterij semper fuerunt possessa post venditionem per ipsum vẽditorem,Monasterium autem,solum possedit defensam Mandranelli, & non integram,ac feudi S.Angeli,vt plenissimè est fundatum per testes multos. Dum vero ex aduerso prætenditur bona vendita esse pretij duc.2500.licet testes hoc non benè concludant,nec deponant de valore secundum communem æstimationem, nec habito respectu ad illorum fructus, vltra quod sint examinati tempore quo erant omnes vasalli Ferdinandi Sanseuerini, cuius persona benè nota est: Attamen apparet ex prędictis quod maior pars bonorum venditorum non fuit tradita, nec per Monasterium vnquam possessa. Accedat etiam prædictis quod ad digno-
13 scendum læsionem in re vendita sunt illius redditus & fructus considerandi eorumq; valor attendendus, est text. in l.si fundum per fideicommissum de leg.1. & in l.si quos C.de rescin.vend. dixit glos. in cap. cum causa quæ inter Oeconomum de testib.in verb.ad alium vers.item qualiter, & allegat text. in l.si fundus ff.de reb.cor. Modo benè verificatum est redditus bonorum venditorum, & Monasterio traditorum consistere in oleo, frumento, & animalium fida: Quorum omnium pretium ascendit ad duc. annuos 97.4.15. vt ex vltima relatione facta per Ioa.Carolum de Campora fundata super quamplurimorum testium depositionibus à quibus deductis annui duc. 18. pro iure adohę,quæ Reg. Cur. soluitur remanẽt duc.annuis 80.qui in anno 1508.fuerũt venditi pro duc. 1200. quęnam igitur læsio considerari poterit maximè cum quibuslibet 15. annis ex eis soluuntur Reg.Cur.duc.40.pro iure releuij. Rursus consideretur pro exclusione assertæ læsionis; nam si maior pars dictorum bonorum aliquibus annis ante annum 1508. fuerat empta duc. 414. quæ vna cum alijs fuerunt vendita duc. 1200. & tamen nullum augmentum,nec temporis, nec sumptuum in eis factum fuerat, quæ nam læsio considerari poterit in hac nostra emptione. Nec læsio considerari potest stante clausula in instrumento apposita quod Princeps illud
14 plus donat Ecclesiæ intuitu Dei, & in remissionem peccatorum,licet enim Doctores aliqui dubitauerunt in l.2. C. de rescind.vend. vtrum talis clausula tollat læsionem hoc procedit in contractu facto inter priuatos secus in Ecclesia,quia
15 immensa donatio Ecclesię facta mensurata dicitur §. finimus in auth. de non alien.col.2.vers.optima mensura est donatarum eis rerum immensitas.

Licet ex congestis per Dominum Collegam meum acutissimi ingenij,& doctrinæ sit satis superq; vt nil addi possit fundatum ostare notorium iuris defectum Reg. Fisco molestanti sacrum Monasterium Sancti Laurentij super defensis Mandranelli, & Sancti Angeli per ipsum emptis ab Illustriss. Roberto de Sancto Seuerino Principe Salerni pro ducatis 1200. ex triplici capite scilicet defectus Regij assensus, exercitij prætensi pacti de retrouendendo, & læsionis:Nihilominus vt clienti morem geram cui plurimum debeo pręter dicta infra scripta,hęc ad fundandum eo impensius

vanas

vanas fisci prætensiones scribere censui.

Primò, itaq; constãter affirmo Regium Fiscum nullo iure desuper audiendum tamquam desuper nullum interesse habentem, est namque animaduertendum defensam Mandranelli esse sitam in territorio terræ Marsici noui, iuxta tertiam Rubricam D. Principis à qua dicit separatam ad quam, & non ad Reg. Fiscum hoc ius competeret, cui tempore aspirationis ad Regium demanium per Regiã Curiam omnia iura & signanter reintegrandi omnia corpora nulliter alienata & separata fuerunt amplissimè eidẽ Vniuersitati cessa, iuxta quam dũ Fiscus prętenderet vendicationem quorundã territoriorum nulliter alienatorum instãre dicta Vniuersitate fuit iudicatum per Reg. Cam. die 4. Martij 1564. absoluendum dictos particulares saluis iuribus dictæ Vniuersitati desuper competentibus prout ex decreto: Quæ Vniuersitas iam comparuit in præsenti iuditio, & eidem fuit opposita exceptio rei iudicatæ non adhuc decisa: Et defensam Sancti Angeli positam in territorio Terræ Salæ iuxta primam & secundam rubricam eiusdem D. Principis à qua dicit segregatam, cui hoc ius reintegrandi eodẽ modo competeret vt supra, ex quibus licito iure Monasterium obijcit contra Regium Fiscum, exceptionem illam de
16 iure validissimam quo ad te liberas edes habeo de qua in l. loci corpus §. competit ff. si seruit. vend. & in l. ille à quo §. 1. ff. ad trebell. quæ exceptio potest etiam in vim peremptorij opponi, vt latè per Fely. in cap. super his nu. 18. extra de accus.

Sed vlterius progrediens affirmo, nec Vniuersitatibus prænarratis contra Monasterium aliquod ius competere ex capitibus defectus Regij Assensus, & læsionis ex adductis in iure per prænarratum Dominum collegam meum, nec dicti prætensi pacti de retrouendendo super quo capite pacti aliqua præter tacta vt supra maxima consideratione digna addam.

Pactum enim prænarratum fundatur per Reg. Fiscum, ex sola apodixa quæ p̃tenditur concepta dicto D. Principi per F. Angelum conuersum & Procuratorẽ d. Monasterij eadẽ die 15. Augusti 1508 quo die fuit celebratus contractus dictæ venditionis liberè, & citra pactum de retrouendendo, cuius scriptura
17 ac prætensa subscriptio dicti Fr. Angeli non fuit probata per testes chirografarios, vel alios deponentes subscriptionem prætensam intercessisse prędentibus dictis testibus iuxta text. in auth. si quis vult cautè deponere C. qui potior. in pignorib. habeantur cum concordantibus Iurium, & DD. authoritatibus adductis per Dominum collegam, & eo impensius vt supra probãdum erat dictum
18 chirographum, cum appareat Monasterium illum negasse vt non factum, nec illa die, quinimmò inferius illud falsum fundabit, id quod in spetie disponit tex. in d. §. si vero tale in fin. in auth. de instr. caut. & fid. quem refert Bald. & sectatur in apodixa subscripta manu alterius ex partibus vt hic in dicta authen. sed nouo iure nu. 4. vers. sed si non habet subscriptionem vtriusque partis, & Salyc. in l. scripturas num. 4. in 1. quæst. ver. dico quod valet dummodo non negatur C. qui potior. in pign. hab. Et inferius ver. alij vt omnes dixerũt, & in ver. sed vltra, glo. magis in spetie in ver. aut reus habet & loquitur in pluribus habentibus apodixas trino, vel bino teste signatas firmans eo casu prædictam apodixam ita haberi, ac si non intercessisset sed tantum fuit facta cõparatio subscriptionis vnius testis chirografarij tantum nomine Cæsaris Malfitani quæ quando legitimè intercessisset, & vtique apodixam prænarratam non roborasset. Primò, quia cum vis sit in tempore scilicet diei 15.
19 Augusti necesse est quod fuerit trino teste signata alias non probaret ex reg. text. in dicta authen. si quis vult, & in l. scripturas eod. titul. C. qui potior. in pignoribb. habean. & in l. fin. C. si cert. peta. & ratio est quia poterat fieri ante data, quæ iura militant etiam in scriptura priuata confecta per Procuratorem

ad actum speciale præcedens mandatum habente quemadmodum scripsit Anch. in conf. 24. incip. Rationes inductæ, cui se subscripsere Gaspar Caldentius, & Franciscus deRāponibus, quem refert & sectatur Tiraq. in scriptura priuata pacti de retrouendendo de vtroq; retractu in tit. de retract. conuenct. in §.1. glos.7. num.43.fol.299. quæ licet sit trino teste signata, at tamen cum vna solius testis subscriptio probata esset citra veri pręiu ditium & non aliter vtiq; iudicatur de iu
30 re vnico teste subscripta, cōparatio nāq; est actus fictus qui nō potest magis operari quam casus verus ad tex. in §. minorem natu Inst. de adop. l. Gallus §. & q d si tantum ff. de lib. & posth. cum similib. modo si vnus testis deposuisset super tenore dictę apodixæ illa de iure censeretur semiplenè probata, quinimò in præsenti casu quo requiritur numerus non duorum sed trium, nec dici posset semiplenè probata, igitur per comparationē prædictam actum fictum nō potest fundari plenè apodixam pretensam fuissę probatam.

Secundò, idipsum firmatur etiam si ap pa e et legitima comparatio subscriptionum omnium testium Chirografariorū
31 etenim aut dicti testes tempore comparationis prenarratę viuebant, & tunc omnino examinari debebant, & comparatio eo casu erat inefficax text. est singularis in §. si verò tale in auth. de instr. caut. & fide, aut mortui erāt prout verè mortui erant omnes, & tunc illorum mortuorū comparatio nulla est de iure & ex ea nulla probatio sumitur, ad hunc modum singulariter scripsit glo. in verb. causa, in ver. itē nota ex hoc in §. sed & si qs aut. in auth. de instr. caut. & fid. quā refert & sectatur Bal. in auth. sed nouo iure nu.3 verb. itemq; si testis non viuit, & ibi copiosa apostil. in ver. testis C. si cert. pet.

Tertiò, asseuerat vanum esse Regij fiscl fundamentum super præfata apodixa, quippe quia ex infrascriptis lucę meridiana clarius demonstrabitur illam fuisse falsam. Primò, nempè nulla redditur iuxta causa quin pactū de retrouendendo non debuisset apponi in eodem cōtractu venditionis, quemadmodum solitum fuisse inspicitur apponi in omnibus contractibus antiquis dictum pactum insimul. Secundò, quia si saltim aliqua iusta causa separationis reddi potuisset pactum præfatum minimè fuisset conceptum medio Chirografo de per se citra extrinsecam probationem nullam fidem faciente ac deperdibili, & maximè apud Magnates qui reguntur per alios sed medio publico instrumento quemadmodū conceptus erat contractus venditionis dictorum bonorum, & sic iudicandum erit Dños Aduocatos D. Principis consulturos si verum fuisset pactum. Tertiò, id colligitur ex verbis contractus prædicti in fine ibi: *& vbi bona prædicta plus forte valerent illud plus &c. ex mera liberalitate, & ob intuitum* Dei, *& S. Laurentij & pro remissione suorum peccatorum donauit &c.* etenim huiusmodi verba sic spetialia prolata sunt cōtraria, seu incompatibilia cum pacto de retrouēdendo, quod est donationis exclusio. Quarto, luce clarius redditur ex lectura dictæ apodixę ex illis verbis inso litis: *Et cosi volemo che l'assenso impetrato, ò che s'impetrasse sopra detta venditione habbia da comprehendere la presente venditione, perche si possa cosi impetrare dalle parte, & non impetrandosi cosi &c.* etenim sine hoc pacto si conuentio retrouendendi erat vera eadem die facta ista verba erant superflua, quia si assensus impetrabatur super venditione tantum non poterat extendi ad pactū & si ad illud non extendebatur vtrumq; corrueret, & sic pactum hoc insolitum
32 redit apodixam, vel falsam, vel saltim q eadem die non fuisset confecta ad dicta per Ang. in l. pen. C. de euict. & Tiraq. de vtroq; retract. in tit. de retr. conuent. in præfat. nu.32. fol.276. à ter. & vnumquodq; de per se verum ex prædictis operatur vt fundamentum monasterij corruat. Quinto, quoniam si pactum fuisset verum monasterium super retrouenditione requisitum ab Ill. Cardinali Surrēti in anno 1512. vti Balio Principis

suc-

successoris tunc illam fecisset sine contradictione ac dilatione tum vt veritati pareret, tum etiam vt Cardinali Regni huius tũc Locumtenẽti morem gereret. Sexto,& nouissimè accipitur ex impetratione Regij assensus in forma Reg. Cancellariæ eadem die 15. Augusti obtenta per Monasterium super dicta venditione tantum ex ea duo fundamenta maximè considerationis colligi. Primum quod id actũ sic felici duplimatæ è monasterio non fuisset actum,& si verum fuisset pactum,nam cũ poterat illud exerceri ad libitum Principis inanis fuisset impensa postquam per memoriale expeditum per verbum fiat saltim per annũ,
23 tunc cautum erat Monasterium. Secundum, quod impetratio prædicta fuisset inutilis redacta ex assensu tantum super venditione, & non super pacto iuxta DD.theoricam relatam per D.de Frãch. in dec.105. & non est præsumendum Aduocatos tũc dicti Monasterij eximios lapsos fuisse in tam notorium Iuris errorem in eius pernitiem sic euidentem.

Nec prætermittendum putaui dictæ apodixæ nullam fidem adhibendam,nec ea poterit Reg.Fiscus tueri quãdoquidẽ est copia deficitq; originale, nec illud fuit exhibitum iuxta Monasterij instan-
24 tiam quod exhiberi debebat per fiscum toties quoties Monasterio illud necessarium foret ex reg.tex. in l.si quis ex argentarijs in §. cogentur ff. de eden. Ex quibus cum luce clarius sit fundatum, vel apodixam falsam,vel ea die 15. non confectã reduntur vana fundamenta Regij Fisci tum contra assẽsum ex defectu pacti de retrouẽdendo tum ẽt respectu exercitij dicti pacti ad consequendũ di-
25 etas defensas etiam quia Ecclesia post ius sibi quæsitum cõtra illud quicquam agere non potest ex reg.tex.in l.1.§.fin. de reb.eor.cum alijs allegatis per Dominum Collegam ac etiam tum ex defectu Regij assensus, postquam in personam Monasterij remanent feudalia, tum etiã Breuis Apostolici vti bona Ecclesiæ ex dispositione Paulinæ de qua in clem.1. de reb.eccl.non alien.

Nouissimè addẽdum putaui hoc tempore vanam esse prætensionem Reg.Fisci super exercitio pacti de retrouenden
26 do quandoquidem cernitur illud fuisse temporale ac duraturum curriculo annorum quatuor,& sic illorum cursu pactum extinctum nulla desuper lesione apparente, vt in facto fundatum estat, quemadmodum scriptum reliquerunt Bal.in l.2.C.de pact.inter emp.& vend. in l.2.num.9. C.de rescin.vend Ias.in l.si ita quis promiserit §.sexacauit col.4. de verb.oblig. Angel.in cons.99. incip. Titius,Gozad.cons.87.nu.5.& Socc.in cons.2.nu.16.vol.2.per tex.in d.l.2.C. de pact.inter empt. & vend. ibi vt contractus fides seruetur vbi Cagnol. Nec huic fundamento obstare poterit prętẽsa requisitiò desuper facta ante quadriennium per dictum Ill. D. Cardinalem Ballum vt supra, nempè apparet dictam requisitionem fuisse verbalem & non realem,quę intercedere debebat medio
27 reali deposito, quam verbalem oblationem seu requisitionem lex non admittit vt testatur Bart. in l. prætor §. si quis paratus ff.de nou.oper.nunt.& latè Nicol.in tract.pigno.in 2.p.3.memb. quintæ part. princ. num.5. & dictus D. Cardinalis requisitionem prædictam fecit,non quia sciebat verum fuisse pactũ sed vt experiretur Monasterij voluntatẽ quam cum retrouenditioni renitentem vidisset informatus de vanitate pacti Monasterium aliter desuper non molestauit: Quare cum ex fundatis per Dominum Collegam, & nos clarissima reduntur Monasterij iura, petitur prouideri benè fuisse iudicatum per eandem Reg.Cam.in fauorem Monasterij,& malè reclamatum per Reg.Fiscum,& successiuè eidem esse imponendum perpetuũ silentium,& ita iuris esse censeo.

Per Reg.Cam.Sum.fuit iudicatum in
28 fauorem Monasterij quod fuit absolutũ iusta hoc consilium,de qua decis.meminit Præses de Franch. decis. sua 105. 1.par.

Paulus Stail.inus.

Ad num. 21. adde quod testis quando se sub-

ſubſcribit tunc videtur deponere Bal.in l.fi.in 5.oppoſ.C.de edic.diu.Adr. Capyc.dec.192.nu.6.Gram.conſ.47.n.2.
Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Quando à ſententia prolata per longum tempus non fuit appellatũ dicitur tranſacta in rem iudicatam.*

2 *Minor ætas non iuuat foriudicatum committentem aſperrimum crimen parricidij.*

3 *Minor ætas non releuat inquiſitum crimine leſæ Maieſtatis.*

4 *Sicut tractatus in crimine leſæ Maieſtatis etiam non effectu ſequuto punitur ita etiam in crimine parricidij & ideo hæc crimina pariſicantur.*

5 *Delictum parricidij maius eſt crimine leſę Maieſtatis.*

6 *In delictis minor non meretur in integrũ reſtitutionem.*

7 *Maior decimoquarto anno, & minor vigintiquinque incidit in pęnam l. ſi quis in tantam C.vnde vi.*

8 *Minor licet non plectatur pęna ordinaria tamen hoc non militat propter immanitatem criminis ab eo commiſſi.*

9 *Qui poſſunt præſentes ad mortem damnari poſſunt abſentes foriudicari.*

10 *An adultus licet minor 25. annis poſſit foriudicari.*

11 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

12 *An contumacia contracta ex citatione facta minori licet non curatori legitima ſit.*

13 *Curator concedi non poteſt non petenti.*

14 *Princeps poteſt ex cauſa abbreuiare anni circulum in foriudicatione.*

15 *Citatio domi debet fieri in ſolita habitatione, & aliter facta non poteſt ſubſiſtere.*

16 *De iure in criminalibus non incuſantur contumaciæ niſi in caſibus in quibus conſueuit Magna Curia.*

17 *Committens parricidium feudis eſt ipſo iure priuatus.*

CONSILIVM VI.

Pro Magnif. Aloyſia de Loffredo: contra Magnif. Ioa. Baptiſtam Tomacellum. Committens parricidium an poſſit foriudicari ante impletum 18. annum in Regno, & an Princeps poſſit ex cauſa abbreuiare annui circulum in foriudicatione, & multa circa nullitates ſententiæ foriudicationis.

NON coniunctionis pietati contraria, non impia, nec iniqua, ſed iuſtiſſima, videbitur cõparitio in præſenti iuditio Magn. Aloyſiæ de Loffredo Matris Baliæ,& Tutricis Dominarum Portiæ & ſororum de Tomacello,contra Magn.Ioa. Baptiſtam Tomacellum inquiſitum de parricidio D.Lucretiæ Caracciolæ, dum luce meridiana clarius perpendetur cauſam huius cõparitionis primariam,ac potiſſimam fundari in conſeruatione honoris D.Lucretiæ ſine culpa interfectæ, & ſucceſſiuæ totius familiæ Tomacellæ, & ſecundariã in tuitione bonorum dictarũ pupillarũ, ac ipſius Magn.Aloyſiæ,faxit Deus, quod honor & bona vt ſupra in columia redi poſſint vnà inſimul cum defenſione Magn.Ioa.Baptiſtæ, etenim ipſa D.Aloyſia non modo nõ oppugnabit Io.Bapt. ſed illum ſanguine proprio defenderet,abſq; aliud cogitari,tanquã à veritate alienum. Huiuſcemodi præfatione verè volũtatis D. Aloyſiæ ſic facta deſcẽdam ad dilucidationẽ negotij principalis; aſſeritur namq; fundatam eſſe intentionem Reg. Fiſci ſuper inſtantia excequutionis ſententiæ foriudicationis ſine alio nouo proceſſu ac ſententia ex diſpoſitione Cõſt.Regni pęnam eorum, vbi Andr.col.5. ver.appellatio, & ver.& quia habentur, quam conſtitutionem approbat Bart.in l.diuus nu.4.ff.de cuſt.& exhib. reor.Reliquum eſt modo reſpondere quinque nullitatibus prætenſis per D.Io.Baptiſtam in eius comparitione nouiſſimè allegatis.

Quibus facillima accomodantur reſpon-

ſponſa tàm generalia quàm particularia, generale ad prædictas omnes, & eorum ſingulas reſponſum in eo cõſiſtit, quod
1 cum ſententia huiuſcemodi prolata fuerit iam ſunt anni 17.ab eaq; nunquam fuerit appellatum,& ea de re tranſacta in rem iudicatam pro qua pleniſſimè præſumitur, inquiſitus aduerſus eam ẽt per viam cuiuſuis nullitatis audiri minimè debet quemadmodum alias per eãdem Magnam Curiam fuit iudicatum teſte Gram.in ſua dec.24.

Et licet ex hoc ſolo reſponſo obturari poterit os inquiſiti, attamen vt nullitates propoſitæ vanæ iudicentur, in medium adfero. Primam nullitatem cui cũ ea conſiſtat in minori ætate foriudicati ob defectum dierum 15.ab ætate annorum 18.etiam quia fuit proceſſum in iuditio prædictæ ſententiæ citata perſonam legitimam. Reſpõdemus prætenſam minorem ætatem nõ iuuare foriudicatum
2 notorium delinquẽtem patrantem hoc aſperrimum crimen quod ſic Imperator nuncupatus fuit ac cenſuit in §. alia deinde inſtit.de publ.Iud. hunc articulum fundabimus his medijs.Primo,nempe huiuſcemodi delictum parem;imò maiorem habet cauſam cum acerrimo crimine
3 læſæ maieſtatis in quo minor ętas non releuat inquiſitum iuxta ſingularem diſpoſitionem tex.in c.1. in ver.cuiuſcũq; ſtatus dignitatis vel conditionis vbi Bar. id exprimit, & ſectatur in ver.conditionis in tit.quom.in crim.læſ.Maieſ. proced. hoc abſumptum probatur; nam ſi-
4 cut tractatus in crimine læſæ Maieſtatis etiam effectu non ſequuto punitur iux. tex.in l.quiſquis cum alijs congeſtis per glo.ibi in verb.eadem C.ad leg.Iul.Maieſt. Ita in hoc crimine etiam quod extraneus ſit in quo parricidium non cadit qđ eſt mirabile dictum d.§.alia vbi Arct. & Faber.Item ſicut in primo punitur qs ex ſola ſcientia facinoris d.l.quiſquis pariformiter, & in ſecundo d.§.alia vbi Aretin.& Fab.prædicti l.vtrum vbi Bar.paríficat hæc facinora ff.de parric. etiam quod extraneus fuerit vt ſupra,idq;cum vtrumque crimen inter acerrima connumeretur in quo punitur cogitatio,tractatus, & affectus non ſequuto effectu l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſc. & Cler.vt declarat glo.in d.l.quiſquis in
5 ver. eadem, imò hoc delictum maius eſt crimine læſæ Maieſtatis ex maioritate, & nouitate pœnæ de qua in l.pen.in prin. ff.ad leg.Pomp.de parric.& in d.§.alia in quo ea de cauſa Imperator prorupit in hæc verba: Alia deinde lex aſperrimũ crimen noua pęna proſequitur. Secundò moueor authoritate tex.in l.auxilium §.in delictis ff.de minor.hoc eſpreſsè iuditio meo fundantis duplici inductione
6 dum Paulus Iureconſ.ſcriptum reliquit in delictis autem minor 25.annis non meretur in integrum reſtitutionẽ, vtiq; in atrocioribus niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam Iudicem perduxerit,Primo ibi vtiq; in atrocioribus vbi gloſ. in ver. in atrociotibus,& in ver.minor.Secunda dum narrat arbitrium Iudicis non ordinarium in miſeratione pęnæ ex illis verbis, ſed interdum, ſi non ordinarium ergo reſpectu huiuſcemodi delicti acerrimi quo maius eſſe non poteſt iuxta verba dicti §.alia & aliorum ſupra congeſtorum denegatur de iure Iudici miſerationis arbitrium. Tertio, moueor ex dictis Alex. in conſ.103.nu.12.vol.1. latè fundantis
7 maiorem 14.& minorem 25.annis incidere in pœnam l.ſi quis in tantam C.vnde vi. Quarto, id ipſum teſtatur Hyppol Bonacoſ.lib.com.opin.criminalium in verb.minori nunquam ſubuenitur; aſ-
8 ſerens quod & ſi minor plectatur pœna non ordinaria,tamen dicit id nõ militare propter criminis immanitatem ab eo cõmiſſi,id quod dicit ſequi Iacob Nouell. in lib.regul.reg.45.& reg.173.nu.3. & eo impenſius M.C.ſectaturam credimus prænarrata vt ſupra congeſta data citra veri præiudicium prætenſa minori ætate ex modicitate defectus dierum 15.

Cumq; ex prædictis fundatũ ſit Magnif.Io.Baptiſtam nõ poſſe reſpectu pręnarrati delicti iuuari hac minoris ætatis exceptione ẽt ex tam paruo pręteſo defectu dierum 15.ſequitur quod foriudicari

cari

cari potuit. Primo id fundatur ex text. singul.iunctis dictis Bar.ibid.in verb.cõditionis in d.c.1.in tit.quom.in crim.lęsæ Maiest.sit procedendũ, quem ad hoc singulariter allegat Boss.in tract.crim.in tit.qui banniri poss.nu.3.Secundo quia
9 omnes illi qui præsentes possũt ad mortem damnari,quemadmodum hic inquisitus ex sceleris immanitate ex supra in iure congestis possunt foriudicari absentes, vt copiosè scriptum reliquit omnes cumulans Nellus de S. Gemin. in tract. bannit.in 1.par.primi temporis q.1.positus inter tract.crimin. fol.179. Tertio
10 in minore tamen adulto idem testatur Bal.in l.j.col.16.ver.iuxta hoc quæritur C.de confessis,dicitq; vbiq; per statuta locorum ita seruari,& licet idem Bal. in l.clarum col.1. ver.sententia vero lata contra minorem C.de auth.præstan.scriptum reliquerit minorem non posse bãniri ad mortem ea ratione vt per eum, quia iuditium prædictum fit, ac sententia profertur contra absentem citra personam legitimam quæ non tenet, nihilominus ipsius dictum primo tollitur ex traditis per eũ ibidem,etenim dicit contrarium communiter obseruari per statuta Italiæ,prout in Const.pœnam eorum
11 quæ cum generaliter loquitur nulla facta distinctione minoris vel maioris generaliter debet intelligi ex reg.tex. l.de pretio ff.de publi.l.1. §.generaliter cum simil.ff.de lega.præstan. Secundo,quia doctrina Bal.nõ meretur allegari ad nostrum propositum cum tempore minoris ętatis tantum intercessit citatio,& alij cęteri actus fuerunt confecti tempore maioris ætatis vt supra,quo fit vt cum ci
12 tatio fieri potuit citra curatoris authoritatem etiam quia M.C. ignorabat Ioa. Baptistam minorem,& successiuè contumacia inde contracta legitima fuit,ex his quæ refert Nell.vbi supra in d.1.quæst. ver.vnum tamen nolo omittere,& Boe. latissimè in dec.63.nu.9. ver.secundum Bal.& num.10.& quia curator dari non poterat Io.Baptistæ absenti cum ille cõ
13 cedi non poteſt non petenti,vt in proprijs terminis tradidit Bal. in d. l.1. col. 15.ver.aut adultus caret curatore C.de confess. iudicium prædictum ac sententia foriudicationis contra Magnif.Io.Baptistam nullum patiuntur obiectum et quia si dictus Io. Baptista comparuisset post completos dictos 15.dies cum maior fuisset eidem tanquam tunc maiori non fuisset necessaria curatoris authoritas ex qua ratione cessat Bal.dictũ quod fundatur in eo quod contra minorem absentem non potest ferri sententia citra authoritatem curatoris vt in d. ver. sententia verò: ex quibus omnibus ita congestis patet absolutum esse primum caput nullitatis etiam ex defectu personæ legitimæ,& per consequens inquisito non est concedendus terminus petitus ad probandum dictam minorem ætatem licet falsò allegatam & si illa vera fuisset,cum ipsum nõ releuaret ex his quæ tradidit copiosè Felyn. in cap.nullus nu.9.vers.vltimo ext.de præsump.

Secundæ assertæ nullitati fundatæ super abreuiato anni circulo,ac nullitatem Regiæ dispensationis suffultæ authoritate Andr.in d.Const. Regni pęnam eorũ colu.9. ver.sed si in particulari bandito, sic respondetur præmittendo And.non
14 negare Regis potestatem quin ipse possit abbreuiare anni circulum ex causa cũ hæc sit solemnitas iuris positiui, vt idem Andr.firmat in 8.col. vers.vt.um autem Rex,& in d. ver.sed si in particulari, sed eius fundamentum consistit in ignorantia inquisiti Regij rescripti annum abreuiantis,cum asserat rescriptum prænarratum intercedere post inquisiti absẽtiam qui illud ignorans confisus in dilatione anni ex lege dictæ constitutionis ipsi cõpetenti,ac non crediturus Regem ita dispensaturum non comparuit,huiusmodi ignorantiæ ratio cessat in proposito themate: si quidem apparet Regium rescriptum nõ modo fuisse intimatum eidem Io.Baptistæ domi solitæ habitationis,verum etiam tot,& tantis agnatis,cognatis & vicinis tantæ authoritatis,adhunc finẽ nè ignorantia rescripti allegari in futurũ potuisset id quod M.C. expressit in citatione prænarrata: præterea potuit certo

certius

certius inquisitum credere temporis abbreuiationem tum ex premio duc. 2000 ipsum capienti promisso per Regiam Curiam, tum etiam ex immanitate huiusmodi delicti, & ex eo quod ipse narrat in eius memoriali porrecto Illustrifs. & Excell. D. Proregi tunc non comparuisse ex animo irato, & terribilitate cōtra ipsum patefactis per Illust. & Excell. tunc Regni Proregem eiusq; Collaterale Consilium, & alios superiores, & sic ex his cū cesset Andr. ratio cessabit nullitas prænarrata etiam quia nunquam auditum fuit huiuscemodi Regiam potestatem in dubium fuisse refricatam.

Tertia etiam nullitas citationis domi solitæ habitationis Io. Baptistæ post delictum effectæ Dominorum fratrum eius prætensorum inimicorum etiam cessat nempè citatio domi prędictæ habitationis so
25 litæ fieri debebat, & aliter de iure facta subsistere non poterat prout glo. 2. in ver. foriudicari in ver. & hanc formam notat in d. Const. pœnam eorū vbi Affl. nu. 44. & 45. Præterea absit cogitari fratres post delictū effectos inimicos, nam vt supra præmissum est præsentē instantiam D. Aloysiæ contra inquisitum intercessisse potissima ratione honoris D. Lucretiæ, & familiæ de Tomacello conseruandi & non aliter, & prætensa inimicitia non fuit vera, & illa in aere figuratur.

Quarta vero nullitas fundata super intimatione citationis ad foriudicādum die 24. Iulij, dū ea fieri debebat vt pars Prætendit post diem 26. Iulij ea ratione quia mensis prefixus in Regio rescripto currere debebat à die 26. Iunij qua fuit accusata vltima cōtumacia super intimatione dicti Regij rescripti; cessat etiam ex causa dicti Regij ordinis quo præceptū fuerat eidem M.C. foriudicationē publicari infra mensem decurrendū à die datæ eiusdē apparētis in 19. die Iunij, adeo quod apparet inquisitū potuisse non modo ante diem 19. Iulij ad foriudicandū citari, sed foriudicari in die 20. qui foriudicatus non fuit nisi die 5. Septembris 1567. cessat etiam defectus incusationis primæ contumaciæ super iam dicta notificatione nempe illa non est necessaria cum tractetur tantum de notifica-
26 tione Regij ordinis vltra quod de iure in criminalibus nō incusantur cōtumaciæ nisi in his casibus in quibus consueuit M.C. ita Affl. in d. Const. pęnam eorum num. 17. ver. 4. Præterea & si accusata non inspiciatur, Pragm. Illustris. D. Petri de Toleto edita in anno 1537. quæ incip. *Perche accade molte volte* fol. 48. habet illam vt accusatam ad finem foriudicationes conseruandi.

Nouissimè quinta nullitas fundata super incusatione primæ contumacię super citatione ad foriudicandum die 28. Iulij, quæ vt ex aduerso prætenditur incusari debebat die 25. Iulij ex dispositione ritus, ēt non subsistit quippe quia Io. Baptista agnati, cognati, amici, & vicini fuerunt citati die 24. Iulij comparituri prima die iuridica quę fuit prædicta dies 28. nam vt ex Kalendario apparet in die 25. dicti Mensis fuit celebrata Festiuitas Diui Iacobi, in 26. S. Annæ Matris B. Virginis, & 27. Festiuitas Dominicalis iuxta literam Dominicalem apud acta exhibitam. Insuper dicta pragmatica fol. 48. tollit hunc defectum contumaciæ in tempore non accusatæ ad finem pręnarratum foriudicationum conseruandarum.

Istæ allegationes deseruiunt nunc pro causa ciuili testamenti Magn. Io. Baptistæ in qua etiam allegabitur contra institutos defectus personæ Ioa. Baptistæ ex eo quia commisit parricidium ex quo feu-
17 dis fuit ipso iure priuatus ex dispositione tex. in c. 1. §. deniq; quæ fuit prima causa benef. amitt.

Paulus Staibanus.

Ad num. 2. adde quod minor 18. annis qui commiserat parricidium, fuit per S. C. poena mortis naturalis punitus vt refert D. Præs. de Franch. in dec. 230. par. 2. & vide Farinac. qui meminit huius decis. licet alias in Vrbe dicat fuisse seruatum in suis quæst. crim. in tit. de pęn. temper. q. 92. nu. 108. in fi. Et ad num. 10. adde

E vi-

videndum omnino Farinac. in pract.crimin.in tit.de inquis.q.11. à nu.26. vsq; ad nu.34.& præcipuè nu.30. in fi. vers. cōtrarium latè,& in vers.sed quia articulus iste est dubius vbi diffusè hanc quæstionem tractat. Et ad num.15.videatur D.de Franch.dec.322. Et ad num. 17. videatur doctiss.D.Scipio Rouitus Reg. Consiliarius in pragm.1.de bon.prodit. in nouissima compilatione à nu.64.vsq; ad fin. vbi quærit an p parricidiū feuda deuoluantur ad fiscū,vel deueniāt ad filiū parricidæ,&in illa causa meminit fuisse scriptum pro filio per eūdem D. Rouitum & qđ pro fisco scripsit D. Camil. de Curt.meus patruus tunc fisci patronus Regiæ Cameræ vir doctrina & in gerendis Magistratibus integritate eminentiss. & nemini secundus, qui postmodū Regens in supremo Italiæ Consilio, ac demum Præses S.C.creatus immatura morte præuentus diem clausit extremū cum omnium mœrore, & meo ac totius meæ familiæ maximo: & ibid. D.Rouit. dicit per Reg.Cam.in Coll.Consil. fuisse decisum pro filio.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à minore est nulla etiam si intercessisset decretum ac etiam si interuenerit authoritas tutoris vel curatoris.*

2 *Dispositio authen. sacramenta puberum C. si aduersus venditionem non militat stante læsione minoris iurantis.*

3 *Donationes clandestinæ etiam cum iuramento non tenent.*

4 *Iuramentum debet habere tres comites.*

5 *Lex præsumit in persona minoris,& mulieris abesse dolum.*

6 *An impubes si iurauerit vt pubes ligetur iuramento dictæ authen. sacramenta puberum.*

7 *Metus inducitur ex seueritate & terribilitate,ac etiam ex reuerentia.*

8 *Iustus metus non solum consideratur ex periculo instanti verum etiam ex futuro.*

9 *Persuasiones arguunt dolum ex proposito.*

10 *Ad probandum quod in contractu sit metus id relinquitur arbitrio Iudicis.*

11 *In minore & fœmina minor metus sufficit, & in minore præsumitur maxime quando contrahit cum maioribus suis.*

12 *Metus compulsiuus probatur ex coniecturis.*

13 *Materia l.quoties C.de don.tractatur,& nu.14.15. & 16. & ibi quando constitutum & præcarium operentur traditionem ac dominij translationem in donatarium.*

17 *An donatio omnium bonorum sit valida & quid si sit reseruatum modicum. & quomodo debeat fieri reseruatio.& nu. 19.*

18 *Inter modicum, & nihil nulla est differentia.*

CONSILIVM VII.

Pro Vincentia Laudola. Donatio facta à minore an sit nulla, & quid si intercessit iuramentum,& quid quando adest dolus & metus & an donatio per donatariū nō acceptata possit reuocari, & donatio omnium bonorum non valet etiam si sit reseruatum modicum.

Vincentia Laudola prætendit è Sac.Reg.Conf. declarari facere instrumētum donationis,de qua in processu, in beneficium Reu. Sororis Catharinellæ,& post ipsius mortem in beneficium filiorū aliarum sororum dictæ Sororis Catharinellæ collatæ fuisse & esse nullum, & si illud aliquid foret,rescindi debere ex infrascriptis rationibus validissimis,& in iure veris existentibus.

Primò ex defectu maioris ætatis, minor.n.si donat de iure donatio nulla est iux.tradita in l.fi.§.fi.C.si maio.fact.alie. rat.hab.l.2.C.si aduers.don. gl.fi.in l.j. eod.

eod.tit.C.si aduers.donat.Quæ conclusio procedit de iure etiam si super dicta donatione intercessisset decretum; ita tradidit Imperator in d.l.fin. §.fin. ergo multo magis in themate præsenti vbi decretum non interuenit, nec authoritas Ioan. Hieronymi de Martino eius viri legitimi administratoris vulgatis ad hoc iuribus, prout latè differendo consuluit, & scriptum reliquit Paul. Cast. in cons.102.in antiq. in princ. incip. in Christi nomine vers. non est dubium quod dicta donatio quatenus,vbi etiam consuluit procedere dispositionem d.§. fin. & consimil. etiam interueniente authoritate tutoris,vel curatoris in 3.columna ver. item dico quod cum de iure.

Et licet ex aduerso prætendatur ex iuramento præstito in dicto contractu per Actricem prædicta omnia cessare ex dispositione authen. sacramenta puber. C.si aduers.vend. cum eo tempore Magnif. Actrix fuerit minor vndecimo, & sic proxima pubertati, & doli capax ex ijs quæ tradita fuerunt per Affl. dec. 322. in 1.dub. tamen ex infra dicendis apparebit iuramentum prædictum Actrici in hoc non nocere.

Primò, quia vis dicti iuramenti,& d. auth. non militant stante læsione ē per
2 viam restitutionis in integrū, ita asseruit Dec.in cons.45.&cōs.349.n.6.ver.secūdo principaliter,& cons.551. prout etiā idem Affl. testatur fuisse decisum in d. dec.322.in 2.dub. Et quæ maior læsio considerari potest quam donare citra vllam causam, cum nil aliud sit nisi perdere & dissipare,& maximè in minore & muliere,l.filiusfamil. ff.de don.glo.in verb.transigere in fi.in l.interdum §.qui tutelam ff.de furt. prout idē Paul.Cast. confirmauit in d.cons.102.col.3.ver.tamen quia negari non potest.

Secundò, quia fuit clandestina donatio,& sic dolo fuit Actrix inducta ad donandum vt eius testes testificantur absente viro, & matre: non in domo solitæ habitationis,sed in domo Hieronymæ vnius ex sororibus cuius filij comprehensi fuerāt in commodo dictæ donationis;quæ donationes clandestinę ē
3 cum iuramento non tenent, tradit Bal. in l.illud. q.5.vbi Guliel.de Cun. C.de sacros. eccl.& testatur Castr.in cons.100 in antiq.col.2.ver.sed ex diuersis:Dolus hic ex proposito & re ipsa ex læsione vt infra subnectetur,&quilibet de per se reddunt non modo donationem hanc, sed quemlibet cōtractum nullum, & inualidum,prout copiosè omnes cumulat Dec.in d.cons.180.nu.7.

Tertiò,ex metu & noluntate donandi Actricis iam in actis probatis d. auth.sacramenta pub.ver.per vim & metum iustum extorta, Ioa.And.in add ad Spec. in tit.de instr.edit. §.porrò in vlt.magna add.& Dec.latissimè in cons.180.& Castr.in d.cons.100.colu.1. ver.& videtur obstare iuramentum. Ex quibus apparet
4 dictum iuramentum non habuisse suos Comites iudicium.s.iustitiam, & veritatem cap.animaduertendum 22.q.2. & successiuē suos legitimos effectus nō posse sortiri, vt latissimè per Dec.in d.cons. 180.nu.4.5.& 6.

Quartò,quandoquidem appareat Magnif.Actricem impuberē asseruisse se puberem v3.annorum 13.& super dicta assertione non apparet iurasse, quia & si postea in fine contractus iurauerit omnia & singula esse vera; nihilominus dictum iuramentum non trahitur ad dictā assertionem nisi quando corporaliter iurasset se maiorem,ad hunc modum consuluit Curt.Iun.in cons.119. nu.8.& 9. tradiderunt Imol.& Aret. in l. pluribus ff.de verb.obl.& Barbat.in cons.53. in 2.volum.

Quinto,& vltimo,& si iuratum fuisset super dicta ætate 13.annorum cum perspiceretur non dolo,sed per errorem Iuratum, id quod suadetur tum ex natura contractus,cuius causa nullum commodum paratum Actrici,sed incommodum tum ex qualitate personę minoris,& mu
5 lieris,in qua leges præsumpserunt abesse dolum,prout copiosè Dec.testatur in cons.180.nu.4.ver.ex quibus manifestè patet,quod Petr. de Anch.tenuit, idem

Dec. in conſ. 203. nu. 5. Quis igitur dubitabit auth. prædictæ locum non eſſe ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, id quod ſuadetur per tex. in l. ſi alterius à contrario ſenſu, vbi glo. Bar. & Caſtr. id intrepidè tenuerunt diſtinguendo ſi minor ſe maio. dixe. Ad quorum corroborationem adducitur quæſtio originaliter diſputata, & poſita per Guid. de Suzzaria in d. auth. ſacramenta puber. q̃ allegat Alex. in l. qui iuraſſe in princ. de. iur. iur. licet Paul. de Caſt. in d. l. qui iuraſſe illum attribuat Gulielm. de Cun. & dicit notabile dignum, & ſe non legiſſe alibi, vbi etiam Angel. ſectatur videlicet,
6 an impubes ſi iurauerit vt pubes ligetur iuramento d. auth. & tandem arguit ad partes, & inter argumenta allegat d. l. ſi alterius, quam etiam Alex. allegat dicentes quod ſi pupillus doli capax contrahens cum eo qui dubitabat an ille eſſet pupillus qui iurauit, & poſtea iurauit non venire contra, quod validatur contractus iuramento, ratio ab ipſis affertur quia pupillus contrahentem decipere voluit, arg. d. l. ſi alterius, quæ eſt l. 3. & l. 2. eod. tit. C. ſi minor ſe maio. dixerit. Et prædicta fortiora reddūtur quandoquidem appareat probatum omnia proceſſiſſe dolo aduerſariorum, qui vt conſanguinei dictæ Actricis ſciebant ætatem minorem Actricis ex his quæ retulit loco præcitato, Guid. de Suzzar. Iacobi. Alex. & cõmmunis Schola l. qui iuraſſe, prout Affl. refert in deciſ. Sac. Conſ. 322 igitur remanet firma dicta diſpoſitio d. l. ſi. in §. ſi. cum ſimil. ſupra alleg.

Secundò principaliter, quia donatio prædicta fuit facta metu, & minis dictæ ſororis Catharinellę, ad cuius impreſſionem Actrix donauit. Metus hic iuſtus in-
7 ducitur ex ſeueritate, & terribilitate dictæ ſororis Catharinellæ, per ea quæ ſcripſit de precibus Principis Seueri, Alex. in l. non eſt veriſimile §. ſi iuſto metu ff. quod met. cauſ. facit tex. vbi not. in l. 1. ibi terribilis C. ſi Rector Prouintię, Abb. in cap. Abbas de ijs q̃ vi met. cauſ. Fely. in cap. cauſā matrimonij col. 4. circ. fi. de offic. deleg. Nonne DD. tradiderunt ex vultu terribili iuſtiſſimum metum induci? iuxta tradita per Aym. conſ. 49. nu. 3 Deinde q͂a ſi ſorori Catharinellę Actrix non obtemperaſſet aliquid ei mali accidiſſet; quo caſu reuerentia Actricis erga d. ſororem Catharinellam quæ nec patrē nec matrem cognouit, ſed tantum d. ſororem Catharinellam, vt optimè probatum eſt, & pręſentia, & preces d. ſororis Catharinellæ ſatis ſuperq; fuerunt ad iuſtum metum inducendum Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. actio non dat. faciunt ſingulariter notata per Capyc. in dec. 159. n. 35. Anch. in conſ. 159 nu. 2. & faciunt dicta p Alex. in conſ. 98
8 nu. 5. vol. 3. quippe quia iuſtus metus nō modo conſideratur ex periculo inſtanti, verum etiam ex periculo veriſimiliter futuro, Gram. tradidit in conſ. 32. nu. 33. iuſta enim cauſa iuſtum inducit metum, idem Grammat. ſingulariter in conſ. 13. nu. 24. Præterea ſi inſpiciuntur perſuaſiones Aduerſarij, tales perſuaſiones ar-
9 guunt dolum ex propoſito vt not. gloſ. in l. apud celſum de except. dol. in verb. cauſa, & iuſta de cauſa propter talem dolum ſunt concedendæ reſtitutiones in integrū vt not. Bar. in l. j. in princ. ff. de eo per quem factum erit. Quinimò perſuaſiones huiuſmodi habentur loco cōpulſionis & coactionis l. eum qui C. de apoſta. multa ad hoc propoſitum allegat Aym. in conſ. 192. caſus ita nu. 12. ex quibus iuramētum prædictum relaxari debet cum ſimplicitas in minore præſumatur, & fortius in impubere Bal. in rub. C. de rer. permut. circa fi. magis conſtanter tradidit idem Bal. in c. 1. §. itē ſacramenta col. 7. de pac. iur. firm. quod boni Præſides faciunt illud iuramentum relaxari per capturam perſonę, multa ad hoc cōgerit Aym. in prædicto conſ. 192. nu. 2. & Dec. in conſ. 180. nu. 4. ver. ex quibus manifeſtè patet quod Pet. de Anch.

Sed quid egemus tot, tantiſq; validis fundamentis ad meticuloſum contractū huiuſmodi probandum? nonne id eſt de
10 iure relictum arbitrio iudicantis, Auctore Iureconſul. in l. 3. in fin. ibid: ſed huius rei diſquiſitio iudicis eſt ff. ex quib. cauſ. maio.

maio.glo.in verb.cruciatum in l.interpositas C.de transact. Gram.in dec.18.nu. 19.& idem in d.consf.13.nu.47.vbi latissimè: & si hoc est verum quisnam iudicantium non coniiciet Actricem natam 11. annum ductam ad donandum in domum Hieronymæ laudolę vnius ex contemplatis, & comprehensis in dicta donatione citra pręsentiam eius viri,& matris, repugnantem stipulationi à sorore Catharinella terribili cui Actrix maxima reuerentia astringebatur metu fuisse inductam ad donandum: Quibus omnibus accedit quia minor metus suffi
11 cit in muliere,& eo magis in Actrice tūc minore gl.1.in cap.cum locum extra de sponsal.& Dec.in l.in omnibus causis ꝓ facto nu.3. ff.de reg. iur. qui allegat Innoc.in cap.cū dilecti col.pen. ext.quod met.caus.Nec est nouum præsumi metū in persona minoris,& impuberis potissimum cum contrahit cum maioribus suis vt in fratre minore cum maiore contrahente,tenuit Socc. in cons.263. colu.3. Aret.in cons.24. quatuor dubia colu.2. nu.6.ver.1. nunquid,multa ad hoc propositum scripsit Curt.Iun.in cons. 141. habita col.2. num.11. multum eleganter tenuit Capyc. in dicta decis.159. nu.35.argum.notatorum per Anch.qui loquitur in nepte minore interueniente sexus fragilitate minori ætate, enormi læsione,& reuerentia,quā habebat puella erga suam Amitam sororem Catharinellam,sub cuius gubernatione, & educatione ab infantia vsque ad diem consumati matrimonij remāserat.Ex his tandem quæ præallegata sunt arguere debemus metum etiam compulsiuum
12 in secreto interuenisse qui probatur ex cōiecturis,prout copiosè tradidit Boer. in dec.101.nu.4.& 5.id quod etiam eadem soror Catharinella declarauit publico instrumento mediante quod ea de causa reuocauit dictam donationem integrè,eāq; in casum redegit, & Actrici omne ius forsan sibi acquisitum ex dicta donatione retrocessit,quem actum acceptauit Actrix etiam per iuditium motū contra cōprehensos in dicta donatione.

Quartò principaliter Actrix dicit victricem se effici debere, etenim & si prędicta cessarent, quo casu ex benignitate
13 l.quoties C. de don. quæ sub.mo. conuentis fuerit ius quæsitum,illud fuit reuocabiliter adeptum ante acceptationē, ac re non tradita: Ita tradiderunt communiter Bar.Imol.Raph.Fulg.Socci.copiosissimè nu.15.vsq; ad nu.17.&Aret. ad saturitatem 2.col. ver.ext. gl.in l.qui Romę §.Flauius Hermes ff.de verb.obl. qui dicunt esse communem opinionem, eodem modo testatus est Bal.in l.cum à socero C.de iur.dot. Rom.in l.sed & si hac §.præstira ff.de in ius vocand.Salyc. Angel.& cæteri in d.l. quoties per iura in l.3.C.de seru.expor.l.Aristo in prin. iunctis dictis Bar. & glos. ff.de don. l.2. C.de don.quę sub.mo.cum alijs iuribus quæ non modo procedunt in contractu merè innominato ex regul. l. ex placito C.de rer.permut. & l.si pecunia iuncta l.fi.ff.de cond. ob caus. verum ēt in isto pacto apposito in fauorem tertij,in quò locum esse pænitentiæ asseruerunt Bar. in l.fi.qu.æst.fin.in fi.quem Salyc.ibid.sectatur ff.de cond.ob caus.idem Bar.in l.si cum fundum num.4.per glo.in ver. possidens ff.de pact.cui accedit Imol.dicens non modo posse expresè pænitere: verum etiam tacitè per tex.in l.hoc iure §.si quis dederit cum glo.ff.de donat. quam glo. communiter omnes amplectuntur: cò impensius cum secundi donatarij erāt infantes, vt aduersarij met fatentur in suis exceptionibus, nec non contemplati erant non existētes in mundo prout in dicto donationis instrumēto, quo casu huiusmodi opinio est inconuincibilis prout fuit disputatum latissimè, & ita decisum per S. C. iunctis aulis in causa illorum de Brancatis, cum D.Præsid.S.C.Et in proposito themate aduertatur ad hāc potissimā rationē do-
14 nationem prædictā fuisse celebratā nulla facta traditione rerū donatarum in sororem Catharinellam primam donatariam, & successiuè nec in secundos donatarios,quo fit vt donatio præfata magis reuocari potuerit: nam DD. & præ-

sertim

scrim Ang.Salyc. & cęt.in d.l. quoties, & Aret.& reliqui in d.§.Flauius Hermes dum firmant conclusionem, actionem vidit d.l. quoties esse reuocabilē respectu tertij,narrant etiam re tradita in primum donatarium, & sic dominio in eū translato,& illo abdicato à donāti persona;id qđ sentit Bar.in l. stipulatio ista §. fi.in fi. vers. quandoq; stipulor super re mea quæ non durat mea,vt puta per traditionem, & tunc non quæritur tertio act.o,fallit fauore exercentis liberalitatē per d.l.quoties,& sic Bar.sentit quæstionem re tradita, & dominio translato in primum donatarium,& ita reuocabile inspicitur ius d.l.quoties respectu tertij re tradita,& dominio translato vt supra, quanto magis in casu nostro re non tradita nec dominio translato.Et quod pręfatum assumptum sit verum in iure,ponderētur verba d.l.quoties ibi: id quod donatum est alii restituatur,& sic re tradita in primum donatarium, cum alias primus donatarius non potuisset rem
15 sibi non traditam restituere.Insuper aduertatur rationem communem decidēdi illius tex.l.quoties,non enim potuisset adueniente tēpore per secundos donatarios res peti citra cessionem nisi re tradita: Etenim in contractibus qui re contrahuntur solum quæritur actio tertio citra cessionem ex cōmuni DD. calculo de quo in l.certi conditio §.si nummos ff.si cert.pet.per tex.in c.ea quæ ciuiliter ff.de acquir.rer.dom.Nec constitutum, & præcarium poterunt traditionem operari,ac dominij translationem in beneficium horum conuentorum iuxta terminos l. quod meo cum simil. ff. de acquir.poss.cum id procederet si pręsentes fuissent donationi præfatæ prout Alex.ibid. testatur col.2. qui omnes refert & Det.in spetie in l. contractus nu. 14.vers.limitatur, vbi idipsum ampliat ēt Notarij stipulatione accedēte ff. de reg. iur.Tanto magis quia apparet præcariū adiectum donationi vniuersali,& sic super rebus incertis super quibus præcarium,& constitutum non operantur dominij trāslationem iuxta tradita per Bar. & cæteri per illum tex.in l.3.§.incertam ff.de acquir.poss.qui etiam allegat singularem decisionem tex.in l.meus §. incerta ff.de acqui.poss.Det.in cons.226. nu. 6.& Glo.Paris.fol.198.nu.15. Quibus repeto conclusionem hanc eò magis nō
16 posse in dubium reuocari cū acceptatio pdictorum conuentorum non intercesserit,in quo casu DD.non dubitauerunt ius l.quoties respectu secūdorum donatariorum esse reuocabile,prout Socci.in d.§.Flauius n.15.16.&17.magis in spetie,& Alex.in d.§.Flauius n.8.cum seq. in antiq.

Tertiò,& nouissimo loco Actrix dicit donationem hanc ex alio capite inefficacem,ex quo est omnium bonorum præ
17 sentium & futurorum reseruatis d.100. disponendis per eam ad pios vsus pro anima sua.nam DD. asserit donationem eiusmodi intelligendam esse validam qn non sit reseruatum quid modicum,cum
18 inter modicum, & nihil nulla sit differētia c. de quarta ext. de præb. l.quamuis ff.de cond.& demon.l.minus ff.de verb. signif.in terminis consuluit Socc.in cōs. 108.vol.1.nu.3.& 4.alias esset per indirectum auferre liberam testandi facultatē l. cū duobus alias C. si fratres §.idem respondit lo 1.ff.pro soc. Saly.in l.fi.C. de pact. Igitur non debet esse quid modicū,vt fatetur Iul.Clar.in tract.de don. in q.19.circa fi.debet etiam esse liberū
19 id quod sibi reseruat, adeo quod non se astringat ad certum genus, vt puta quod possit testari ad pias causas pro anima sua, idipsum consuluit Det.in cons. 203.nu.3.vbi alios cumulat,liberam .n. facultatem de supremis iudicijs nemo constringere potest vt vtar verbis Iureconsul.in d.l.cū duobus alias si fratres § idem respondit lo 1.ff.pro soc.l.1.C.de sacros.eccl. Vnde nō se debet restringere vt possit testari pro anima,vt expressè legitur in prætensa donatione, idq; sequutus est Cagnol.in l.fi.C.de pact.nu. 242.vbi testatur esse communem, & veram conclusionem, quare donationem omnium bonorum cum reseruatione modicæ summæ sic restrictam ad certum

genus

genus scilicet ad pias causas nullius esse momenti non dubitatur.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *In donatione si fiat mentio mortis dicitur donatio causa mortis.*

2 *Quando donans donat irreuocabiliter inter viuos licet mentio mortis fiat, tamen est donatio inter viuos.*

3 *Donationis substantia tempore contractus sortita est dominium.*

4 *Pactum de non contraueniendo, & de non reuocando donationem facit donationem causa mortis transire in donationem inter viuos.*

5 *Donans retinendo penes se vsumfructum iam transtulit dominium in donantem.*

6 *De natura donationis inter viuos est trãsferre dominium in donatarium.*

7 *Clausula constituti & precarij apposita in donatione, non solum transfert dominium in donatarium sed re vera etiam possessionem.*

8 *Notarius stipulatus pro donatarijs absentibus ratione sui officij potest acquirere dictis absentibus.*

9 *Acceptans donationem acquirit ipsam irreuocabiliter.*

10 *Notarius non acquirit reuocabiliter absenti, sed irreuocabiliter.*

11 *Deficiente prima dispositione non euanescit substitutio secunda imò reassumit vires quoad secundo vocatos.*

12 *Valet argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, & è contra maximè quando viget eadem ratio.*

13 *De iure licitum est in contractibus fieri substitutiones.*

14 *Quando testator debitor legauit suo creditori si apparet ꝙ voluit cum suo legato compensare dicitur satisfecisse.*

15 *Acceptans legatum in quo est clausula ꝙ plus petere non possit & aliquid sibi debetur ab ipso testatore per viam donationis licet donatio sit maioris summæ sibi præiudicat.*

16 *Hæreditas est successio in vniuersum ius defuncti.*

17 *Cum bonorum possessione transit comodũ & incomodum.*

18 *Bona cuiuscunque dicuntur deducto ære alieno quæ supersunt.*

19 *Filia instituta in re certa cum prohibitione ꝙ nihil amplius petat super patris hæreditate potest petere quantitatem dotium maternarum.*

20 *Actio hypothecaria non comprehenditur sub rei vendicatione.*

21 *Prohibitio facta filio ꝙ amplius super hæreditate nõ petat intelligitur quoad obligationes, non autem quo ad dominia.*

22 *Legatarius prohibitus petere à testatore de bonis suis seu de sua hæreditate non prohibetur petere bona extra quæ sunt in sua hæreditate.*

23 *In generali institutione de bonis suis non includuntur bona quæ in vita tantum sunt testatoris disponentis.*

24 *Verba à testatore prolata, quod nihil amplius petat super sua hæreditate quomodo intelligantur, & nu. 25. & 26.*

27 *Debitor legando creditori in dubio non censetur habuisse animum compensandi debitum cũ legato, & declaratur nu. 28.*

29 *Vna pars testamenti declaratur per aliã.*

30 *Per hæc verba prolata à testatore quod legatarius nil petat p̃sumendum est testatorem habuisse animum compensandi debitum cum legato.*

31 *Ex liberalitate erga aliquem præsumitur amor, & nu. 32.*

33 *Ex quibus coniecturis tollatur mens tacita testatoris ꝙ voluit legatum cum debito compensare.*

34 *Cogitasse præsumitur testator de illo de quo fecit mentionem.*

35 *Dispositio non excedit personam quando per nomen facta est.*

36 *Quando concurrunt duæ regulæ vna affirmatiua, & alia negatiua attenditur affirmatiua.*

37 *Casus à testatore ommissus remanet sub dispositione iuris communis.*

38 *Portio donationum non equaliter deuenire debet iuxta numerum personarum, sed respectiuè ad portionem maiorem vel minorem.*

CON-

CONSILIVM VIII.

Pro Doctore Carolo Longo: contra Iosephum Longum. Donatio si fuerit facta irreuocabiliter inter viuos licet in ea fiat mentio mortis tamen erit inter viuos, & maximè si adest pactum de non cōtrauenien do, & non reuocando donationem, & de natura donationis inter viuos, & Notarius stipulatus pro donatarijs absentibus acquirit eis irreuocabiliter, & an si testator debitor legauit aliquid suo creditori præsumatur voluisse compensare cum debito maximè quando adest clausula in legato quod plus petere non possit.

1 QVàquam regula sit quod in donatione quãdo fit mentio mortis dicatur donatio causa mortis l. Seia §.cum pater ff.de don.caus.mor. tamen fallit quando donans donat irreuoca-
2 biliter inter viuos, quia tunc est donatio inter viuos licet mentio mortis fiat l.si alienam §.fin. ff.de don.caus.mor.l. vbi ita donatur, & l.senatus §. mortis ff. eod. nec obstat quod in vita retinuerit vsufructum, vel quod effectus siue exequutio suspendatur ad tempus mortis, nam hic donans voluit nunc tempore donationis transferre dominium in donatarios rei donatę, verum exequutionē eius dilatauit ad tempus mortis ꝑ duas horas ante mortem suam; & quod ipsa donationis substantia tempore contractus sortita sit dominiū, dicit Alex.cons.
3 14.circa primum dubium nu.1.2.3.vol. 1.& cons.78.visis quam eleganter vol.4 Socc.cōl.53. nostris consilijs per totum vol.1.& cons.232. multum eleganter, & subtiliter vol.2. Ruyn cons.72.& si per tot.lib.1. Præterea quod non sit do
4 natio causa mortis apparet ex pacto de non contraueniendo, & de non reuocãdo donationem quæ facit ipsam donationem causa mortis trãsire in donationē inter viuos, de Franch.allegat quotas
5 dec.436.Item retinendo donans penes se vsufructum iam transtulit dominium in donātem dicit tex.in l.quisquis C.de donation.Vnde si verum est (prout ita esse conclusimus) quod ista sit donatio inter viuos illico transtulit dominium in
6 donatarium, alirer enim non posset habere nomen hoc quia esset contra substantiam, & contra naturam donationis inter viuos l. quisquis C. de don.l.in ædibus §.fi.ff.eod.Dec.cons.425.in casu ad me transmisso nu.64.Ias.in l.3.C.de iur.emphyt.& cons.6.vol.1. Adhuc alia ratione cōcluditur dominiū rei donatæ tempore donationis transiuisse ad donatarios ꝑ illa verba ex nunc prout ex tūc ante duas horas mortis, in quo si addas
7 constitutum & præcarium (vt est in casu meo) non solum dominiū sed & ipsa vera possessio transfertur rei donatę, Alex. cons.3.prospectis literis nu.23.vol.6.& cons.78.visis quam eleganter sub nu.26 vol.4.Paris.cons.11.nu.103.vol.5.Alex. in l.huiusmodi nu.111.ff.de verb.oblig. Negus.de pign.in 2.memb.2.par.principalis post nu.25. Tiraq. de iur. constit. possessor.lim.30. à num.1. ad seq. de Franch.dec.213.&339.qui allegat alios & demum Fab. de Ann. in consil. 39. nu.12.

In ista donatione non fuerunt pręsentes donatarij, sed Notarius stipulatus est
8 sibi pro donatarijs absentibus, & sic ratione sui officij potuit acquirere ipsis absentibus DD. in l.stipulatio ista §. alteri de verb. oblig. per l.1.2.3.4.ff.rem pupilli saluam fore l.non aliter ff. de adop. vbi Bar. Cyn. Abb. Alex. & Doctores in l. qui Romæ §. Flauius Hermes ff. de verb.oblig.Tiraquell. plenè contra asserentes cōtrariam opinionem dicit quod nec in consulendo, nec in iudicando debet recedi ab hac opinione in tract. de const. & possess. lim. 30. num.23. & decis.Cacher.70.plenè. Et quod ex lege Regni sit acquisitum ius absenti ex stipulatione nostra est notandum quod in Regno habemus Const.In locis demanij vbi ꝙ vltra Notarium requiritur persona Iudicis, quo casu etiã si Notarius nō fuerit sibi stipulatus pro absentibus sola præsentia Iudicis hoc operatur, sicuti &

de

de cartulario Iudice scribit Tiraqu. in d. lim. 30. nu. 24. & 28. Sed istæ difficultates cessant etiam in casu meo ex hac ratione quia Carolus sequenti die donationem
9 ipsam acceptauit per quam acquisiuit ipsam donationem irreuocabiliter iux. l. absenti ff. de don. & quia Carolum allegationes istæ defendunt, eius respectu cessat ista dubitatio.

At dubium facit quod Vespesianus frater de cuius portionis donationisq; successione agitur per Carolum substitutum vocatum cum alijs tpe defūctus nō acceptauit, & prius mortuus est: Item q Notarius potuit ei viuenti, & absenti Vespesiano acquirere, vt & donans Io. Berardinus non potuerit pœnitere, vel reuocare etiam ante acceptationem donatarij, sed requirebatur quod Vespesianus ante mortem semel acceptasset quia Notarius non acquirit irreuocabiliter absenti, sed reuocabiliter .i. si ante mortem nō acceptauerit & morietur prius iux. opinionem DD. enumeratorum per Tiraq. in tract. iur. const. d. lim. 30. n. 49. cū seq. quod cum non fecerit, atq; Vespesianus acceptauerit non potuit suam portionē sibi non acquisitam transmittere ad cōdonatarios. Sed cōtraria opinio cōis est
10 q stipulatio Notarij semel absenti acquisita est irreuocabilis, & hæredes donatarij vti eadem persona cum defūcto possunt acceptare, ita tenet Cacher. vti cōem in sua dec. 33. ex pcessu agitato de Frāch. dec. 339. vnde si Carolus veniret ex persona Vespesiani defuncti vtiq; posset acceptationem nō factam à Vespesiano ipse acceptare, & ratificare stipulationem Notarij pro absente Vespesiano.

Sed meliora dicam quod Carolus nō venit tāquam hæres Vespesiani pro portione sibi tangente, sed ex propria persona vocata, & contemplata à donante in donatione & in substitutione eius; nam si acceptauit oīa contenta in dicta donatione vtiq; substitutionem ad inuicem in dicta donatione contentam acceptauit; sic igitur ex propria acceptatione nō ex stipulatione Notarij pro absente sibi acquisiuit substitutionem factam à Io. Be-
11 rardino, & ista Caroli sufficit, nā & deficiente prima dispositione nō euanescit substitutio secunda imò reassumit vires quoad secūdo vocatos l. vnica §. pro primo & §. p secūdo C. de cad. toll. si testator legat & substituit, & adimat postea à legatario non reddit legatum ad hæredem sed ad substitutos, nisi & à substitutis etiam reuocauerit l. si adimendo alias incipit l. Modestinus respōdet ff. de alim. & cib. leg. l. Celsus ff. de leg. 2. l. si ab eo ff. de vsufr. leg. Et si mihi opponetur qd prædicta iura loquuntur in legatis, & fideicommissis, & vltimis voluntatibus, nō autem in contractibus, tunc respondebo quod idem procedit in contractibus, va-
12 let enim argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus, & à contractibus ad vltimas voluntates l. seruum filij §. eum qui chirografum ff. de legat. 1. l. final. C. de legat. l. pactum inter hæredes ff. de pact. DD. in l. si decem petiero vbi Bar. & Ias. ff. de verb. oblig. maximè quando viget eadem ratio Dec. cons. 69. visis duob. nu. 6. & cons. 387. quæritur nu. 3. Alex. cons. 76. viso themate nu. 27. vol 4. Secundo respondeo quod espresè est prouisum de iure lice
13 re in contractibus fieri substitutiones, & in donatione est tex. in l. 1. C. de don. caus. mor. l. vt hæredibus ff. de leg. 2. gl. in l. sequēs quæstio eo. tit. Bal. cons. 249. verba inuestituræ vol. 2. Paul. cons. 284. vol. 2. Socc. cons. 125. col. 1. vol. 3. Dec. in l. traditionibus C. de pact. Cacher. decis. Pedem. 85. nu. 6. & dec. 110. in fin. Crauet. in cons. 19. nu. 8. Ex his omne dubium remouetur qd vel dicimus Vespesiano donationem irreuocabilem acquisitam, vel reuocabilem, donatarios ipsos venire vti substitutos ad portionem Vespesiano donatam virtute dictæ substitutionis à donante appositæ.

Nunc ad vlteriora quæ successere deueniendum est; Hic donans Io. Berardinus Longus post donationem suum cōdidit testamentum in quo legauit Scipioni duc. 10. mill. Iulio 10. mille, sed his verbis *Con conditione pero che con questi legati restino sodisfatti d'ogni cosa che potes-*

vessero dimandare, & pretendere sopra la mia heredità per qualsiuoglia modo & causa, & signãter li detti Scipione, & Giulio de le donationi li feci l'anni passati, & anco di q̃llo potessero pretendere per le donationi haueua io fatte al quon. Vespesiano loro fratello, & à Gio. Vincenzo mio figlio naturale: Est igitur considerandum an testator ademerit donationem à Iulio & à Scipione factam Vespesiano, & Io. Vincentio vt videatur tota accrescere Carolo condonatario cui noluit testator hanc espressam donationem quoad illos tollere in legato ei facto, dum de eis non fecit mentionem; Pro cuius quæsiti resolutione iterum recurro ad verba testatoris qui dixit *che con questo legato restino sodisfatti de ogni cosa &c.* clara sunt verba quod testator non ademit, sed satisfecit quod debebat ex causa dictæ donationis, legat enim maiorem summam in qua includit portionem donatam Vespesiano, & Io. Vincentio, vnde procedit dispositio tex. in l. creditorem ff. de lega. 2. & l. creditores C. eod. & distinctio Affl. dec. 44. n. 9. quod
14 quando testator debitor legauit suo creditori, si apparet quod voluit cum suo legato compensare dicitur satisfecisse, & non potest legatarius consequi vtrũq; legatum. i. legatum, & creditum. Et cum Iulius, & Scipio agnouerunt, & acceptauerunt legatum dicitur sibi satisfactum, ac sibi præiudicauerunt quo ad donationem Vespesiani, & Ioa. Vincentij iuxta terminos l. Titia la 1. §. qui in vita cum glo. in vers. portione de leg. 2. l. Imperator §. si centum l. cum ab vno, & l. peto luci eod. cap. officij ext. de test. imò quia agnouerunt legatũ in quo est clausula,
15 quod plus petere non possint etiã quod legatum esset minoris summæ, quam donatio sibi præiudicauerunt Alex. consil. 132. viso instrumento diuisionis num. 2. lib. 2. & in l. si cum dotem §. si pater vbi Paul. de Cast. ff. sol. matrim. reiecta opinione Imol. qui contrarium sentiebat Paul. consil. 193. super puncto occurrunt tria volu. 2. Dec. consil. 425. in casu proposito.

Apparet ex adductis quod expressis verbis testator voluit debitum donationis in legato cõpensare Iulio, & Scipioni, de donatione facta Vespesiano, & Io. Vincentio non sic voluit, non sic espressit in legato Caroli tantum dixit quod in eius legato includatur totum quod posset prætendere super hæreditate ipsius testatoris sine mentione donationis Vespesiani, & Io. Vincentij. Nunc videndum erit an portio Vespesiani, & Io. Vincentij includantur in legato Caroli. Pro cuius quæstionis veritate habenda examinandæ erunt duæ quæstiones. Prima an ipsa donatio Vespesiani, & Io. Vincẽtij dicatur incorporata in hæreditate Io. Berardini qa si hoc esset nil poterit Carolus super ea petere stante prohibitione testatoris prędicti an vero dicta donatio dicatur extra hæreditatem. Secunda quæstio erit an ex coniecturis saltim sit præsumendum quod testator habuerit mentem, & voluntatem velle cõpensare Carolo in eius legato dictam donationem.

Quo ad primam videtur dicendum quod Carolus petendo hanc donationem ab hæredibus Io. Berardini videtur molestare eius hæreditatem, & super ea
16 petere qđ sibi spectat occasione donationis præfatæ, quia hæreditas nil aliud est quam successio in vniuersum ius defuncti l. hæreditas ff. de regul. iur. & continet damnosam hæreditatem l. hæredi-
17 tatis appellatione ff. de verb. signific. & cum bonorum possessione transit commodum, & incommodum l. 3. ff. de bon. poss. & ad huc sine vllo corpore hæreditas est l. hæreditas ff. de pet. hæred. & si credita, & debita, commoda, & incommoda transeũt in hæreditatem, & in hæredem nulli dubium est qđ hoc est debitum hæreditatis. Præterea considerandum est, quod à Carolo non petitur certum corpus donatum, sed quantitas pecuniæ non distincta, & non separata ab hæreditate Ioan. Berardini, ac etiam petitur ab eius hærede, &

de

& de quantitate confusa in hæreditate; vnde dicendum est quod testator intellexerit quod nil aliud super hæreditate sua Carolus petere possit. Nec testator de alio credito Caroli debuit aut potuit cogitare quam de ista donatione Vespesiani,& Io. Vincentij facta ab ipso testatore, vnde præsumẽdum est & coniecturandum quod dum dixit in legato duc. 20.mil.includi donationem eidem factã & quid ex quauis causa & modo posset prætẽdere super sua hęreditate quod de alio credito Caroli non potuerit cogitare quam de isto. Vltimo pro hac opinione adducitur authorit.Bal.in l.liberti libertæq; nu.34. ver. attende tamen qui licet non bene firmet pedes, sed variando in vtranq; opiniõe discurrat,tamen altius penetrauit rationes quæsiti huius in l.quoniam nouella nu.9. C.de inoff. testam.vbi si pater instituit alium hęredẽ vniuersalem,& filiam particularem hæredem in re certa quę excedat legitimam, cum clausula quod amplius nil petat super hæreditate eius,num filia vltra legatum possit petere dotes maternas super hæreditate, distinguit Bal.quod aut dos materna consistit in pecunia,& quãtitate,aut in certa spetie & corpore,si consistit in quantitate & pecunia,non põt petere,quia petendo vel actione personali vel hypothecaria molestabit hæreditatẽ, quam totã pro ære prædicto habet obligatam. Ad idem adducitur authoritas Paul.de Cast.in conf.193.super isto pũcto vol.2.num.3. per tot.vbi quod verba illa quod non possit plus petere super hæreditate sua quamuis aliena non sint sua,& tanquam quilib. extraneus petet; tamen dicit quod habuit respectum quod sua fuerunt & eis vtebatur, vnde non erat omnino falsum quod iuuatur primordio veritatis l.cum filius §. hæres meus ff. de leg.2.

Sed contrariam opinionem esse de iure probabo, nam ista quantitas non est in hæreditate testatoris infrascriptis iuribus,rationibus,& authoritatibus cuius basis & fundamentum est hoc quod per istam donationem factam à Io.Berardino res donata tempore contractus & tempore donationis fuit separata, ac segregata à patrimonio donantis: Item dominiũ eodem momento transijt ad donatarios,& res donata non remansit penes donantẽ,sic probauimus esse in casu nostro per donationem ex nunc ꝑut ex tunc,& cum constituto & præcario trãsiuisse ad donatarios,solum vsumfructũ remãsisse penes donantem quem vsumfructũ ante mortem testatoris & donantis per duas horas fuisse vnitum cum proprietate donata.

Secundo dico quod ista quantitas nõ
18 est in hæred:tate donantis,quia bona cuiuscumque dicuntur deducto ære alieno quæ supersunt l.subsignatum §.bona ff.de verb. sign. id dicimus nostrum qđ superest deducto ære alieno, l.cũ emancipati §.illud ff.de coll.bon. mulier quæ dedit omnia bona sua in dotem viro intelligitur quod superest ære alieno l.mulier ff.de iur.dot.venisse ad hæredem dicitur quod peruenit deducto ære alieno l.venisse ff.de verb.sign.igitur quantitas donata tanquam æs alienum non est in hæreditate.

Tertiò,ꝑ ista opinione adduco authoritatem Bar. in l.vt ius iurandũ §. liberti ff.de oper.lib.à n.6.vbi qđ filia instituta in re certa cum prohibitione quod am-
19 plius nil petat super eius hæreditate quod potest petere quãtitatem dotium maternarum ex quo bona & hæreditas dicũtur deducto ære alieno,alleg.d.l.bonorum §.subsignatum ff.de verb.obl. & sic loquitur Bar.in quãtitate,& in actione hypothecaria qua dotes recuperantur contra Bal.opinionem. Et quamuis procederet opinio Bal.& Paul.quæ non procedit quia communis est contra eos adhuc respondetur quod mihi non obstat quia cum fundauimus dominium esse translatum rei donatæ in donatarios Carolus non agit actione personali,nec actione hypothecaria contra hæredem, & hæreditatem, sed vendicat ratione sui dominij, actione rei vendicationis l.in rem ff.de rei vẽd.vbi glo.dicit quod hy-
20 opothecaria non comprehenditur sub rei

vẽdicatione quia diuersæ sunt actiones ad idem tex.in l.1. & 2. C.vbi in rem act. quam meam opinionem confirmat Bal.ipse & comprobat in l. si adulta nu. 3.C.de hæred.act. vbi quod prohibitio facta filiæ quod amplius super hæredita
21 te non petat intelligitur quoad obligationes,non autem quo ad dominia, vnde id quod dixerat in l.liberti libertæq; & in l.quoniam nouella supra allegatis declarat procedere in actione hypothecaria non autem in rei vendicatione ex causa dominij.

Quartò, vlterius & ex superabũdanti pro prædicta Bar.opinione q̃ simpliciter loquitur hæreditatem intelligi deducto ære alieno absq; Bal.distinctione adduco pro me communem opinionem Doctorum quod legatarius prohibitus pete
22 re à testatore de bonis suis,seu de sua hæreditate quod non prohibetur petere bona extra quæ sunt in sua hæreditate,Saly.in l. liquido §.generaliter nu.9. C.de inoff.test.Ias.cons.214.n.4.vol.2. Ruy.cons.128.nu.7. lib.1. inquiũt omnes DD.sic firmare vt illa prohibitio nõ extendatur ad petẽda super sua hæreditate debita,quæ nõ iure hæreditario debentur,Dec.cons.425.in casu proposito à nu.7.ad 13.qui pro & contra argumẽtatur, & cum Bar. concludit Crauet. cons.19.nu.13.Corn.cons.165.nu.15. &16.vol.2.Cacher.dec.85.cõcludũt q̃d
23 in generali institutione de bonis suis nõ includantur bona quæ in vita tantum sunt disponentis,quod noto ad casum meum Paul.de Cast.contra suum consilium melius dixit,& sentijt in cons.347 quia circa nu.2.in fi.lib.1.quod si testa-
24 tor dixit quod nil aliud petat super sua hæreditate, quod verba illa referuntur ad illa bona de quibus liberè, & perpetuo potest disponere, atque ad ea quæ sunt sua:secus si non simpliciter,& absolutè sunt sua sed temporaliter, allegat l.ex facto ff. de hære.inst.l.huiusmodi §. legatum ff. de leg. 1.amplius dixit in l. peto luci ff.de leg.2.quod si testator di-
25 xerit quod nil aliud petat super hæreditate quod verba illa non referuntur ad bona quæ petet legatarius ex substitutione,allegat consil.Oldr.& plus dicit Bart. in l. si quis fideicommissa §. si quis ita nu.2.de leg.3. quod si testator dixit quod legatarius plus non petat quod censentur adempta legata vniformia,nõ autem legata post mortem alterius.

Quintò illa verba nil petat aliud super mea hæreditate sunt intelligenda in ijs rebus quæ immediatè sunt in hæredi-
26 tate testatoris non mediatè, principaliter & non secundario l.qui liberis §.hęc verba ff.de vulg.&pup.l.2.§.si cui ff.de hære.vel act.vend. l.sed & si §.sic autem ff.de leg.3.vnde Carulus petendo donationem quæ est de hæreditate Vespesiani,non immediatè petit super hæreditate Io.Berardini, sed tanquam remansam in hæreditate Vespesiani, l.aut qui aliter §.hæc verba vbi Bar.quod vi aut clam.

Sed antequam vlterius progrediamur resoluenda sunt dubia, & oppositiones quas facit aduersarius hæres,dicit quod per hanc fideicommissariam substitutionem non succeditur Vespesiano sed testatori l.cohæredi §.cum filiæ ff.de vulg. & pupill.vnde per donationem istam,& substitutionem succeditur Io.Berardino primo donanti non Vespesiano: respondetur quod res subiecta fideicommisso semper dicitur esse in eius hæreditate non est sic in hac donatione cuius dominium donans in vita transtulit, & ex contractu peruenerat ad donatarios res donata,sed fideicõmissum remansit post mortem testatoris, & sic in eius hæreditate, & satis ex prædictis est conclusum non esse in eius hęreditate donationem ipsam quæ non repeto.

Deuenio ad secundam quæstionem an ex coniecturata mente testatoris est præsumendum q̃d testator voluerit cõpensare donationem cum legato facto
27 Carolo duc.20.& pro examine præsentis quæsiti dico quod nos habemus regulam quod debitor legando creditori in dubio non censetur habuisse animum compensandi debitum cum legato, & ab hęrede debetur legatario vtrumq; debitũ & legatum l. creditores

ff.de

ff.de leg.2.l.creditor C.de leg.hæc regula intelligitur in credito & debito quod habuit volũtariam obligationem,& quæ
28 habuit initium ex contractu voluntario non autem quando debitum est legale siue necessarium sicuti de patre qui ex debito legis tenetur dotare filiam sicuti in patre qui est debitor in legitima filio sicuti in marito moriente qui tenetur vxori pauperi relinquere quartam & similib.l.si cũ dotem §.si pater ff.sol.mat. DD.in l.1.C.vnd.vir & vxo. Secundò, debet intelligi hæc regula quod ipsa procedit non apparente coniecturata mente testatoris quod voluerit compensare, nam tunc attenditur eius voluntas & compensatio l. creditores la 2. & l. creditor supra allegata,& ita in casu isto comprobat Corn.conf.115.quamquam videatur vol.4.

Pro parte hæredis posset dici qđ est cõpensandum ex coniecturis subsequentibus: Primo,quia voluit cum alijs nepotibus Iulio,& Scipione compensare donationẽ in legato & verbis expressis hoc dixit,& hoc idem præsupponendum est voluisse facere cũ alio nepote Carolo, sic enim præcedentia testamenti declarant subsequentia: sic vna pars testamen
29 ti declarat aliam l. sed & Iulianus §. sed quod dicitur ff.ad Maced.l.si seruus plurium §.fi.& l.qui filiabus de leg.1.Dec. conf.593.viso præsenti, & diligenti nu. 3. & conf.490. num.6. alia inditia dicit Aym.Crauet.conf.149. Petr.Bell.nu.3. Secundo, hæc verba testatoris amplius non petat legatarius super hæreditate mea: Item si dixerit ad hoc vt euitentur discordiæ: Item si dixit pro omni eo qđ
30 posset prætendere quod hæc verba inducunt coniecturas testatorem habuisse animum compensandi, Alex. conf.132. viso instrumento vol. Corn.conf.115. vol.4.Crauet.in d.conf.149.

Sed nec ista obstant,quia re vera non habuit animum, nec voluit Io. Berardinus compensare legatum cum donatione Caroli,& assimo contrarias coniecturas validiores pro Carolo:Prima testator legauit Iulio duc. 10. Scipioni totidem Ascanio,5.Carolo aũt 20.non igitur est argumentandũ à prædictis ad Carolum quia prædilexit Carolum dum maiorem animi gratitudinem,& liberalitatem erga
31 eũ exercuit, ita arguit Corn. conf.292. circ.prim.nu.9.vol.1.Menoc.conf.162. nu.25.vol.2.Socc.conf.191. nu.6.vers. 2.ex qualitate. Secunda coniectura est quod sicuti in morte,ita & in vita magis dilexit Carolum quam prædictos collegatarios;nam Iulio,Scipioni,&Vespesiano 5000. cuilibet donauit Carolo autẽ
32 duplum 1.10.mil. vnde ex his quę in vita gessit in morte etiam creditur maiora eidem voluisse l.damnas in fi. ibi vt hæc forma magis seruetur ff.de vsufruc. & in l.cum seruum in fi.ff.de condict. & demon. Tertia coniectura est quod testator per plures annos antea prospexerat ac sciebat Vespesianum mortuum, & casum substitutionis in donatione euenisse,& cum potuisset prouidere nõ prouidit respectu Caroli, sed tamen respectu aliorum ergo pręsumendum est qđ voluit decedere cum eadem dispositione l.tractabatur ff.de milit.testam. cessat enim coniecturata mens testatoris vbi habuit tempus & potestatem tollendi, & prouidendi & non fecit, probatur in l.3.C.de inoff.test.l.cum prętor de iud. sic dicit Corn.conf.297.num.16.vol.1. voluit enim in ea prima voluntate decedere,nec aliud mutare Dec.consil.496. nu.7.Crauet.conf.67.nu.24. Quarta coniectura quod noluit compensare cum Carolo est quia Ascanio Iulio & Scipioni quibus voluit compensare expressit Carolo noluit, & ideo tacuit, atque omisit, & sic quod voluit expres-
33 sit & quod noluit silentio pertransiuit l. vnica §. vbi autem in vers. sin autem deficientis C. de caduc. toll. cap.ad audientiã de decim.Dec.conf.422.in causa in qua nu.9.Alex.conf.38.prospectis his nu.8.volu.6. Quinta coniectura est quod testator cogitauit tempore testamenti de donatione Vespesiani, quia cogitasse dicitur si in aliqua parte testamẽti fecit mentionem Bal. in auth.ex causa vers.itẽm in testamentis C. vnde lib. &

in

34 in l.qui filiabus in princ.de leg.1. Dec. conf.390.n.3.& illã voluit exprefsè cõpenfare Scipioni,& Iulio dũ dixit *& fignãter li detti Scipione,& Giulio della donatione fatta à Vespesiano,e Gio.Vincenzo.* vnde cogitauit & fciuit nõ eft dicendũ nec recordatũ tranfiuiffe,fed memoratus,cui voluit fcripfit cui voluit tacuit. Nec eft verum quod iactat aduerfarius quod illa verba fignanter *li detti Scipione, & Giulio della donatione &c.* quod ideo protulit teftator qa in legato tres nepotes complexus eft Afcaniũ, Scipionem,& Iulium inter quos Afcanius non erat donatarius cum cæteris, & ideo cũ voluiffet feparare in efpreffione verborum Afcanium,& efptimere Scipionem, & Iulium qui erant donatarij,dixit & fignanter *li detti Scipione, & Giulio,* quia refpectu ipforum qui erant donatarij,lo quebatur legatum: Nam refpondetur quod in eodem teftamento, & in præcedenti legato aderat mentio de Carolo,& legato ejus, cui poterat dicere eadem verba *& fignanter il detto Carlo,* q noluit. Sexta coniectura eft quod teftator cogitauit, & exercuit genus aliud amoris cum Carolo, nam alios condonatarios fratres grauauit onere fideicommiffi quod decedentibus fine filijs reftituerent legatum hæredi fuo; legatum autem Caroli voluit effe fine vinculo fideicommiffi. Septima coniectura eft,qđ noluit compenfare, quia tantum voluit cum Scipione,& Iulio, dixit enim,*fignãter li detti Scipione, & Giulio,* quo cafu difpofitio ifta nõ excedit perfonam no-
35 minatorum quando per proprium nomen facta eft, ficdicit Rip. in repet.l.filiusfam.§.diui nu.3. de leg.1. p illa verba *li detti efsi li fopraſcritti,*& eft prohibitio perfonalis feu demonftratiua ad oculũ, q illos & non alios defignat Bal. in conf.304. nob.vir.Dominicus vol.5. Iaf.in §.Diui nu.pdicto dicit hanc decif. mirabilem alleg. Gemin.conf.108. difficultas dubij col.1. Octaua coniectura dicitur argumento à fimili, & à maioritate rationis, linea afcendens, & ardor liciti amoris facit fideicommiffum à linea afcendenti relictum quod habeat tã citam conditionem fi grauatus abfq; filijs deceffferit,l.cum auus de cond.& de monft.l.acutiffim.C.de fideicom.tamen fi afcendens de vno ex filij cogitauit, & efprefsè prouidit in alio omifit tunc tacita conditio non fubintelligitur cum conftet hunc cafum teftatorem cogitaffe Socc.in d.l.cum auus nu.38.verf.& per hæc,& conf.191.nu.7.verf.4.Socc.Iun. conf.117.nu.28. Dec.conf.416.nu.17 vnde fi in patre ceffat quod non cenfetur voluiffe prouidere tanto magis & in cafu noftro. His fic confideratis, non obftat quod dicebamus quod fi in alijs nepotibus hoc fecit, idem erat præfumendum in Carolo,cui fi non dixit,fufficit quod vna pars teftamenti declaret aliam,nam refpondet Dec. in conf.181. vifo puncto nu.6.quod quando concur
36 runt duæ regulæ alia affirmatiua,alia ne gatiua; Prima affirmatiua quod vna pars teftamenti declarat aliam; alia negatiua quod illud quod non eft efpreffum non cenfeatur difpofitũ quod negatiua attenditur & affirmatiua reicitur allegat l.3. in princ.de fufp.tuto.l.Sirafinus vbi Bal. C.de milit.teftam.idem dicit Dec.conf. 490.vifis,& circumfpectis nu.6.& conf. prædicto 593.nu.3. Nec definam dicere quod cafus à teftatore ommiffus re
37 manet in difpofitione iuris communis l.cõmodiffime de lib.& pofth.notatur in l.fi cui dotem in princ.ff.fol.matr. Dec. conf.599.n.7.confului. Nec obftãt verba illa *per ogn' altra cofa che poteffe pretẽdere fopra la mia heredità,* qđ nil aliud poterat prætendere præter donationem Vefpefiani,& Io.Vincentij, nam teftator potuit habere animum ad alias prætendentias per Carolum in proceffu deductas,& verifimiles.

Videndum nunc eft quota & quanta erit portio quę ad Carolum debetur de donatione facta Vefpafiano duc. 4000. ftante qđ conditio fubftitutionis extitit l.cũ ex facto §.fi quis autem ff.ad trebel. itẽ & quãta erit donationis factæ Io.Vin centio duc.2000. nam Ioa.Berardinus vfufructum tantum duc.2000. donauit

Io.

Io.Vincentio vita durante, & ideo nunc est tractandum de proprietate eius obuenientis Carolo post mortem Io.Vincentij. Dico quod portio donationum prædictarum nõ equaliter deuenire de-
38 bet iuxta numerum personarum,& donatariorum, sed respectiuè àd portionẽ maiorem, vel minorem, ex quo si tres sunt instituti,vnus in semisse,alij in quadrantibus portionibus, & ad inuicem fuerint substituti, deficiente vno eorum instituto in quadrante maior pars correspectiua ad institutum in semisse minor pars correspectiua instituto in reliquo quadrante deuenire debet l. 1. C. de impub.& alijs subst.l.si in testamento §. qui liberis & §.hæc verba,l.si plures,& l. q cum plures ff.de vulg.subst. institutio enim dat intellectum substitutioni, & secundum illãm regulatur Bar.in l.fi.vers. nam cum masculos ff.ad trebell.& cons. 16.dudũ fuit n.16.vol.1.Dec.cons.185 num.4.vers.& in præsenti,& cons.269. nu.1.& 547.num.6.Menoch.cons.200. nu.105.vol.2.

Ex his speratur sententia S. C. per quam debeat condemnari hæres quon. Io.Berardini ad restituendam portionẽ donationis factæ olim à Ioa. Berardino quon.Vespesiano correspectiuè ad portionem donatam Carolo stãte casu substitutionis, nec non declarari donationẽ factam Io.Vincentio filio naturali eiusdẽ vita sua durãte vsufructus d. 2000. pro rata proprietatis similiter spectare eidẽ Carolo correspectiuè ad maiorem portionem eiusdem vna cum interesse, iuxta liquidationem faciendam per idem S.C.prout sic speratur.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Neapolitana Si qua mulier disponit filios primi & secudi matrimonij tam masculos quam fœminas equalis esse successores in dotibus maternis portionesq; sororum in quibus succedunt accrescere fratribus vtrinque coniunctis.*

2 *Foriudicatus fit successibilis ex duobus iunctis.*

3 *Sententia iuris ferta contra consuetudidem, & eius formam de iure est nulla.*

4 *Si citatio fuerit circunducta est nulla.*

5 *Foriudicatio requirit validitatem actus contumaciæ & perseuerantiæ inquisiti in illa per annum.*

6 *Citatio ad dicendum debet fieri in domo inquisiti quod si non fiat vitiatur foriudicatio.*

7 *Terminus ad comparendum est anni circulus & si per Principem minoratur nõ potest esse minor trium mensium alias foriudicatio est nulla. & vide in addit. in fine consilij.*

8 *Quando deuolutio bonorum vel portionis non intercedit facto hominis sed iuris ministerio restitutus recuperat bona.*

9 *Quando restitutio est plenissima etiam si bona facto hominis fuerint in aliũ translata adhuc restituuntur.*

10 *Hæres ex testamento potest contrauenire voluntati testatoris circa disposita contra ius.*

11 *Hæres potest representare duplicem personam.*

12 *Actio conceditur sorori acquirendi in beneficium fratris. & nu.14.*

13 *Fratres habent in bonis maternis duo iura successionis,& accrescendi.*

15 *Omnia nostra facimus quibus nostram impartimur auth.*

CONSILIVM IX.

Pro hæredibus Scipionis de Sangro: contra Ascanium Filomarinum. *Tractatur de consuetudine incipiente Si qua mulier habens filios, & an mater possit contra formam dictæ consuetudinis testari,& an foriudicatus qui fuit plenissimè restitutus recuperet iura succedendi vigore dictæ consuetudinis,& quid si bona facto hominis fuerint in alium translata & incorporata,& de aliquibus nullitatibus sententiæ foriudicationis.*

VErũ est in facto ex matrimonio prius contracto inter Mag. Isabellam Bran-

ca-

catiam, & Magnif. Claudium Filomarinum natum fuisse tantũ Mag. Ascanium vnigenitum ex secundo vero contracto cum Magnif. Hieronymo de Sangro fuisse natos duos mares Magnif. Scipionem scilicet & Berardinum, & tres alias feminas, secundo etiam non negatur matrimonia iam dicta fuisse contracta iuxta consuetudinem Neapolitanam in scriptis redactam etiam quoad dispositionem Isabellæ circa dotes duc. 7470 tertio affirmatur Isabellam præfatam condidisse testamentum in quo hæredes instituit Ascanium, & Berardinum simpliciter hæredes vniuersales ac etiam Scipionem si gratiam cõsequeretur si quidem tunc prætendebatur foriudicatus fœminas autem in legitima.

His iactis fundamentis dum quæritur an Ascanius debeat succedere pro quarta parte iuxta eius petita an verò pro sexta parte iuxta prætensionem hæredum Scipionis de Sangro conuentorum, asseueratur portionem Ascanij esse sextã non quartam, id dictante consuetudine
1 Neap. quæ incip. Si qua mulier habens filios in tit. de mulier. haben. filios qual. suam dotem dispon. disponente filios primi, & secundi matrimonij tam mares quam fœminas equales esse successores in dotibus prædictis portionesq; sororum in quibus succedunt accrescere fratribus vtrinque coniunctis, non obstante iam dicto testamento in hoc tanquam nullo, & inualido ex defectu potestatis ex dispositione dictæ consuetudinis.

Aduersus prædicta insurrexit Ascanius asseuerans hæredes Scipionis indignos dispositione consuetudinis prælibatæ nempe dicit Scipionem tempore mortis Isabellæ fuisse foriudicatum, & successi-
2 uè insuccessibilem, effectum tamen successibilem ex duobus simul innexis institutione facta per Isabellam si his habilis fuerit factus, & Indulgentia Regia conse quuta per Scipionem ad tex. in l. in tempus ff. de hæred. inst. approbasseq; testamentum prædictum dum in sexta succedere intendit ex reg. tex. in l. cum à matre C. de rei vend. teneturq; etiam de bonis proprijs quatenus ad ipsum peruenerit de hæreditate prædicta iux. tradita per Præsid. de Franch. in dec. 153. num. 16.

At conuenti dicunt vanum esse supra narratum obstaculum ex nõ nullis infra fundandis in confutabilibus responsionibus iuris munimine roboratis.

Primò, nempe dictus Ascanius egit ad dictam suam dotium Isabellæ portionem consequendam ex dispositione dictæ consuetudinis, id quod constat ex processu, nam dum pro parte conuentorum fuisset oppositum quod declarasset Ascanius quo iure petebat dotium successionem, & aliorum bonorum Isabellæ matris, ipse respondit per huiusmodi verba v3. *quod in dotibus Isabellæ vult succedere seruata forma consuetudinis, quo ad alia bona esse hæres cum beneficio legis & inuentarij ab intestato quia non fecit testamentum*: si igitur Ascanius actor agit vigore consuetudinis, & sic secundum illius dispositionem petit sibi tradi dotium maternarum portionem, igitur secundum illam causam & petitionem
3 hanc iudicare tenetur, alias autem omnis sententia iuris ferenda contra formam consuetudinis de iure nulla esse. ad tex. in l. fi. cum simil. de fideicom. libert.

Secundò, quidem nulla apparet testamenti approbatio in hoc processu nec tacita, nec expressa insuper sexta portio dotium dictæ Isabellæ competens Scipioni ex causa iam dictæ consuetudinis vti sexto filio Isabellę minimè ei compe tijt ex causa dictę maternæ institutionis, sed ex causa dictæ consuetudinis ad illamq; fundatur de iure Scipionem fuisse habilem tempore mortis Isabellæ non obstante ex aduerso prætensa foriudicatione duplici ex capite. Primò, quia foriudicatio prædicta fuit nulla. Secundò; quia & si valida foret Scipio prædictus fuit plenissimè restitutus etiam ad bona cum clausulis prægnantibus etiam contra foriudicationem, & contra Indulgentiam nil obijci potest.

Primum assumptum fundatur triplici fundamento. Primò, ex nullitate citatio-

tionis ad capitula, quia circumducta apparet namq; Scipionem citatum die 23.Decēb. pro prima die debebatq; accusari prima contumacia die 24.Decēb. qua die Curia gerebatur non obstante vigilia Natiuitatis Domini, vel saltē die 7.Ianuarij qua die finitæ tunc erant feriæ non autem 8.Ianuarij quā fuit incu-
4 sata dicta prima cōtumacia, quo fit vt cū citatio fuerit circūducta, & consequenter nulla ex rit.124.& 125. & p Maran. in Specul.in 6.par. in materia citationis
5 nu.56. nulla sit foriudicatio quæ vigore Constitu. Regni pœnam eorum in prin. requirit validitatem actus contumaciæ prædictæ & perseuerantiæ inquisiti in illa per annum, tanto magis cum foriudicatio prædicta sit inducta in pœnam cōtumaciæ & nō delicti vt testatur And.in d.Const. pœnam eorum in vers.pœna.

Secundo, quippe quia dicta prætensa foriudicationis sententia fuit pmulgata
6 citra citationem ad dicendum quæ debebat fieri in domo inquisiti pro ipsius persona & agnatorum & cognatorū ad defensionem inquisiti cuius defectus vitiat foriudicationem, ita scripsit Affl.in Cōst. Regni pœnam eorum in 11. requis. nu. 44.secutus glo.2.in verb.foriudicati, & And.ibid. qui dicit solitum vidisse citationem prænarratam ante sententiam leguntur ad hoc dicta p Affl.in d.const. pænam eorum in 2.requis.num.16.quæ conferunt ad prædicta.

Tertio, quia non fuit seruatus tenor d.Const. pęnam eorum in expectatione inquisiti per annum siue in perssistentia illius per annū in contumaciam, sed terminus ad comparendum fuit præfixus 8.dierum qui erat incongruus ad defen
7 sionem inquisiti qui anni circulus, & si p Principem minorari possit non tñ minor esse poterit trium mensium alias foriudicatio nulla sic scripsit Andr. in Constit. Regn.pęnam eorum in 8.col.vers.vtrum autē Rex huius Regni & col.9. in antiq. loquens in fortioribus terminis existente .s.multiplicatione malefactorum in Regno, quem fuit sectatus Affl. ibid.nu. 56.vers.quarto, conferunt etiam dicta p Affl.ibid.in 8.requis.nu.19.

Secundum vero fundatur ex vi Indulgentiæ, & restitutionis plenissimè etiam ad bona quæ respectu portionis ad Scipionem competentis vigore consuetudinis, & si tempore mortis Isabellę per foriudicationem deuoluta fuerant ad alios conuocatos ex Consuetud. attamen, q̄a
8 deuolutio prædicta non intercesserat facto hominis vt puta alienatione sed iuris ministerio nascēte ex ipsa foriudicatione tūc restitutus recuperat bona, eò magis quia in præsenti casu nulla intercessit apprehensio seu incorporatio, ita copiosè scripsit Ias.in l.Gallus §. & quid si tantum nu.74.vers.secundo limita ff.de lib.& posth & dicit hoc dictum fundari ex l.siue patronus in princ. quæ incipit siue libertus, siue patronus ff.de iur.patron.sicut verè fundat intentionem nostram his verbis *Siue libertus, siue patronus deportetur, & post restituatur amissi patronatus, & petendæ contra tabulas bonorum possessionis ius recipitur quod ius seruatur etiam si in metallum patronus vel libertus damnatus restituatur*. sic in casu nostro, vt Scipio restitutus etiam q̄ Isabella aliter disposuerit portionē consuetudinis recuperauerit cui consentijt subtilissimus Aret.in d.§.& quid si tantū nu.21.vers.in ea glo.ibi post mortem reiectis omnibus alijs distinctionibus, & signanter aut restitutio intercessit ante vel post mortem testatoris cum sit tollere de facto dispositionem tex.in d.l.siue libertus qui concedit patrono contra tabulas ius aduersus testamentū liberti, dicit hanc esse verissimam allegatq; ita sentijsse Iacob.de Beluis.relatum ad hoc per Bal. in c.1.hic finitur lex, Bald.ibid. referens Cyn.huius opinionis nu.3.col. penul. vers.ex hoc nota quod restitutio vnius Alex.num.19.&signanter in vers. quod intellige secundum Cyn.& Bal. in antiq.vltra alios DD. & in specie Andr. quos idem Ias.ibid. refert à quibus adducitur, & ponderatur tex. in l. fin. in princ.C.sent.pass. disponens restitutum recuperare ius patriæ potestatis deuolutum ad filium statim per damnationem

deportationis patris iure existentię sui iuris vt ibi per eos. Ad quorum confirmationem additur id ipsum etiam procedere si bona facto hominis
9 fuissent in alium translata,& incorporata cum inspiciatur restitutio prędicta plenissima cum clausula ac si forisudicatio prędicta sequuta non fuisset, ita tenuerunt Imol.in cap.quia diligentia nu.6.vers.dicit tamen 9 quandoq; ex mente Card. Floren. qui refert sic vidisse seruari ext. de elect. ea ratione quia licet Princeps non posset ius tertij nisi ex causa auferre; attamen potest tollere potestatem Iudicibus,& Magistratibus,ne super hac allegatione ius reddant cũ eorum potestas à Principe dependat ad tex.in l.2.ff. de orig.iur. quorum sententiam amplexus fuit Ias.in d.§.& quid si tantum nu. 77.vers.3.no.lim.

Tertio,& nouissimè asseueratur quod licet prædicta omnia corruerent, & Scipio portionem iam dictam consequeretur vigore dicti testamenti adhuc duplici iure potuisset, & posset dispositioni iam dicti testamenti contradicere ex causa dictæ consuetudinis, tum si ius prædictum iure proprio competeret tum etiam si ex persona sororum iure proprio hoc in terminis dictante tex.in l.non dubium in ver. illud tamen adijciendum est C.de test.his verbis: *Illud tamen adijciendum est vt qui ex testamento vel ab intestato hæres extiterit,& si voluntas defuncti circa legata seu fideicommissa seu libertates legibus non sit subnixa tamen si sua sponte agnouerit implendi eam necessitatem habeat,* ex quo tex.colligitur hæredem ex testa-
10 mento posse cõtrauenire volũtati testatoris circa disposita contra ius nisi volũtatem agnouerit soluendo, vel promittendo non tamen simpliciter acceptando secundum cõem opinionem ac intellectum iux.tradita ibi per gl. in ver.agnouerit quam sectãtur Bar.Salyc. & cæteri ibi quodq; hæres nõ teneatur approbare factum defũcti nullum, & inualidum scripsit And.in pluribus locis, & in specie ad propositum in cap. Imperialem nu.16.ver.in contrarium de proh.feud. alien.per Feder.limitãdo tex.in d.l.cum à matre C. de rei vend. ergo & si dictus Scipio institutionem Isabellæ iam dictã agnouerit poterit tamen impugnare voluntatem Isabellæ in damnum filiarum conscriptam cum illa cernatur contra legem consuetudinis denegantis desuper testatrici omnem potestatem. Id ipsum asseueratur eo impensius hoc facere posse ex persona sororum in cuius beneficium apparet consuetudinis prouisio ac dispositio,Scipio namq; in hoc represen tare potest sicut representat duplicem
11 personã propriam,& sororum id quod permittitur de iure l. si pupillli §.videamus ff.de neg.gest.l.quoties §.item si in temporali & §. sequenti sicut ff. de adminiſt.tuto.iure proprio consentit testamento iure alieno sororum contradicit quodq; ius consuetudinis sit fundatum ac radicatum in personam sororum. Primo fundant verba Consuetud. si qua mulier habens ibi: *filij & filiæ absque discretione sexus succedunt in viriles quilibet scilicet ex filijs, & filiabus pro equalibus portionibus:* si filia succedit, igitur ius est fundatum in personam sororum. Secundo, verba afferuntur in dicta Consuetud. in vers. vtrinque verb.& sic soror ista habebit portionem suam quantum ad hoc vt acquirat cum iure accrescẽdi fratri suo,& sic inducunt
12 actionem concedi sorori acquirendi in beneficium fratris; Ponderantur etiam verba Napodan. in d. glo. vtrinque in vers.& sic frater ipse habebit duas tertias vnam iure successionis, aliam iure accrescendi,idem dicit ibid.in ver.fratribus ver.ergo habent fratres in bonis maternis duo iura,si igitur ius consuetudinis iam dictæ esset fundatum in personam fratris, & sic frater illud haberet à testatrice vtique nec consuetudo, nec Napodan.distinxissent iure successionis, & iure accrescendi,sed disposuissent omnes fratrem consequuturum iure successionis.

Ter-

Tertiò, adducuntur verba Napod. in
13 d. consuet. in vers. fratribus vers. ergo habent fratres in bonis maternis duo iura successionis, & accrescendi, si ergo exhæredatur à matre vel si vendat successionem maternorum non videtur trahi ad tale ius accrescendi quod accrescit personæ non autem portioni, & non consequitur à matre iure successionis, sed beneficio huius consuetudinis, & super 19. in ead. glos. ver. & sic si fratres non haberent portiones eorum accrescere eis tanquam portio sororum, est beneuerū
14 quod acquisita portione per sorores statim consuetudo defert ius prædictum ac portiones fratribus nec illud ac illę resident momento temporis pęnes sorores, vt testatur idem Napod. in ver. accrescūt, cum igitur iure fundatum sit ius fundatum in personam sororum ipsisq; non denegari acquisitionem si ille egissent vtique actio non noceret portioni Scipionis fratris testamentariæ, ergo eodem modo si Scipio ageret, & opponeret contra testamentum ex persona sororum diuersam personam habentium à persona Scipionis, quia de iure non censetur Scipionem contradicere, sed sorores quarum personas Scipio gerit,
15 omnia enim nostra facimus quibus nostra impartitur authoritas vulg. ad hoc iuribus, & ita iudicandum ac respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 4. & 5. adde quod ex pragm. incip. *perche molte volte che si citano* quæ est pragm. 5. sub tit. de citationib. in nouissima compilatione, disponitur procedendum esse ad foriudicationem, non obstante quod contumaciæ non sint in tēpore incusatæ, & hoc quia fiscus semper intelligitur esse præsens, & ibi D. Roui. q. optimè declarat dictam pragmaticam de qua mentionem fecit D. Patruus supra in cons. 6. n. 16. vers. præterea, & vers. insuper: & ad nu. 7. adde quod salua pace, & reuerentia D. Patrui contrarium seruatur nempe in pluribus delictis atrocibus solet Princeps abbreuiare anni circulum in foriudicatione & mandare quod intra paucos dies foriudicatio fiat prout in Regno in crimine duelli especificatur tantum tempus trium dierum, & & in crimine tentatus quatuor dierum & in alijs criminibus enumeratis per D. Roui. in rub. de sentētia foriudicationis nu. 6. & nouissimè in crimine ictus scoppicti fuit abbreuiatus anni circulus ad 15. dies tantum per Excell. D. Comitem de Lemos tūc huius Regni Proreg. iustissimum & semper memorādum in prag. 48. & 52. de armis in Prætermissis, quod posse fieri per Principem, idē D. Patruus dixit supra in dicto cons. 6. num. 14. ac D. de Franch. in dec. 213. nu. 34. 35. & 36. & ad nu. 8. & 9. adde videndum in materia restitutionis factæ foriudicato per Principem, eundem D. de Franch. in d. dec. 213. à nu. 38. vsq; ad fin.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Ex facto ius oritur.*

2 *Ex modica mutatione facti totum ius mutatur.*

3 *Quod societati vel vniuersitati expedit seruari solet & non quod interest priuatim vnius.*

4 *Ob publicam necessitatem à priuata receditur vtilitate, & nu. 7.*

5 *Faciens aliquid mista consideratione vt sibi prosit, & vicino noceat illud licitè facit.*

6 *Ciuitas & Superiores possunt compellere ciues victualia vendere, & sic nemores & molendinos ratione publicè vtilitatis num. 8.*

9 *Gratia publicæ vtilitatis possunt auferri domus priuatorum, & dirui dummodo competens pretium Domino detur, licet consentiat. & nu. 11.*

10 *Ciuitas seu vniuersitas potest rem priuati auferre, & ex causa remunerationis alicui datæ qui sit benemeritus.*

12 *Ciuitates, Vniuersitates, & aliæ Communitates pro ampliatione alicuius publicæ priuatorum bona capiunt, & hoc deci-*

sum in S.C.Neap.in Ecclesijs.

13 *Vniversitas habens ius pascendi potest cui vult territoria affidare, & permittere.*

14 *Qui habet ius dandi pascuum tacite dicitur habere facultatem ne quis sine sua permissione pascua sumat, & si sumat sol uatur pena.*

15 *Eiusdem dominij duo non possunt esse Domini, & quomodo intelligatur.*

16 *Aliud est habere iurisdictionem aliud habere territorium, aliud habere ius pascendi.*

17 *Iurisdictio respectu cuius dicitur territorium diuiditur in suas species.*

18 *Menia castri possunt esse vnius iurisdictio vero alterius.*

19 *Fida & diffida designat ius dominij & superioritatis.*

20 *Qualibet ciuitas suis ciuibus præsidium præstat.*

21 *Ecclesia via publica & fiscus à iure congrui tantum excipiuntur.*

22 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

23 *Ciuitates & Vniuersitates subditæ carēt fisco.*

24 *Vniuersitas statuendi authoritatem habet.*

25 *Ex causa potest præiudicium statui in singulas personas.*

26 *Statutum factum per maiorem partem ciuium est obseruandum ac si omnes cōsentiissent.*

27 *Pati quis debet pro vtilitate vicinorum.*

28 *Patriæ quis parere tenetur.*

29 *Vasallus veniens contra patriam feudo priuari debet.*

CONSILIVM X.

Pro Vniuersitate Vallis vitulani: contra Particulares ciues. *Vniuersitas an possit cogere ciues ementes territorium ab alijs ciuibus particularibus vt ipsi illum restituant iure prælationis & congrui.*

QVod Vniuersitas Vallis Vitulani, contra Dominicum Zarrellum, & Simonem Damianum obtinere debeat relaxationem Territoriorum per ipsos emptorum ab alijs particularibus ciuibus iure prælationis & congrui, ipsosq; possessores condēnari ad relaxandum cum fructibus stante deposito pretij per ipsam Vniuersitatem statim facto, & licet vnico medio obtineri possit, qa res apud viros doctissimos breuiter me expediendo, quatuor medijs demonstrabo v3. Primo, quia satis expediens necessarium, & vtile est prædictæ Vniuersitati petita territoria habere. Secundo, ex quo Vniuersitas ipsa habet fidam cum iure pascendi, prohibendiq; pascua etiam in locis appatronatis de herbis agrestibus, & sic Domina vniuersi territorij. Tertio, iure congrui, q si ipsa Vniuersitate viget, non solum vigore cōstitutionis Regni, sed etiam particulari consuetudine. Quartò, quod conuocato generali consilio per maiorem partem ipsius vniuersitatis fuit statutum prædicta Territoria capi.

Quoad primum, cū ex facto ius ori-
1 tur l. si ex plagijs §. in cliuo ff. ad leg. Aquil. l. ex facto de nego. gest. & ex mo-
2 modica mutatione facti totum ius mutatur, vt per Alber. in d. §. in cliuo qui allegat legem, ea est natura Cauill. de regul. iur. Adducitur & in facto probatur q prædicta Territoria sunt infra demanialia ipsius Vniuersitatis, & in eis incorporata, propter quod per animalia affidata solent afferri damna prædictis particularibus in prædictis Territorijs emptis, ex quo non libenter inueniuntur affidatores pascuorum, sed habens prædicta Territoria libentius, & carius Vniuersitas ipsa eius pascua venderet, & etiam ratione aquarum ibi existentiū, & sic est ei satis expediens necessarium, & vtile ipsa Territoria habere.

Primò, quia est expediens Ioan. Bosc. lib. 6. nu. 24. sui tract. de leg. nupr. per formalia verba tex. in l. actione §. labeo ff. pro soc. dicit non id quod priuatim
3 interest vnius, sed quod societati, vel ciuitati expedit seruari solet, & debet, & tex. in l. vnica §. pen. C. de cad. toll. in fisco loquens, & sic in priuilegijs dicit

nec

nec augustum priuilegium exercemus, sed quod cōiter omnibus prodest rei no stræ priuatæ vtilitati præferendum esse censemus,& non in fisco loquens, similis est tex.in auth.de restit. & ea quæ Pa ris in d.§.sancimus dicit,eam .n. quæ cō muniter omnibus prosunt ijs quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus,idem dicit tex.in auth.de nō alien. §.quia vero,l'vltimo, vers. oportet in c. c.bonæ memor.ext.de postul.Præl.& in Abbas in fi.de sent.& re iud.in 6. & super eis DD. omnes quod est verum dicit glos.in d.c.bonæ memoriæ ver.communem,quando in communi vtilitate priuata includitur vt in casu nostro,cum prædicti particulares emptores participabunt de fructibus, & introitibus ipsorum bonorum,ergo maximè quia tex.in l.si ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. dicit multa autem iure ciuili contra strictam rationem deputandi pro vtilitate communi recepta esse.

Secūdò,quia necessarium nam ob pu-
4 blicam necessitatem à priuata recedimus vtilitate l.munerum §.item ff.de muner. & hon.& auth.res quæ C.comm.deleg. &in d.l.vnica C.de cad.tol.& in d.auth. de non alien. per quæ iura ita in casu no stro determinat Iac.de S. Georg. in sua inuest.in cap. & cum molendinis in fin. huc accedit decisio Bal. in cap. cum Ecclesia Vulterana col.3.de elect.vbi vult,
5 quod etiam faciens aliquid mista consideratione vt sibi prosit,& vicino noceat illud licitè facit quod multo magis in ca su nostro locum habet,in quo principalis intentio ea esse videtur,vt communitati commodum afferatur, non vt priuatis damnum detur,prout nec à iure præ sumitur ex mente glo. & Bal.in l.fluminum §.fi.in vers.teneri ff.de damn.infe. & l.merito ff. pro soc. Alex. cons. 194. nu.4. & in proprijs nostris terminis addens ad q.446.Cappell.Tholos.loquēs
6 quod Ciuitas,& Superiores possunt cōpellere Ciues victualia vendere in fine dicit,quod possunt subditi ob necessitatem Reip.vrgeri ad deputandum eorum nemora,aut molendina,seu alia vsui publico recepta competente mercede per tex.in l.vēditor §.si constat ff.com.præd. & l.item si verberatum §.item si fortè ff. de rei vend.quod etiā prædixerat Aret. in §.fi.inst.de don.& Ang.cons.206.

Tertiò,ratione vtilitatis ipsius Vniuer
7 sitatis obtinere debet,& sic publicæ vtilitatis cum publica vtilitas singulorum vtilitati est præferenda, dicit tex.in l.vtilitas C.de prim.pil.d.l.vnica C. de cad. toll.l.si postulauerit §.iuber ff.de adulr. l.lex Cornelia §. pen.de iniu. nec obstat l. nec emere C. de iur. delib. vbi nemo
8 inuitus vendere cogitur , nam signanter limitatur cum quis ratione publicæ vtilitatis rem suam cogitur vendere,vt in l.si quis sepulcrum ff. de relig.& sumpr. fun.l.1.§.sunt qui putant ff.ne quid in flum.publ.in l. lex Cornelia ad sillan. ff. quemad.seru.amit.in l. si locus pro qb. caus.seru.pro præm.libert. accip. in l.2. ita singulariter dixit Io.Andr.in add. ad specul.tit.de exeq.sent.super rub. tenet Fab.de Mont.in tract.de empt. & vend. p.3.post n.38. vbi nouē alias limitationes ad pdictā l.nec emere, ponit Rom. in cons.310.num.4.dicit gratia vtilitatis
9 publicæ posse auferri priuatorum domos easq; dirui dummodo competens pretium priuato detur,quàmuis in obla tione nō consentiat per tex. in l. si quādo C.de oper. publ. & Dec. cons.270. nu.3.dicit Ciuitatem non recognoscen
10 tem superiorem posse rem priuati auferre , & ex causa remunerationis alicui dare,qui sit benèmeritus,& multa alia fauore vtilitatis permissa fore secundum Rom.& Dec.vbi supra,& Isern.in c.1.§. similiter potest de cap. qui cur. vend. qui fauor duriora substinet , scilicet vt auferantur prædia inuitis, & assignen tur militibus modico pretio honoris gratia possessori dato per tex. in dicta l. item si verberatum §. item si fortè ff. de reiuendicat. & l.Lucius de euiction. & sic prædicta l. nec emere limitatur in prædictis casibus,& alijs innumeris,vt p Socc.in reg.435.Doct.in l.1.ff.sol. matrim.& Affl.in prælud.Const.q.3.nu.x. & seq. & Doct.ibi per eum, inter quos dicit,

dicit, quod Iser. in d. prohem. Constit.
11 sentit, quod ex causa potest dominus cõpelli ad vendendum rem suam stabilem, per d.l. si quis sepulchrum ff. de religio. & sumpt. fun. quam legem extendit Iser. vbi vertitur vtilitas, & fauor publicus in d.c.1.§. similiter possunt, de cap. qui Cur. vend. ver. item ratione publicæ vtilitatis, quod ex multis affirmat Affl. decis. 265. nn. 108. ac latissimè, & plures communes opiniones de hoc affert Couar. var. resol. lib. 3. c. 14. nu. 8. vt in casu nostro, vbi obtineri prædicta bona est vtilitas, & fauor publicus, cum sit in beneficium totius vniuersitatis, sed quid in hoc tantum insisto? Nonne ve-
12 rum est, quod vniuersitates, ciuitates, & aliæ communitates pro ampliatione alicuius publici, & alijs ex causis, priuatorum bona capiunt, vt in dies videtur obseruari, & ex supradictis latissimè liquet, ergo, &c. & in Ecclesijs testatur Dominus de Franch. decis. 223.

Quo ad secundum principale caput similiter ex facto probatur vniuersitatẽ ipsam prælationem in venditionibus, & emptionibus particularium habere, eaq; vti, & quod est domina omnium mon-
13 tanearum, siluarum, nemorum, & vniuersi territorij, habens ius pascendi pro se, & quibus id permiserit, etiam in locis appatronatis pro herbis, agrestibus, & sic potest cui vult, territoria affidare, & permittere, vt per const. cum per partes Apuleç, & ibi Affl. num. 18. pro qua permissione pecuniam exigit, & hæc ꝑmissio fida nuncupatur, eo quod pretiũ pascui sit, vt tradit Io. de Amic. cons. 8. quam Feder. in d. const. affidaturam nũcupauit, & cũ quis, qui ius dandi pascuũ
14 habet, tacitè dicitur habere facultatem, ne quis sine sua permissione pascua sumat, & dum aliquis ingreditur, soluitur pæna, quæ affidatura nuncupatur secũdum Affl. in d. constit. n. 13. ibi, & pondera istam constitutionẽ, sequitur Frec: in 46. auth. nn. 11. licet fuerit originale verbum Petri de Antibolis in tract. de mun. §. 4. num. 196. Nec inconuenit, vt iurisdictio dictæ vniuersitatis sit penes Baronem, & fida, & diffida penes vniuer-
15 sitatem, quia, & si eiusdẽ dominij duo non possunt esse domini l. vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod. procedunt prædicta insolidum, respectu verò diuersorum, hoc in iure non prohibetur, vt in vna, eademq; re plures sint domini, stant enim ista duo simul, quod in eodem territorio Baro habeat iurisdictionem in delictis vassallorum, & vniuersitas ius fidæ, & diffidæ, quia sunt diuersa, & separata, cum aliud sit, habere
16 iurisdicti onem, aliud, territorium, aliud ius pascendi, vt declarat Socc. in consil. 15. in causa, col. fin. ver. propterea ex alio lib. 3. quæ videri possunt, & ꝑ Calcan. cons. 43. potest vnus in eodem territorio percipere certã speciem fructuũ puta fructus siluestres, pascua, & diffidã, vt vniuersitas prædicta alius verò, scilicet Baro aliam speciem prouentus, iurisdictionis, pedagia, & alia, vt in terminis nostris ad literam declarat Capic. in decis. 96. n. 9. ver. soluitur hæc ratio, allegat tex. vbi hoc probatur in cap. cum in tua de decim. est inde bene ad propositum, Bal. in cons. 202. ad euidentiam, col. fi. ver. præterea non est omnino suũ lib. 2. qui dicit, ꝙ iurisdictio, respectu
17 cuius dicitur territorium, diuiditur in suas species puta in cognitione Castri, perceptione pedagiorum, & aliorum fructuum, & quod si non percipit pedagium, territorium quo ad istud ad se nõ spectat, quia iurisdictio quo ad hoc non est sua, alleg. in arg. tex. in c. dilecto de off. Archid. Bar. in l. fin. ff. vti possidet & idem Bal. in c. 1. §. è contrario, de inuest. de re alien. fact. dicit, quod mæ-
18 nia castri possunt esse vnius iurisdictio vero alterius, cum sint ad inuicem non solum separabilia, sed pænitus separata, arg. not. per Innoc. in c. dilecto de appell. Non est ergo absurdum Baronem esse dominum respectu iurisdictionis delictorum vassallorum, respectu vero Iurisdictionis fidæ, & diffidæ prohibendi pascua, ipsarum ratione vniuersitatem ipsam dominam esse, & sic diuersorum iurium in eodem territorio

rio duo Domini esse possunt, qua con-
19 clusione stante dicitur quod sida & dif-
fida designat ius dominij & superiorita-
tis,vt habetur in prædicta Const.cum ꝑ
partes Apuleæ,Alex.conf.88. quoniam.
omne datum nu.35.lib.5.& cum obliga
mut vbi nascimur,alimur,&docemur,&
prædicta Vniuersitas ipsis ciuibus præsi-
20 dium præstat, sicut quælibet ciuitas suis
ciuibus secũdum Affl. in prohem. decis.
nu.1. & Vniuersitatis,ratione protectio-
nis suorum ciuium sunt omnia in eius
territorio contenta,dicit glo.in prohem.
ff.ver.sanctionem cum ex pluribus præ-
dictis demõstratur Dominã prædicti do-
minij ratione in prædictis Territorijs ꝑ
particulares emptis Vniuersitas ipsa est
præferenda.

Progrediendo ad tertium principale
caput iuris congrui in eo parum insistã,
cum vltra particularem consuetudinem
quæ in ipsa Vniuersitate viget prædi-
cti iuris congrui ex generalis Constit.
21 Regni tantummodo Ecclesia via pu-
blica, & fiscus à prædicto iure congrui
excipiuntur, cum ergo Vniuersitas non
sit excepta comprehensa remanet & in-
clusa in prædictum ius congrui habenti-
22 bus,cum exceptio firmat regulam in
non exceptuatis,Iser.in c.1. nu.21. ver.
quod fallit de nat. succ. feu.alleg.auth.
de non alien.§.vt autem Dec.conf.379.
& 381.Gram.conf.crim.6. nu.1. & hoc
23 indubitanter cum Ciuitates, & Vniuer-
sitates subdire careant fisco,Affl.de iur.
prothom.in fi.nu.22.per tex.in l.eum
qui vectigal ff.de verb.sign. l.1. C.de
bon.vac.& l.simile ff.ad munic.& ꝑdictę
Vniuersitates priuatæ non fisci priuile-
gijs,sed iuribus tantum priuatorũ vtun-
tur ff.ad munic.l.simile l. eum qui vecti-
gal ff.de verb.sign.& ff.ad Maced.l.inte-
rest,refert Rom.conf.111.infra nu.1. &
Petrus Paul.Fusc.singul.41.ver.Vniuer-
sitas per plura illa iura, vt ibi per eum.
Ergo etiam tanquam priuata persona di-
cto iure cõgrui gaudere debet ipsa Vni-
uersitas, & illius vigore petita territoria
obtinere.

Quoad quartum,& vltimum principa
le caput dicitur quod Vniuersitas statu-
24 endi authoritatem habet l.1. & l. ambi-
tiosa ff.de decr.ab ord.fac. & in suos sta
tuere potest cap.ex literis de const.& ibi
DD.etiam si velit statuere cõtra antiqua
statuta,Bal.in l.omnes populi ff. de iust.
& iur. cum prædicta Vniuersitas conuo-
cato Consil. per maiorem partem ipsius
statuit velle capere prædicta territoria
quia sibi expediens,necessarium, & vtile
erat,& est,quod facere potuit,& ex cau-
25 sa in singularum personarum præiudi-
cium statui potest etiam attenta distin-
ctione Senat.Pedem.in dec.17. relata
per D.de Franch.dec.380. vbi habetur
quod quando Vniuersitas aliquid statuit
vt sibi principaliter prosit,ex eoq; nota-
bilem suscipit vtilitatem in vniuerso, li-
cet aliquod damnum particularibus in-
feratur talis ordo valet,&in casu nostro
tanto magis cum nullum damnum ipsis
particularibus addatur,cum eis soluitur
pretium quod expenderunt.

Nec obstat ex aduerso prætensio, ꝙ
Toccus fuit caput dictæ Baroniæ cuius
consensus nõ adesse prætẽditur nec Cac
ciani, quia vltra quod non est in proba-
tis,esset opponere de iure tertij,& torũ
contrarium ex actis apparet,nam vocatis
prędictis si intendebant participare in
retractu prædicto,alias renunciarent eo-
rum iura,replicarunt nolle renunciare
sed participare,& tempore recuperatio
nis prędictæ exbursare eorum ratam pre
tij,& sic adest consensus omnium,sed in
casu nostro sufficiebat hoc fuisse statutũ
26 per maiorem partem,vt à principio fuit
cum obseruandum esset,ac si omnes cõ-
sentijssent ex reg.l.aliud §.refertur ff.de
reg.iur.l.quod maior pars ff. ad munic.
& Affl.dec.1.n.4.& cũ nihil de proprio
prædicti Particulares dant,recipiendo ꝑ-
27 tium nullum incommodum habẽt, nam
& si pati quis debet pro vtilitate vicino-
rum l.1.§.sunt qui putant ff. ne quid in
flum.publ.Oldr.conf.228. quod fratres
col.2.in fi.nu.4.obijcit etiam si in hac re
laxatione incommoda adessent ipsis par
ticularibus pro vicinis sustinere debe-
rent,quanto magis sustineri ea oportet
ret

28 ret pro eorum patria,cui parere tenentur l.veluti ff.de iust.& iur. l.minimè ff. de relig.& sump.fun. Contra quam patriam mirandum est, quomodo venire possunt,aut audeant prædicti particulares in negando prædicta territoria petita;grauissimum equidem scelus est venire contra patriam in tantum quod va-
29 sallus veniens contra eam feudo priuari debet,Veron.cons.58.colu.6.in fin.ver. sed certum est quod dictus D.Ioannes, & col.seq.& verè immisericordes appellari debent isti patriæ inuidentes cõmodis modo ipsi benè habeãt,refert Aym. cons.132.infra nu.23.& seq. vnde omnino condemnari debent ad relaxãdum petita territoria cum fructibus, ex quo depositum integrum pretij ab eorum emptione per ipsos stetit non capere,& ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *An dotata à patre dote ei melius visa, & copulata cõdigno viro possit petere post patris mortem supplementum legitimæ.*

2 *Pater melius quam alter scit consilium sumere pro filia.*

3 *Quod patri est visum conueniens non debet filiæ vel alteri inconueniens videri.*

4 *Nullus amor vincit paternum.*

5 *Legitima debetur filio mortuo patre non autem viuo.*

6 *Dos de paragio in vita debetur.*

7 *Filius præmoriens patri nihil potest consequi ex causa legitimæ.*

8 *Patris iudicio est standum circa dotis, & paragij quantitatem semper quod filia sit pari nupta.*

9 *Per S.C. Neap. fuit sæpè decisum filiã à patre dotatam non posse post mortem patris petere supplementum legitimæ.*

10 *Fœminæ exclusæ per statuta Italiæ à successionibus ab intestato etiam exclusæ intelligũtur à legitima maxime in statuto Ianuæ.*

11 *Statutum Ianuæ excludit filias ab eorum patribus dotatas à supplemento dotis.*

CONSILIVM XI.

Pro Ianuensibus. Filia dotata à patre, & copulata condigno viro an possit petere post mortem patris supplementum legitimæ.

A Doctoribus in altercatione deducta apparet præsens quæstio; an dotata
1 à patre dote ei melius visa, & copulata condigno viro, possit petere post patris mortem supplementum legitimæ maximè quando idem pater alijs filiabus maiores dotes assignauerit.

Et quidem partem affirmatiuam secutati fuere Andr. in const. Regni Neap. In aliquibus,Napod.in Consuet.contra Instrumen. num. 132. ver. item quid si filia de iur.quart.Andr.in Const. Regn. In aliquibus col.3.in antiq. in ver.maritare ver.nam paragium est portio, & in col.pen.ver.& si verum est quod hoc in tit.de success.com.&Baro.asseuerans tãtum paragium in bonis patris esse portionem legitimam, id q sectatur Affl.in dec.160.Boer.in dec.3.num.7. Socc.& alij quos copiosissimè congerit Gram. in dec.101.à nu.1.vsq; ad nu.59. quos singulariter recẽsere omisi nè videar fur aliorum laborum,ea ratione, quia dum filiæ propter masculorum existentiam à successionibus paternis repelluntur ob dotem de paragio,dos illa debet ascendere ad legitimam quæ est filiæ debita iure naturæ à qua sine causa repelli non debet,nec super ea onus aliquod imponi potest.

At contrariam partem negatiuam sectati fuere viri,ac DD.maximæ authoritatis & signanter Paul.Cast.in cons.275 incip.super primo quæsito nu.9.ver.super 7.dub.vol.1.in antiq.quem sectatus fuit Dec.cons.26.num.1.ver.sed tamen his non obstantibus & nu.3. ver.nam cũ fuerit dotata à patre. His potissimum ratio-

rationibus quia cum sit à patre dotata non potest opponi, quod incompetēter fuerit dotata. Primo, cum pater melius quam alter sciat consilium sumere pro filia, l.nec in ea ff.de adul. Secundò, quia
3 quod patri visum est conueniens non debet filiæ, vel alteri inconueniens videri, l.si furioso puberi in fi.ff.de curat.fu-
4 rios. Tertio, quia nullus amor vincit paternum amorem l.fi.C.de curat. furios. & in l.isti quidē in fi.ff.quod met. caus. qui referunt innumeros DD.v3.Aymo. Campeg.& alios, huius specifice conclusionis,& nō genericæ, vt ferè omnes primam sectantes opinionem loquuntur, quibus rationibus addūtur aliæ ex mente,& scriptis aliorum DD.prænarratorū. Prima cum in hoc specificè, dos de para
5 gio indotata à patre non potest in omnibus sequi naturam legitimæ, cum ea debeatur filiæ, mortuo, non autem viuo patre, l. cum quæritur C. de inoff.
6 testam. sicut dos de paragio quæ in vita debetur l.fi.C.de dot.promiss.& posset
7 præmori filia ipso patre, & nil consequeretur ex causa legitimæ, vt in auth. de trien.& semis.§.1. Adeo quod standum
8 est patris iudicio circa dotis, & paragij quantitatem, semper quod filia pari nupta est ex quo nomen sumpsit dos de paragio, quos Gram.refert in d.dec.101 nu.63.64.65.& seq. Quinimò attenta dicta ratione, non procedit ratio DD. primam partem tenētium quod cum exclusa sit filia à successione propter dotem debet habere legitimam, quæ ei de iure naturæ competit, nempè dicta ratio non procedit in filia maritata viuo patre ab ipso patre, sed in filia superstite tempore mortis patris, non tamen dotata, cum in vita patris non debeatur filiæ legitima vt supra, iuxta quam secundam
9 sententiam vti legem scriptam passim,& indifferenter S.C.Neap. censet, vt refert nonnullas decis. additio Camill. Saler. in consuet. Neap. quæ incip. Si moriatur,& quę incip. Paragium fo.96.ver.& an isto casu qn̄ sumus in filia l.D.vsq; ad fi.& in S. C. sunt innumeræ aliæ decis. præter narratas per ipsum,& in specie referente tunc Consil. Antonio Orificio & Præs. S.C.Neap.in causa q.Mag. D.Cornesiæ de Palmer.Cosciç vxo.q.Mag.D.Augustini Staibani cōsanguinei mei, & patrui consobrini.cum eius fratribus, me patrocinante, in cuius voto interuenerunt famosissimi Consiliarij,& idē censet Affl. fuisse iudicatum in S.C. in Const.Regn. Neap.quæ incip.Fratribus à nu.10.vsq; ad 15.vbi latissimè, & in eo casu in quo pater plures filias nuptui tradiderat alijs cum diuersis dotibus.

Secunda, quia hic consideratur fauor agnationis ratione agnationis conseruādæ, idem Gram.in loc.precit.nu.61.

Tertia & nouissima cum filiæ sint ex-
10 clusæ per statuta Italiæ à successionibus ab intestato, intelliguntur etiam exclusæ à legitima, ita Paul.Cast.in cons.118. & in cons.135.viso puncto, cum alijs congestis per Dec.in d.cons.26.nu.4.&per glo.Paris.ibid.copiosè in verb.legitima. Ad quorum omnium confirmationē af-
11 fertur statutū Ianuæ in specie à supplemento prętenso, & alijs per filias exclusēs ab earum patribus dotatas,& ita de iure iudicandum,& respond.esse cēseo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio licet subscripta manu Notarij si non fuerit subscripta manu Iudicis, & testium est inefficax.*
2 *Priuati testes si non fuerint legitimè citati ex parte citata ad videndum iuramenta ipsorum non probant.*
3 *Sententia nulla exequutionē nō meretur, maximè quando nullitas est euidens.*
4 *Non valet consuetudo vt sententia lata à non suo Iudice exequutioni demandetur.*
5 *In quinq; casibus quis licet aduena forum sortiri debet.*
6 *Contra debitorem non repertū in loco destinato ad solutionem nō potest procedi.*
7 *Pro forense, & cōtra forēsem in exequutione seruatur stilus loci vbi exequutio fit.*
8 *Libri priuati non p̄bant in fauorē scribētis*
9 *Statutum non potest sortiri effectum contra non subditum non statuentium.*

10 *Sententia lata contra iuris dispositionem est nulla.*

11 *Instrumentorum appellatione venit etiã sententia.*

12 *Instrumẽtum veritatem negotij instruit.*

13 *Sententia quæ non habet subscriptionem iudicum est nulla.*

14 *Inscripturis aduenientibus extra Regnũ non datur fides.*

15 *Debitor non potest capi de persona nisi facta discussione mobilium stabilium nominum debitorum, & iurium suorum.*

16 *Vt procedat imploratio brachij oportet præcedere petitionem, & literas Iudicis qui protulit sententiam.*

17 *Cautio de iure est necessaria quãdo debitores sunt latitantes, & de fuga suspecti.*

18 *Immissio in bonis & immissio in personam equiparantur.*

19 *Testes debent narrare decoctionem factã post contractum debitum.*

20 *Quæ debeãt probari per creditorẽ ad hoc vt assecuratio cõcedatur cõtra debitorẽ.*

21 *Credito non probato non debet dari assecuratio, & nu.23.*

22 *Nullum & inutile siue inefficax equiparantur.*

24 *Licet officium fuerit finitũ beneplacitũ nõ dicitur extinctũ militantibus eisdẽ iustissimis causis pro quibus fuit concessũ.*

25 *Concessio sub nomine officij vel dignitatis facta non expirat finito officio.*

26 *Relatio sortitur effectum etiam post mortem Principis.*

27 *Saluus cõductus vel cõcessio data vsq; quo eius reuoc. seu mutatio nõ appareat non soluitur p remotionẽ ab officio vel mortẽ.*

28 *Cõcessio facta à Principe cũ consilio suorũ Cõsiliariorum cũ eodem debet reuocari.*

29 *Spoliatus bonis propter bellũ vel aliud infortunium gaudere debet beneficio ne cõueniatur nisi in quantum facere potest.*

30 *Princeps concedẽs cũ cõsultatione suorum Consiliariorũ dicitur cum cã concessisse.*

31 *Habẽs beneficiũ ne conueniatur nisi in quantum facere potest pro debito non debet carcerari.*

CONSILIVM XI.

Pro Mag. Hortẽsio Magnacauallo. Sentẽtia lata in fauorem alicuius in vna ciuitate an si fuerit nulla mereatur exequutionem in alia ciuitate, & in exequutione stilus cuius loci seruetur. & guidaticũ cõcessum ad beneplacitum quando expiret.

MAgnif. Vincentius de Vigna Florentinus cum obtinuisset 13. nulliter, vt inferius patebit in ciuitate Florentiæ asserram sentẽtiam in eius fauorem, contra Mag. Hortensiũ Magnacauallũ, & socios Antuerpiæ, & Coloniæ. Oblato per eũ memoriali Ill. & Excel. D. Proregi pro consequenda exequutione d. sententiæ commisso M.C.V. ꝙ prouideat super imploratione brachij petiti tm̃. Et demum interposito decreto ꝙ expediãtur literę exequutoriales cõtra præfatũ Mag. Hortensium realiter & personaliter, idq; prę cedẽte decreto quod capiatur informatio, & capta informatione ex depositione quatuor testium de decoctione dicti Magnif. Hortensij, & latitatione per hoc Regnum; idem Magnif. Hortensius fuit carceratus, à qua carceratione & alijs, inde sequutis, fuit appellatum ad Sacrum Cons. a quo petitur ex infrascriptis fundamẽtis incõfutabilibus iuris munimine roboratis eundẽ absolui, & desuper minimè molestari, id ꝙ suadetur: Primò, nẽpè in pñti iuditio nõ apparet persona legitima, nã & si appareat procuratio, illa inefficax est; ex quo est tãtum subscripta
1 manu Notarij sine tñ Iudicis & testium subscriptione, ad tex. in c. 2. cũ concord. ext. de fid. instr. Præterea deest legalitas, quia prima fides Proconsulis prætensi, qualiter ille qui confecit dictã procurationẽ est publica pſona & Notarius, caret Proconsulis subscriptione. Secunda verò quæ est subscripta à quatuor nõ apparet illos esse Officiales, & publicas pſonas. Quinimò ex eius lectura apparet
2 priuatas personas quæ nisi legitimè fuerint citatæ, & parte citata ad videndum iuramenta ipsorum non probãt, ad tex. in cap. in nomine Domini ext. de testib. cum similib. lex namq; dicit testibus non testimonijs esse fidem adhibendã l. 3. §. Diuus Adrian. ff. de testib. cum concor.

Se-

Secundo, ad maioris cautelæ cumulũ quæso aduertant Domini Iudicantes di ctum decretum & literas exequutoriales vt supra expeditas super captura Magnif. Hortensij fundatas fuisse in duobus. Primò,in prænarrata sententia. Secundò,in depositione prædictorum quatuor testium deponentiũ decoctionem & latitationem vt supra quorum neutrũ subsistere potuit nec potest ad capturã dicti Magn.Hortensij.

Primum assumptum de sententia fundatur nempè eadẽ sententia ex infrascri-
3 ptis de iure redditur nulla,quæ exequutionem non meretur ex reg.tex.in l.4.§ cõdemnatum vbi Bar.nu.5.ff. de re iud. ea ratione quia non cẽsetur iudicatum, vt d.§.cõdemnatum,& in l. pactũ iuncta glo.in ver.subesse ff.de transl.c.fi.de re iud.in 6.cum infinitis allegatis per gl. in ver.non obstãte,& in clem.1.de sequest. possess.& fruct. per Affl.dec.283. nu.3. & per Rol.à Vall.in cons.37.nu.15.vol. 1.quippè quia exequutio nullitatis sententiæ quæ nullam requirit ex parte opponentis probationem impedit exequutionem illius, ita singulariter tradit Bar. in d.§.condẽnatum nu.1.& 2.vbi Cast. & cæteri & maximè quando nullitas est euidens sicunt inspicitur in præsenti themate ex infra dicendis ad hunc modum scriptum reliquere Rom.cons.40.&Pet. de Anch.cons.112.& 260. & p Affl.& Rol.vbi supra,&non modo euidens,sed notoria est,inter cætera ex defectu iurisdictionis,quo fit vt exequutio impediatur non modo si esset vna sententia,sed etiam si essent tres, & in vna tantum appareret nullitas contra quam de iure nõ potest dici de nullitate iuxta dispositionem clem.1.de re iud. & narratorum p Anch.in cons.333.ita disposuit glo. singularis in d.clem.1.in verb.non obstante de sequest.possess.& fruct. quã ad hoc singularem reddiderunt Bal. in l.generaliter col.1.C.de Episc.& Cler.Dec.cons. 8.num.2.Marsil.in sing.2. Corse.in suis sing. in ver.statutum, quam opinionem secuti sunt Bal.in cons.131.volum.3.& Cast.in cons.230. & est magis cõis opinio vt testatur ac prosequitur Rob.Lanzel.in tract.de atten.c.17.nu.119. Qui-
4 nimò nec valet consuetudo vt sententia lata à non suo Iudice exequutioni demandetur, vt latissimè tradidit Pet. Rauen.in tract.de Consuet.seu Statut.sect. 2.nu.35. per tex. in cap. ad nostram de consuetud.

Quod autem sententia prędicta fuerit & sit euidẽter nulla; fundatur:Primò ex defectu iurisdictionis,nempè sententia prænarrata in actione personali fuit lata contra Magn.Hortensium Curiæ Florẽ-
5 tinæ,non subiectum aliquo ex quatuor casibus, quibus quis de iure forum sortiri debet,vltra quintũ communis Patriæ Romæ iux.dispos.tex.in c.fi.& in c.dilecti de for.comp.& l.hæres absens §.proindè vbi Bar.ff.de Iudic. cum concor. si quidem Magn.Hortensius in Ciuitate Florentiæ non contraxit cum prædicto Vincentio: Item ibi nunquam habuit domicilium.Tertio,ibi non deliquit. Prætereà & quarto, ibid. Iuditio Reali super re ibid.sita,minimè inspicitur actum.Igitur ex prędictis palam fit,iurisdictionem officialium dictæ Ciuitatis in nullo fundari posse eiusq; fundamenta deficere; imo etiam si vt asseri audio Florentię ci-
6 uitas esset locus destinatæ solutionis,tamen ex quo ibi præfatus debitor non reperiebatur ibid. non poterat contra ipsum validè procedi,Ias.in l.1. nu.2. ff. de eo quod cert. loc. not. in l.1. C.vbi conuen.quod cert.loc.dar. prom. nouiter Ant.de Math. Roman. in tract. de Iudi.in princ.sub nu.64.vers.9.limita,& Moder.Anthar.lib.1.quæst.famil.q.14. nu.4. Nec in exequutione ista Florenti-
7 nus stilus seruaretur,quia pro forense vel contra forensem in exequutione seruatur stylus loci vbi exequutio fit,ita post Bal.cons.285.casus ad finem vol.2 tradit Roch. de Curt. de consuet.in vlt. sect.nu.8.& in fin. quæst. sequitur itaq; quod ex hoc capite exequutio personalis non possit sustineri.

Secundo,quia sententia prædicta,fun-
8 dat se super sola probatione librorum dicti Aduersarij qui de iure non probãt

fauorem Scribentis l. exemplo, & l. rationes vbi Bal. & cæteri C. de prob. ex quibus iuribus idem tradit glo.communiter approbata à Bar.& cæteris in l.quędam §.numularios in verf.decurritur in ver.fed non obftãtibus fupradictis ff. de eden.& per Bar. in l.nuda ff. de don. & in l.admonendi vbi omnes ff.de iur. iur. Mandof.in add.folemni ad confil.Rom. 346.in ver.mercatorum,Mich.de Graff. lib.2.commu.opin.c.18.q.25.'& Franc. Burf.conf.282.n.6.vol.3.nec in hoc fta-
9 tutum Florentiæ affertum in fententia licet illud non appareat quando appareret fortiri poffet effectum contra non fubditum ftatuentium,ita poft Fely.in c.cum dilectus n.24.de fid.inftr. teftatur Benuen. Strac. in tract. de merca.in tit. quom.in cauf.merc.proced.nu.31. Igi-
10 tur apparet nulla prænarrata fententia, tanquam contra iura & iurium difpofitionem ex regul.tex. vbi glof.copiofa in verb.palam in l.2.C.quan.prouif. nõ eft neceff.

Tertiò,apparet nullitas dictæ fentẽtiæ etenim apparet mera & nuda cartula nõ tranfmiffa in forma probante in carta pergamena feruata forma Conft. Regn. inftrumentorum robur,quæ de iure ha-
11 bet etiam locum in fentẽtia,cum inftrumentorum appellatione venit etiam fen tentia ex his quæ tradit Bar. in l.in fraudem §.fed neq; inftrumenta nu.5. verf. eadẽ ratione ff.de iur.fif. & maximè hoc cafu quo fententia prædicta fuit tranfmiffa ad hanc ciuitatem,eiufq; Officiales vt illos inftrueret de prętenfo debito p̃dicti Vincentij, Inftrumentum enim dicitur ab inftruo,inftruis, quia veritatem
12 negotij inftruit,vt notatur in rubr.& in l.1.ff.de fid.inftr.Abb.in rubr.de fid.inftrum.Card.in clem.1.q.2.de proba. & in Spec.de inftrum.edit.§.1. fecundum quam Conftitutionem præfens negotiũ terminandum erat, & iudicandum à Iudicibus huius Regni ex dictis glo. fing. in c.quod clericis in ver.aliquas circa fi. de for.comp.quam communem affirmauerunt Ant.de Butr.Imol.Abb.& cæteri quos refert Fely.in c.Ecclefia S.Marię de conft.nu.32.ver.3.cafus,& tradit magiftraliter Bar.in l.priuilegia nu.1. C.de facrof.eccl.

Quarto,quia fententia prædicta non
13 habet fubfcriptionem Iudicum,iux.tex. in c.confilia §.proindè 17.dift.&Alber. in fuo Dictionar. ver. fubfcriptio requiritur.

Quinto,quia in fcripturis aduenienti
14 bus extra Regnum non datur fides,ita dictante Ritu in rubr.non datur fides inftrumentis cõfectis extra Regnum 188. nifi exiftẽte fide legalitatis Actuarij,quæ & fi appæret in dicta fententia,nihilominus in ea nõ apparet fubfcriptio de hoc fidem facientium.

Sexto,& fi prædicta omnia ceffarent
15 ficut militant de iure, & fucceffiuè brachium petitum effet impartiendum,non poterat vtiq; capi de perfona dictus Magnif. Hortenfius, nifi facta difcuffione mobilium,ftabilium,nominum debitorũ & iurium dicti Magn.Hortenfij quæ iam aderant vt patet ex affertione dicti Aduerfarij facta coram Iudicibus Florentię vt patet ex eorumdem prætenfis literis. Cum dicta fententia appareat lata in actione perfonali feruata difpofitione tex.in l.à Diuo Pio §. fuper venditione ff.de re iud.

Septimo & vltimo, ad finem vt pro-
16 cedat imploratio brachij oportet præcedere petitionem,& literas Iudicis q̃ protulit fentẽtiam,ita Bar.in d.l.à Diuo Pio §.fententiam Romę dictam ff.de re iud. quæ literæ & petitio ceffant, & fi apparent prætenfæ literæ,cum in eis deficiat fubfcriptio prætenforum Iudicum,vt fupra. Nec probatur ab illis demandatas fuiffe non obftant.

Nec etiam nocebit prætenfa informatio fuper latitatione prædicti Mag.Hortenfij, ac illius decoctione nempè in hoc Magn.Cur. exceffit fines fuæ commiffionis quæ confiftebat tantum in decifione implorationis brachij, nõ autem fuper affecuratione iuditij licet in eod. memoriali fuiffet facta etiam mentio de concernentibus affecurationem, & fic prouifio nulla ex defectu iurifdictionis

vt

vt supra, & successiuè nec capi poterat de persona Mag. Hortensius cum vigore brachij impartiri petiti sup dicta sentẽtia lata in actione personali, erat exequẽda iuris forma seruata vt supra. Secũdo quia apparet carceratio prædicta non fundata super dicta assecuratione iudicij, sed tantum respectu prædictæ implo rationis cum alias prouisio, seu decretũ M.C. dictasset Magnif. Hortensium capi
17 de persona in defectum cautionis de iuditio sisti, quæ tãtum de iure cernitur necessaria debitoribus latitantibus, & de fuga suspectis, iuxta dispositionem tex. in auth. ei qui in fi. ibi præstabitq; fideiussorem de lite prosequenda C. de bon. auth. Iud. poss. & in l. hæc autem §. rectè defendi ff. in quib. cauf. in poss. ea. quæ
18 iura, licet loquãtur in immissione in bonis idem est quod de immissione in personam, vt tradit Io. Bapt. Caccialup. in tract. de debit. susp. & fugit. in 2. q. n. 1. vers. nam æquiparãtur cũ alleg. per Modern. in add. ad decis. Affl. 170. qui dicit S.C. ita iudicasse, & in hoc illud sequutum nõ fuisse dicta per Affl. in dec. 170. in fin. Tertio, quia testes prædicti non
19 narrant decoctionem factam post cõtractum debitum, quod est necessarium requisitum ex regul. tex. in l. si ab arbitro §. ex quib. cauf. ff. qui satisd. cog. & in l. si is à quo in fi. vt in poss. leg. l. qui bona §. de illo, & l. fin. ff. de damn. infe. & in l. si creditor in fin. C. de spons. Quar-
20 to, quia non nocebit ei informatio prædicta, quandoquidem licet latitatio prætensa sit falsa, vt inferius subnectetur tñ necessè fuisset probari ex aduerso; Primo latitationem fraudis causa intercessisse ex respon. Vulpia. Iur. Cons. in l. fulcinus §. 1. ff. ex quib. cauf. in poss. eat. Secundo, causa fraudãdi in specie hũc Vincentium Florentinum petentem iudicij assecurationem, prout idẽ Vulp. respõdit in d. l. fulcinus in §. vtrũ ergo omnes, q̃ requisita deficiunt in depositione dictorum testium, & sic prætensa informatio non nocet, nec assecuratio petita concedenda erat, prout non est. Quinto, quia dictum prætensorum testium narratium latitationem prædictam est falsum, cum verum ac notorium sit Magn. Hortensiũ continuo stetisse in hac ciuitate Neap. & postmodum se cõtulisse ad Prouinciam Calabriæ in qua afficatum habet feudũ Gadellæ maximè importantiæ, & huc Neap. se contulisse ex causa quarundam litium prosequendarum contra Marium doni ex causa prænarrati affictus prædicti feudi, ergo quonammodo vera credi potest, vel debet hæc attestata latitatio p dictos testes. Eo impensius cum Magn. Hortensius iam obtinuerat Regium guidaticum in quo confisus publicè cõuersabatur & dubitare non poterat de aliqua facti apprehensione. Idq; luce meridiana clarius apparet: si quidem dictus Magn. Hortensius fuit captus in strata publica qui si latitasset, & de facti apprehensione dubitasset, de die sic publicè, & per vias publicas minimè iter habuisset. Sexto, & nouissimè assecuratio prætensa
21 non potuit procedere credito iam non probato vt supra ex dictis Angel. in l. nemo carcerem C. de exact. trib. li. 10. tum stante nullitate dictæ sentẽtiæ, quæ cum nulla sit nullam producit probationem, nempè parificantur nullum, & inutile
22 siuè inefficax, prout voluit Card. in clemen. j. §. pen. de stat. monac. & in clem. j. de procur. quia nullum propriè dicitur quod non valet, vt notatur in l. si quis legatum, vbi per Alex. post Bar. ff. de fals. vltra superius adducta. Tum etiam quia vt ex prędicta sentẽtia, licet nulla patet, prætensi debiti nullam aliam adesse scripturam nisi prætensam probationem habitam ex libris dicti aduersarij de iure
23 nullam fidem facientibus vt supra in iure congestis: quare probatione debiti cessante, siuè plena, siue summaria parte absente cessat petita Iudicij assecuratio vt per Ang. in d. l. nemo carcerem, & facit tex. in auth. ei q in fi. C. de bon. auth. Iudic. poss. quẽadmodum tradidit Affl. & post eum latè Vrsil. in dec. 170. Caccialup. in tract. de debit. suspect. q. 6. nu. 9. & Rolan. à Vall. in cons. 65. num. 18. vol. 3.

Nouissimè tamẽ petita liberatio dicti Magn.

Magn.Hortensij omni dubietate explosa clarissima redditur ex dicto Regio guidatico concesso eidem per Excellentiss. Comendatorem maiorem tunc Proregem eiusq; Collateral. Consil. licet ad ipsius beneplacitum cum causæ cognitione accedente relatione, tunc Circumspecti D.Regentis Salazar, & ex iustissimis causis,& signanter amissionis ipsius bonorum, & scripturarum ex causa Regij seruitij,& recuperationis aliquorũ effectuum in hoc Regno Neap. ad huc durantium prout in eo legere est,quo fit
24 vt & si finitũ fuerit officium dicti Excel. D.Commend.non tamen beneplacitum iudicabitur extinctũ durãtibus & ad huc militantibus eisdem iustissimis causis super quibus dictum Reg.guidaticum causa cognitũ concessum fuit, nulla alia expressa apparente illius reuocatione,iuxta tradita per Rot.in dec.580. incip.Camerarius Papæ, quam refert & sectatur Capyc.dec.136.nu.6. in add.& Magal. in tract.de salu.conduc. par. vlt.num.8. vers. si verò dicens, si verò saluus conductus detur cum authoritate legis, vel cum causæ cognitione non expirat cum officio, vel vita Iudicis qui illum concessit, vt per eum; Nec cõtra dictam Regiam cautionem obstat, dum excipi præsentio,quod ex quo idem Excel. D. Prorex functus est officio,saluus conductus durante eius beneplacito concessus iam expirauit, quicquid dixerit Calder. cons. 3.de rescrip. & Gemi.in cap.si gratiosè col.2. ver.sed pone Rector.de rescrip.in 6.relati à Quintil.Men. in tract. de inhib.lib.5.q.76.nu.3.ponentes differentiam inter mortem concedentis, & officij depositionem; vterq; enim casus equparatur & regulariter sicuti per obitũ concedentis aliquid ad beneplacitum concessio euanescit, ita per recessum ab officio, & est communis opinio teste Pet.Pellin.in tract. de re mil.par.9. sub nu.25.Nam respondetur huic obiectioni tripliciter. Primo, vt in præcedenti responso videlicet, quia durant causæ concessionis Regij guidatici prædicti.Se
25 cundo,id nõ procedere quando sub nomine officij, vel dignitatis concessio fit, ita post Ias.in l. centesimis §.fi.sub n.17. cum seq.ff.de verb.obl. tenet idem Pet. d.par.9.sub eod.nu.25. & Capyc. dec. 136.nu.2.cum seq. Restaur.Castal. in tract.de Imper.q.115.ad fi. vbi alios allegat & præcipuè Dec.cons.108.per tot. idem etiam firmat post Corn. in loco vt per eum Magal.d.tract.par.vlt.sub nu.5. ver.sed hoc primo fallit inquiens quod regula non procedit quando beneplacitum salui conductus refertur ad personã non morituram, prout est persona Officialis à iure ficta, quæ semper eadem esse intelligitur,& licet nõ alleget, est tex. optimus l3. vulgaris in l. proponebatur ff. de iudic. prout in proposito in quo saluus conductus vti à Prorege Excel.& Collat.Cons.fuit cõcessus, & sic sub nomine dignitatis,& officij,& non proprio quia sub nomine appellatiuo dignitatis, Dec.d.cons.108.sub nu.4.vers.2. quod etiam elicitur stante commissione relationis quæ sub nomine officij commissa intelligitur,vt sentit Rober.Lancell. in tract.de acten.c.8.n.11.dicens quod re-
26 latio sortitur effectum etiam post obitũ Principis cum non personæ, sed dignitatis fiat,vt per eum. Tertio,tollitur obiectum,quia non simpliciter sub beneplacito concessus est saluus cõductus, adeo
27 vt voluntatis perseuerantia requiratur, sed vt eius reuocatio,seu mutatio appareat quo casu non soluitur per remotionem ab officio vel per mortem, ita comprobat Bellin.d.loco,in hæc verba videlicet: *& potest dari regul. quod quando concessio non reuocatur nisi per mutationem voluntatis,tunc quia qui moritur nõ dicitur voluntatem mutare,sed velle desinere,ideo non reuocatur concessio, quæ mutationem requirit:* & ita alij sentiunt de quib.supra: At in proposito requiritur etiam voluntatis mutatio vt tollatur saluus cõductus, quia dicitur expressè, qđ de reuocatione fiat certior Mag. Hortensius vt infra 8.dies possit sibi præcauere,hoc idem post Angel.comprobat ac etiam post Imol.in d.§.fi.l.centesimis Magal.sub d.nu.5. vlt.par.tract. vers.2. fal-

fallit vbi post Alex.eod.§.fi.col.4.vers.si autem dixisset de com. opin. actestatur Restaur.Castal.d.loco ponētes exemplū in ea concessione quæ fuit facta duratura donec reuocetur,quia licet reuocatio stet in beneplacito concedentis tantum, qa in reuocatione consistit,tale beneplacitum non expirat morte, vel recessu ab officio per iam dicta,& in terminis quod quando actus est gestus ad beneplacitum & postea est dictum quod notificabitur reuocatio infra certum tempus morte non extinguatur beneplacitū,tenet Dec. d.cons.108.sub nu.4.vers.modo in casu
28 & sicut concessio facta fuit cum Collaterali Consilio,ita debet fieri reuocatio, arg.l.nihil tam naturale ff.de regul. iur. Nec est credendum Principem intellexisse, & velle reuocare per se & absque Consilio quod cum Cōsilio gessit, & sic quod à sua tantum voluntate & arbitrio pendere voluisset,id quod cum deliberato Consilio suorum Procerum firmauit. Cæterum summa æquitate fuit concessus iste saluus conductus Magn. Hortensio ex legitima causa, nempè quia fuit spoliatus omnibus bonis ob asperrimū bellum Flandriæ ope iniquissimi rebellis ac Tiranni,Principis Orangiæ excitatum omnibus notum : qui Magn.Hortensius dum vt tenebatur tāquam fidelis subditus,Partes Seren.Catholiciq; Regis tuebatur pro suo posse, ipsum captiuum detinuit per multos menses ex causa nō legitima & omnibus bonis maximi valoris spoliauit,& scripturas ad negotium pertinentes & præcipuè contra eius debitores vsurpauit : quo spolio & miserabili infortunio stante : certum est quod de iure ne dum poterat sub fide Regia cautus reddi ne personaliter à creditoribus vexaretur,sed nec etiā realiter, quatenus bona sibi pro victu condecenti nō
29 sufficerent; spoliatus enim bonis propter bellum,vel aliud infortunium gaudere debet beneficio ne conueniatur nisi in quantum facere potest , idq; pium, & æquum est, teste Ioa.Fab.in §.fi.circa fin.vbi quoq; Ioan.de Plat.& Ias. col.2. vers.vltimo notate instit.de act.& sequitur Gram.dec.85.sub num.2.& nouiter Matth.Brun.in tract.de cess.bono.q.14. par. 4. quod singulare esse dicit Marsil. singu.241.relatus à Benuenu.Strach.in tract.de mercat.in tit.de decoct.p.4.nu. 5. & nouissimè Thom. Actius de ludo scachor.q.9.principali n.86.& licet Ias. d.loco super hoc cogitādum relinquat, tamen non censetur opinionem improbare,ad tradita per Ant.Marcoratium in tract.de opin.com.in tit. qui Doctor.faciant opin.in com. nu.98. quæ omnia multo magis vendicare sibi locū debent in proposito in quo nō simpliciter propter bellum bona amisit, sed etiam quia fidelis fuit suo Regi eius personam summis periculis, vt narratum est subijciendo contra rebellem & Tirannum. De qua causa satis dicitur constare ad effectū impetrationis, & conseruationis salui conductus cum commiss.relatione, eaq; subsequuta & facta per Circumspectum Regentem Salazar , Excell. D. Prorex cum Coll.Cons.prudenter saluū conductum concessere ex prænarrata
30 causa tam legitima:Quando enim Princeps aliquid concedit cum consultatione suorum Consiliariorū dicitur de causa satis constare,Iser.in c.j.§.eo tempore qui succ.ten. col.6. vers.nunquid vbi Affl.nu.68.D.Loffr.cons.45.nu.19.Capyc.dec.166.num.7.& Gram.dec.103. Affl.in cap.Imperialem in prin.col.3.de prohi.feu.alien.Iser.in cap.Dño,Guerra in add.col.2.vbi Affl.2. notab. hic finitur lex,Tiber.Decian.cons.41.nu.29.& 33.vol.2.Concurrenti vt dixi relatione quæ fieri potest Principi absq; partis citatione, ita post Guid. Binon. in suis recollec.dec.109.fuit tantum sub rubr.de relat.tenet Rober.Lancel.d.c.8. nu.13. Sequitur etiam ex prædictis saluum conductum de quo agitur omnino esse seruandū,imò eo etiam circumscripto Magnif.Hortensium personaliter ad debita arctari non posse, sed deducto ne egeat
31 iuxta sui gradus qualitatem:quia beneficium habens ne cōueniatur nisi in quantum facere potest pro debito nullo modo carceri mancipari debet, glo. in l. liber

ber captus C. de capt. & postlim. reuers. quam ibi sequitur Bal. ad fin. Aret. in l. maritũ §. eleganter col. 2. n. 6. in fi. ff. sol. matr. Alex. in l. centurio nu. 25. ff. de vulg. & pupill. & alibi DD.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum excedens summam vnius libræ aureæ requirit præsentiam & subscriptionem trium testium.*

2 *Constitutiones omnes Regni nostri vigẽt in vtraq;* Sicilia.

3 *Consuetudo est stricti iuris, & propterea non extenditur de casu ad casum.*

4 *Contractus pertinet ad partes contrahentes instrumentum vero est de pertinentibus ad notarium.*

5 *Statutum loquens de contractibus non extenditur ad instrumentum.*

6 *Iurium correctio est euitanda.*

7 *In correctorijs etiam ex identitate rationis de casu ad casum non fit extensio.*

8 *Vt euitetur legum correctio iura iuribus sunt concordanda.*

9 *Lex posterior distinguitur per antiquiorẽ ac ab ea recipit interpretationem passiuam.*

10 *Leges magnis vigilijs sunt iunctæ.*

11 *Omnes consuetudines contra constitutiones Regni sunt nullæ. & nu.* 12.

13 *In simplici confirmatione consuetudinum non intelliguntur confirmata eaq; sunt contra ius.*

14 *Constitutio Regni incip. Instrumentorũ robur est satis equa, & rationabilis.*

15 *Leges & Statuta non debent sine magna & rationabili causa reuocari.*

16 *Rex concedens alicui Vniuersitati priuilegium sine clausula non obstante constitutione Regni in contrarium dictante, tale priuilegium non præiudicat dispositioni illius Constitutionis, & ratio.*

17 *Princeps præsumitur ignorare factum.*

18 Pro *derogandis solemnitatibus inductis per aliquam Constitutionem non sufficit generalis, sed requiritur specialis derogatio, & num.* 19. *Præcipuè quando aliqua constitutio est clausa in corpore iuris, & nu.* 20.

21 *Contractus priuatus ad hoc vt valeat debet celebrari saltim in præsentia duorũ testium secus si excedit libram auri, nã tunc requiruntur tres, vt nu.* 22.

23 *Testibus & non testimonijs fides adhibetur.*

24 *Notarij non possunt inducere consuetudinem derogando solemnitatibus à iure requisitis.*

25 *Partes non possunt renuntiare solemnitatibus inductis per Constit. Regni instrumentorum robur, & nu.* 26.

27 *Consuetudo interrumpitur ex varietate actuum contra eam factorum ac etiam per actum vnicum vt nu.* 28. *& consuetudo interrupta nullius est momenti, vt ibi eod. nu.* 27.

29 *Ex varietate actuum non perficitur consuetudo, & eo casu ad ius commune est recurrendum seu municipale.*

30 *Verba ad vnguem capituli Regis Alphõsi* 258. *incip. in omni publicatione vigentis in Regno Siciliæ vltra farum.*

31 *Consuetudo corruptelam continens spatio temporis firmari non potest.*

32 *Instrumentum carens præsentia, & subscriptione Iudicis est nullum.*

33 *Sententia quæ se fundat super actu nullo est nulla, & relatum est nullum quãdo ad quod fit relatio nullum est.*

34 *In Regno Neap. dum legis, & hominis concurrit prohibitio alienandi, & hipothecandi assensus minimè conceditur.*

35 *In iudicijs & coram Iudicibus inferioribus contumax non auditur.*

36 *Contumax coram* Principe *comparere non potest.*

37 *Vasallus contumax perdit iudicatum in feudo, & eo ipso quod est contumax perdit possessionem feudi.*

38 *Durante contumacia contumax non potest alienare non solum bona feudalia sed neq; allodialia.*

39 *Appellatione alienationis venit hipotheca.*

CON-

40 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CONSILIVM XIII.

Pro Magnif. D. Constantia de Ioanne: contra Mag. D. Marium Ioppulum. Instrumentum quando excedit libram auri an sit nullum si in eo interuenerint duo testes
1 *non autem tres, & non adeat subscriptio Iudicis ad contractus, quæ differentia sit inter contractum, & instrumentum quæ requirantur ad hoc vt inducatur aliqua consuetudo, & plura de nullitate sententiæ, & Regij assensus.*

LATA sententia in fauorem D. Marij Ioppuli, contra D. Ioannem Villadecane, comparuit D. Constantia de Ioanne vti tertia, pro suo notorio interesse, & allegauit dictam sententiam nullam, & inter alias nullitates fuit nullitas prætensi instrumenti super quo prædicta sententia se fundauit, tanquam carens substantialibus requisitis.

Et primo fuit ac est nullum instrumentum prædictum, vti continens summam vntiarum duodecim millium, & sic vltra
1 libram auri, iuxta constitutionem Regni instrumentorum robur ex cuius dispositione requiritur præsentia, & subscriptio trium testium, non autem duorum prout in præsenti asserto instrumento inspicitur, & sic instrumentum prædictum est nullum. Etenim clarum est quod prædicta, & aliæ constitutiones
2 vigent in Regno vtriusque Siciliæ, id quod in earum intitulatione testatur etiam Andr. de Hyser. & Affl. in constitut. post mundi machinam §. præsentes igitur num. 2. Id ipsum etiam expresse confirmatur per sextam constitutionem Regis Martini, editam in dicto vlterioris Siciliæ Regno, tenoris sequentis videlicet: *De obseruatione Constitutionum Imperialium, & aliorum Principum Siciliæ Regnum cap. 37. Propositi quidem nostri est, noua constituere nec minus vetusta seruare, qua propter diuinæ memoriæ Imperatoris Federici, Regni Siciliæ Regis, prout nostri Constitutiones circa regimen Siciliæ editas per eundem, nec non Serenissimorum Principum, & Dominorum Regum colendæ memoriæ, tam Regis Iacobi Aragonum, & Siciliæ Regis, quam Regis Federici Senioris prædecessorum nostrorum, in dicto Regno inuiolabiliter per quoslibet Officiales iustitiam ministrantes volumus obseruari.* Et sic dum prædictus D. Marius petijt condemnari D. Ioannem, vigore instrumenti publici omni solemnitate vallati, & sententia super eo quod nullum erat se fundauit, condemnando dictum D. Ioannem, & censendo D. Marium immittendum esse in possessione Terræ Moctæ, ideo cum maxima circumspectione, fuit per idem Sacrum Consilium interpositum decretum, quod suspensa exequutione sententiæ iterum procedatur ad decisionem ipsius causæ.

Verum aduersarius prætendens instrumentum prædictum esse publicum, ac omni solemnitate roboratum quodque legitimus accesserit numerus testium, iuxta prætensam consuetudinem loci reclamauit à prædicto decreto, & per viam reclamationis obtinuit iterum verbum fieri in Sacro Consilio. Et quod legitimus accesserit numerus testium, prætendit fundare ex quadam prætensa consuetudine Messanæ cap. 26 tenoris sequentis videlicet: *Nullus priuatus contractus tenet, neque valet, nisi à duobus, vel pluribus idoneis testibus fuerit roboratus.* Quæ consuetudo prædicta non procedit nec habet locum in casu nostro.

Primò, quia ipsa non loquitur de publicis instrumentis, sed de priuatis contractibus, est enim contractus nomen generale quando profertur simpliciter, sed quando additur priuatus, tunc
3 excluditur publicus, vnde consuetudo cum sit stricti iuris, non extenditur de

casu ad casum,& debet intelligi in eo casu in quo loquitur Neapod.in consue. si moriatur post num.182.in ver.praeterea constitutiones fol.126. vbi Vincen. de Franch.allegat,Bar.Det.& Grauet.in cons.292.num.4.idem Affl.in dec.202. num.2.& 3.Natt.cons.575.n.17.vol.4. & D.de Franch.dec.17.num.13.& dec. 91.nu.20. Et licet consuetudo praedicta clarè & espresè loquatur de priuatis contractibus,tamen etiam si loquere tur simpliciter de contractibus, adhuc non obstaret, nam aliud est contractus,
4 & aliud instrumentum; contractus enim pertinet ad partes contrahētes, & sic ad priuatam scripturam non comprehensam in dicta constit.instrum.robur,instrumentum verò est de pertinentibus ad Notarium,Bar.in l.si quis legatum circa 3.col.ff.ad leg.Cornel.de fal.& tex.in l. non figura ff. de action. & obligat. & Bal.in l.fi.C.de fal.cau.adie. lega. & ipsum sequitur Alex.in l.seruum §. eum qui chirographum num. 4. ff. de leg.1.
5 dicens quod si statutum loquitur de cōtractibus, non extenditur ad instrumenta vel è contra, idem sequitur Petr. de Anchar. in repet. capit. canonum statuta de constr.in vers. iuxta hoc membrum quaeritur vtrum possit &c.Hanc opinionem sequitur etiā Bar.in l.1.§.&parui ff. quod vi,aut clam, & ipsum refert Alex. in d.§.cum qui,& vltra praedictos Imol. Raffael,& Paul.de Cast.in d.l.seruum filij §.cum qui chirographum ff.de leg.j. & idem Cuman. in l.huiusmodi §. si ita ff. de leg. 1.cum concord. Cum ergo consuetudo praedicta loquitur de contractu priuato, non extenditur ad instrumentum de quo loquitur dicta constitutio instrumentorum rob. Nam
6 correctio iurium est euitanda, & non fit nisi expressis verbis, l.sancimus C.de testib.& notat Bart. in l. praecipimus C. de appella. Grauet. in rubr. ff. de leg.1. nu.70.& Anchar.in q.66. num.14. Et
7 in correctorijs etiam ex identitate rationis non fit extensio de vno casu ad alium authen.quas actiones C.de sacrosanct.Eccles.vt testatur Vincen.de Franchis decis.11.num.1.

Secundo aduertatur,quod dicta consuetudo dum dicit: *nisi à duobus,vel pluribus testibus fuerit roboratus*: & loquitur generaliter & non distinctè, debet intelligi à duobus infra libram, & à plu-
8 ribus extra libram, ad hoc, vt iura iuribus concordentur & euitetur legum correctio,ad tex. in l. praecipimus C. de appell. Nam concordari debent iura iuribus & correctiones (si fieri potest) euitari cap. cum expediat cum similib.
9 de elect. lib. 6. Et lex posterior distinguitur per antiquiorem l. sciendum ff. qui satisdar.cogan.Vnde quando lex noua generaliter loquitur, & per legem antiquam requiritur aliqua qualitas, quae per legem nouam non reijcitur, tunc recipit interpretationem passiuam à lege antiqua, per text. in l. 1. §. si lex falcidia ff. ad leg. falcid. cap.2. de nou. oper.nuncia.cum similibus, sic declarat Imol.in l.si verò §.de viro col.3.ff.solu. matrim. & l. non est nouus ff. de legib. Paris.in cons.110. num.34. & refert de commun. opin. Viui. in coll. commun. opin. in princ. 280. volum. 1. Et post quam per consuetudines Mesianae non reperitur exspresè correcta dicta constitutio instrumentorum robur per sub-
10 auditos intellectus non debet induci correctio ll. tot vigilijs inuentarum, vt Neapoda. in consuet.si quis habet in glo.1.quem refert Vinc.de Franch.in dec.170.nu.8.idem Ioan.Monac.& caeteri in cap.cupientes §.item si viginti de elect.lib.6.

Tertio, vt omnis tollatur difficultas ad nostrę tamen iustitiae exhuberantiam patefaciendam citra veri praeiudicium affirmatur quod etiam si adesset clara & espresa consuetudo in contrarium, prout non adest illa tamen etiam esset nulla,nam omnes praetensae consuetudi-
11 nes contra dict. regni constit.praesentes, praeteritae, & futurae, sunt cassae,irritae,& nullae, vt probat text. in prohęm. dict. constitu. quod incipit Post mundi machinam §.praesentes igitur, vbi latissimè glo.in ver.consuetud.vers.sed quicquid dica-

dicatur vbi etiã multos nouissimè cumulat Iacobus Anellus de Bottis,& Affl.in d.constit.post mundi machin.§.præsentes igitur à num.4.vsque ad 8. vbi concludit omnes consuetudines contra d. constit. esse erroneas, ac nullas, idem
12 Gram. in constit. cum circa num. 5. & sic etiam testatur Andr. in prohem. feudor.q.3.in c.1.de feud. cogn. & in c.1. §. donare colum. 3. vers. sed nunquid qualiter feudum potest alienari,ac etiam testatur Ioan.Vincen.de Ann. in repeti. constit.diuæ memoriæ num.3. fol.106. Gram.in conf.2.nu.17.& 18.& in conf. 152. in fin. vbi allegat concord. & est communiter receptum apud omnes.

Quarto, aduertatur quod consuetudo prædicta cap.26.vltra quod non tractat de publicis instrumentis, sed de priuatis contractibus, & habet supradictam interpretationem duobus infra libram & tribus testibus extra libram minime allegati meretur siquidem similiter est nulla cum non appareat quod talis consuetudo fuit confirmata à Rege, sed solum pronuntiata in ciuitate Messanæ die 15.Aprilis 1519.& deinde publicata die 5. Maij 1519. Et illa confirmatio Regia quæ apparet, interfuit rantum in illis alijs duobus capitulis separatis in fine libri positis, vt clarè patet ex data dictæ confirmationis de anno 1517.& sic antequam supradicta alia capitula essent pronuntiata, & publicata quod fuit postea de anno 1519. vt supra,& sic consuetudo asserta non potuisset tollere legem Regiam sine Regis approbatione, & voluntate. Vltra quod requiritur specifica confirmatio vti derogatoria illi constitutioni,
13 nam in simplici confirmatione consuetudinum, non intelliguntur confirmata ea quæ sunt iuri contraria l.2.C.de fund. & Sal. lib. 12. cap.ad nostram de confirmat. vtil.vel inutil. Bald.in cap.1. num.2.in princ. per quos fiat inuestitura, & Bart. in l. priuileg. C. de sacro sanct.Eccles. Angel.in l. fin. C. de temporib.appell. Bart.in l.1. in 2.oppos. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Bald. in cap. in præsent. colum.5. extra de probation.& in l.nec damnosa C. de precib.Imper.offeren.& Bald.in c.1. de natur.feud.& Anton.de Butr.in cap.2. extra de rescrip. Eo impensius, quia
14 constitu.instrum. robur satis est rationabilis,& necessaria ad euitandas falsitates vt not. Andr. in dicta constitutione, & Rex debet operari quantum potest ne falsitas in Regno suo committatur, &
15 sic dum leges,& statuta non debent sine rationabili, & magna causa reuocari, vt dixit rex.in l. minimè, & l.si de interpret.ff.de leg.& Tiraquell.in tract. lign.§.9. glo.2. num.52. & seq. non est credẽdum, nec est verisimile quod Rex voluisset reuocare constitutionem prædictam. Accedat prædictis quod quan-
16 do Rex concedit alicui Vniuersitati priuilegium, & non adest clausula,non obstante constitutione Regni in cõtrarium dictante, tale priuilegium non præiudicat dispositioni illius constitutionis, vt affirmat Affl.in constit.Magistros fundicarios num.8. & ratio est quia constitu-
17 tiones sunt facti, & Princeps præsumitur ignorare factum tex.in c.1.de const. in 6.
18 Quinto aduertatur quod pro derogandis solemnitatibus inductis per dictam constitutionem non sufficit, nec etiam generalis, sed requiritur spetialis derogatio l.fin. vbi glo. C.si contra ius
19 vel vtil. public. Nam statutum vt tollat aliud statutum non sufficit hoc facere verbis generalibus, Alex. in l. si mihi & tibi.1.§.in legatis ff.de leg.1.in fin. verbis, vbi ad hoc allegat glo.in l.decurionibus C.de silen.lib.12.&ita Bal.in l.fi. C.si contra ius vel vtil.publ.& in l.1. ff. de const.Prin.& in l.1.cum mihi ff.de dol.& Abb.in conf.51.incip.videtur primo standum l.2.ff.de verb.oblig.& Bar. in tract. ad repri.in verb. non obstãtibus quos omnes refert Alex.in d.l.si mihi & tibi §. in legatis in fi.ff.de leg.& videtur tex.singularis in cap.cupiens ext. de rescript. Eò impensius cum constitutio prædicta sit clausa in corpore iuris, non tollitur etiam per prouisionem in

contrarium, nisi ei spetialiter derogetur
20 nec sufficit clausula generalis nō obstan tibus, vt notat Socc. in cons. 131. nu. 45. lib. 1. Eug. cons. 33. num. 42. Rol. cons. 5. nu. 29. lib. 4. & Sebast. Med. dec. 61. nu. 11. & 12.

Sexto aduertatur quod nō obstat dum pars aduersa ꝓ corroboratione suę prętensionis adducit opinionem Marij Muta super consue. Panormi c. 67. vbi tenet
21 ꝙ contractus ad hoc vt valeat debet celebrari in præsentia saltim duorum testiū vt per Couar. pract. quęst. c. 22. cum quo addit quod concordat dicta pradicta consuetudo Messanæ c. 26. Nam si est verū quod prædicta consuetudo concordat cum Couar. Est aduertendum quod Couarr. d. c. 22. concludit in nu. 3. cum opi-
22 nione Alex. asserentis in priuatis contractibus sufficere duos testes, si tamen cōtractus non excedit libram auri, & si excedit libram requiruntur tres, & sic eodem modo intelligenda est supradicta consuetudo Messanæ. s. si contractus nō excedit libram sufficiūt duo testes, si vero excedit requirūtur plures. Ergo dum pars aduersa prætendit opinionem Marij Muta fuisse in eius fauorem est contra ipsam postquā Muta dicit ꝙ consuetudo Messanæ c. 26. concordat cum Couarr. c. 22. vt supra.

Septimo aduertatur quod minus obstaret quatenus produceretur quædam prætensa fides Notariorum quam pars aduersa allegat intra dentes, vt datur intelligi. Primo, quia non apparet talem fidem fuisse exhibitam ante sententiam. Secundo, quia testibus & non testimo-
23 nijs fides adhibetur l. 3. §. Diuus ff. de testib. etenim Notarijs extra acta per eos stipulata partibus rogatis nulla fides adhibetur. Tertio quia Notarij nō possunt
24 inducere consuetudinem derogādo solēnitatibus à iure requisitis, vt post alios in spetie testatur Rol. à Val. cons. 73. nu. 28. vol. 2. Natt. cons. 574. nu. 16. & 575. nu. 11. vol. 4. & ita bis refert fuisse iudicatum in Rot. Lucens. Barnab. Cornaz. dec. 112. nu. 13. & 14. Quarto, quia vt supra fundatum extat omnes consuetudines contra d. Const. fuerunt & sunt cas-
25 sæ irritæ ac nullæ. Quinto, nec etiam partes possunt renūtiare solemnitatibus inductis per d. Const. instrum. rob. ad tex. in l. nemo potest ff. de leg. 1. & C. de iuram. calum. l. 2. §. sed quia ff. de postul. l. quos prohibet. Nam ista const. prohibet quod si aliter fiat instrumentum nullam fidem facit ergo huic legi prohibiti-
26 uè, & negatiuè renuntiare nemo potest, argu. l. penul. ne fideiuss. dotium dentur de quibus latè per Affl. in d. const. instr. rob. nu. 33.

Octauo aduertatur quod minus obstaret quatenus obijceretur quod in præsenti processu apparent aliqua prætensa instrumenta confecta in ciuitate Messanæ cum descriptione duorum testium tantum siquidem respondetur. Primo, quod si adessent talia prætēsa instrumenta contra formam prædictæ const. illa etiam essent nullius roboris & momenti prout assertum partis instrumen. Secundo aduertatur quod in hoc eodem processu apparent plura instrumenta confecta in d. ciuitate cum num. non solum trium, sed plurium testium. Et sic ex varietate actuum nulla inducitur consuetu-
27 do, & si aliqua fuisset inducta in dicta ciuitate, id quod negatur illa dicitur interrupta ex varietate prædicta, vt notat Ludou. Moror. respon. 34. fol. 225. & Grauet. cons. 566. nu. 5. & in cons. 811. nu. 11. & consuetudo interrupta nullius est momenti, Alex. in cōs. 173. post nu. 8. lib. 6. & nota quod ēt per actum vnicū
28 contrarium interrūpitur consuetudo, vt in l. nemo potest §. temporalis ff. de reg. iur. & Grauet. cons. 462. nu. 14. Insuper est notissima & receptissima conclusio, quod ex varietate actuum nō perficitur
29 consuetudo, sed ad ius commune, seu municipale tunc est recurrendum & sic ad d. const. instrum. rob. vt tradidit Bar. in l. 2. circa fin. prin. num. 22. ff. sol. matr. vbi dicit quod si in ciuitate cōficiuntur instr. diuersimodè per tales contrarietates redditur ad ius commune idem tenet Alex. in cons. 5. col. 2. lib. 3. & cons. 127. circa fin. lib. 5. & Dec. in cons. 11. nu.

nu.12.& pulcrè Grauet.in conf.96.n.5. & conf.313.nu.4.& conf.683.post nu. 2.& conf.814.nu.14.&conf.861.nu.5. Tertio, quia tractatur de iure constitutionis quæ reuocat & annullat omnes consuetudines in contrarium,vt supra fundatum est,& disponit q instrumenta confecta contra prædictam formam in posterum nullam habeant firmitatem. Quarto quia pars aduersa alias hoc pro posuit in præsenti causa in S. C. per qđ fuit reiectum & processum ad suspensio nem sententiæ.

Insuper ad claudendum os parti aduersæ dicitur,quod habemus legem claram & expressam in dicto vlterioris Siciliæ Regno per cap.Regis Alfonsi 258.de anno 1440.circa numerum testium in confectione & cassatione contractuum,
30 cuius verba formalia hæc sunt videlicet: *In omni publicatione & cassatione contractuum,legitimus numerus testium interuenire debeat,omni consuetudine, vel vt rectius dicamus, corruptela cessante, & ne legitimus numerus testium quid sit ignoretur,Const.regni instr.rob. quæ in hac materia temon est in hoc cap.de verbo ad verbum inserifecimus. Et quia in Regno isto quantam summam libram auri contineat longissimi temporis lapsu incognitum est,licet de iure communi aureos 72. comprehendat tamen pro ipsorũ locorum varietate statuendo declaramus libram vntias decem continere fiat secũdum prædictam Regni Constit.distinctio. An infra vntias decem quantitas subsistat: an excedat. Quantum vero ad id quod in eadem Const. dicitur quod testes approbatæ opinionis in publicandis actibus interuenire debeant,vt tollatur omnis dubitatio in futurum quæ possit oriri volumus per Notarium præsumi,vt de testium idoneitate nihil Notario possit opponi,vel impingui. Leonardus Protonotarius. Registrata in Cancellaria, & registrata penes Protonotarium.* Et sic ex supradicta Regia decretatione expressè patet nõ solum de num. testium qui interuenire debent in instrumentis, sed ẽt quod contrariæ consuetudines fuerunt & sunt corruptelæ, & consuetudo quæ
31 corruptelam continet tempore firmari non potest §.1.in authen. vt noui Iudic. coll.9.&per Grauet. conf.138. num.4. vol.1.

Vlterius dicitur quod in dicto vlterioris Siciliæ Regno adest lex particularis Regis Alphonsi c.264. decidens casum nostrum de instrumentis quibus partes extra Regnum vtuntur, quæ disponit quod in talibus instrumẽtis seruetur forma d.Const.instr.rob. Et sic dato,& nõ concesso quod in ciuitate Messanæ adesset consuetudo q sufficerent duo testes in quolibet instrum.prout nõn adest, & expressè negatur,nec subsistit vt sup. Tamen si adesset forsan talis consuetudo, illa tantum locum haberet in illis instrumentis quibus partes vtuntur infra Regnum,in causis decidẽdis in foro & Curia Messanæ, non autem in instrumentis quibus partes vtuntur extra Regnum, nam in hoc casu habemus prædictam legem particularẽ d.c.264.expressè mandantem,quod in talibus instrumẽtis seruetur forma d.const. & nonnullorum aliorum capitulorum,& sic legi particulariter casum nostrum statuenti standum est.

Secũda nullitas principalis dicti prætensi instrumenti, est quia caret præsen-
32 tia,& subscriptione Iudicis, qui de forma substantiali in dicto instrumento interuenire debebat,vt in d.const. instru. rob. Nam subscriptio Iudicis apparens in quadam asserta scriptura, vltra quod talis prætensa scriptura cum dicta subscriptione non apparet exhibita ante sed post sententiam, dicitur quod non aliter apparet quod talis Iudex interfuit in illius prætẽsa stipulatione,vt cernitur ex prætenso instrum.super quo sẽtentia se fundauit. Insuper vltra dictam const.instr.ro. erat necessarius Iudex ad contractus in ciuitate Messanæ, nam in const.occupatis habetur,quod in dicta ciuitate Messanæ, propter multitudinẽ contractuum debent creari quinq; Iudices,& octo Notarij, sicuti in Ciuitate Neapolis, & Capuæ. Concordat cum dicta

dicta constitutione consuetudo Messanæ c. 50. tenoris sequentis videlicet: *Anno Dominicæ incarnationis 1217. die 11. Ianuarij 11. indict. fuit iniunctum per Curiam Messanã omnibus Notarijs publicis ciuitatis eiusdem, vt ab inde in antea debeãt registrare, & ponere seriem instrumentorum omnium per eos faciendorum cum nominibus Iudicum, & testium.*

Tertia nullitas principalis est quia sententia prædicta se fundat expresse, ac specificè super Regio assensu, qui ex infrascriptis fuit, ac est inualidus & nul-
33 lus & sic sententia quæ se fundat super actu nullo est nulla, ita scripsit Fely. in causa non vera expressa super qua Iudex se fundauit in c. 1. de re iud. Cornazz. in decis. Lucens. 156. num. 1. Bar. Bal. Ang. & Alex. in l. vnica C. de error. calcul. Matt. in cons. 524. post num. 18. Affl. in actis nullis dec. 39. nu. 6. & dec. 47. nu. 2. & 3. eo magis quando sunt de substantia vt cernitur hic, idem Affl. in const. Regni vniuersos nu. 7. post Bal. sic in statuto nullo ad quod sententia se refert, scripsit Loffr. in cons. 36. num. 20. Gram. in dec. 59. nu. 2. idq; confirmatur euidenti ratione quia relatum est nullũ, quando ad quod fit relatio nullum est, sic ex multis affirmauit Fely. in c. ex parte nu. 11. ext. de rescrip. quem nouissimè refert & sectatur Reg. Lanar. in cons. 41. num. 2.

Primo, assensus prædictus est nullus, quia se fundat super instrumento nullo, & inualido vt supra fundauimus, ideo assensus super nõ ente fuit, ac est etiam nullus & inualidus.

Secundo, assensus prædictus, fuit ac est obreptitius, ex quo in memoriali dicti assensus, non fuit expressa, sed obrepta Proregi qualitas fideicommissi constituti per genitorem dicti D. Ioannis super dicta Terra Moctæ. Et licet super eo nullus appareat impetratus Reg. assensus tamen de stilu nostræ Cancellariæ ap-
34 probatum est in similibus, dum legis, & hominis concurrit prohibitio alienandi & hipothecandi, assensum minimè concedi, sic scripsit ac testatur Ioan. Vinc. de Ann. fuisse iudicatum in causa Io. Andr. Longi, cum Lucretia Capuana per Collater. Consil. in repet. const. regn. const. diuæ memor. à nu. 46. ad nu. 49. & in alleg. 48. latè Frec. lib. 3. subsc. in 3. formula nu. 11. & post ipsos Brun. Curt. & alios, sic nouissimè scripsit Consiliar. de Ann. in cons. 29. n. 15. & 16. Tibe. Decia. in respon. 117. à nu. 53. vsq; ad num. 62. vol. 3. qui desuper allegat DD. alios huius opinionis videlicet Curt. Bald. Brun. Paris. Gozad. & alios, legatur quæso Roland. à Vall. in cons. 7. nu. 99. loquens in Principis dispensatione 3. vol. qui allegat Ruy. in cons. 157. n. 4. vol. 1. & Dec. in cons. 142. vol. 2.

Tertio, assensus prædictus fuit ac est obreptitius & nullus, nam apparet impetratus sub nomine D. Ioan. die 3. Aprilis 1593. quo tempore D. Ioan. erat contumax R. C. S. pro causa criminali, vt ex fide contumacię de Mense Octob. 1592. Et in dicto memoriali assensus, non fuit facta mentio Proregi dictæ contumaciæ quæ qualitas omissa si fuisset espressa, Prorex denegasset assensum etiam quia in iuditijs, & sic coram Iudicibus inferio-
35 ribus contumax non auditur, tum ex Ritu M. C. 266. vbi Carau. nu. 8. tum ẽt ex iuris communis dispositione, ad tex. in l. sed & si per Prætorem §. ait Prætor vers. sed si dum ff. ex quib. caus. maio. l. contumacia ff. de re iud. post Bald. Alex. Curt. & alios latè scripsit Dec. in l. 2. nu. 30. C. de eden. & nouissimè Præs. de Franch. in dec. 271. & dec. 329. nu. 11. si ergo inferior non audit contumacem tanto magis Prorex supremus Iudex illũ non audisset, & assensum non præstasset si qualitas prædicta expressa fuisset. Eo
36 impensius quia contumax coram Principe comparere non poterat eo maximè pro impetrando assensu qui est gratia nempè corã eo citra dedecus, & ignominiam cõparuisset tex. in c. 1. vbi And. col. 1. an ille qui interfecit fratrem domi-
37 ni sui. Nec est dubium quod vasallus contumax perdit iudicatum in feudo, And. in c. 1. de mil. vasal. qui contumax

est

est,& eo ipso quod est contumax perdit possessionem feudi, Andr. in c 1. de mil.vasal.qui contum. est, & Curia mittit pro capienda possessione feudi illius qui contumax est pro delicto, per cap. Caroli I.subditorum nostrorum in fi.vt per Andr.in d.const.clementiæ. Insuper D.Ioannes fuit reputatus contumax de mense Octobris 1592.& prætensa obligatio D. Ioan. asseritur quod fuit in die 24.Nouemb. 1592. vt ex prætenso instrumento,& sic apparet D.Ioannem nõ solum contumacem fuisse tempore prætensæ impetrationis assensus verum etiã tempore prætensæ obligationis vt supra & durante contumacia, seu banno D.
38 Ioannes non poterat alienare, nedum bona feudalia,sed neq; allodialia, And. in const.grandis vtilitas vers. sed numquid. Et ideo si in memoriali assensus fuisset expressum D. Ioannem fuisse cõtumacem,pro causa criminali,vtiq; Prorex non cõcessisset assensum super obla-
39 tione feudalium,quia appellatione alienationis venit hypotheca,l.fi.C.de reb. alien.non alien. Et consequenter ex supra congestis,prædictus assensus fuit, ac est obreptitius,& nullus. Ex quibus sic in iure fundatis, supplicatur prouideri benè fuisse per S.C. vltimo loco prouisum per decretum, fol.769. & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

Hic articulus fuit decisus in fauorem D. Constantiæ iuxta hoc consilium, & fuit
40 confirmatum decretum S.C.per quod fuerat ordinatum, quod suspensa exequutione sententiæ iterum procedatur ad decisionem causæ, prout ego vidi ex processu prædicto sistente in Bancha Burrelli quæ ad præsens exercetur per quendam de Simeone.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio non est cõcedenda etiam per Principem existẽtibus filijs legitimis,et naturalibus,& illa concessa non subsistit quod fallit vt nu.3.*

2 *Princeps qui tale rescriptum legitimationis concessit inhumanus est,& ideo ea de causa pecudi comparandus.*

4 *Si Princeps non potest legitimare existentibus filijs legitimis,& naturalibus,multo magis non poterit Comes Palatinus.*

5 *Solita clausula legitimationis est dummodo filijs non præiudicet, & quid operetur nu.14.& 17.*

6 *Iura admittunt patrem coram principe ad obtinendum naturalis filij legitimationem si tamen non habeat filios legitimos, & nu.9.*

7 *Dictio (si) iuncta verbo futuri temporis (habeat) conditionem inducit.*

8 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

10 *In legitimatione quæ fit à Comite palatino stantibus filijs legitimis requiritur causa legitima iusta laudabilis,& rationabilis,quod etiam procedit in filio naturali tantum.*

11 *Falsa causa vitiat rescriptum.*

12 *Legitimatio filij spurij, seu adulterini nulla est ex defectu citationis filiorum legitimorum, & naturalium quod fallit in legitimatione naturalĩ tantum facta viuo patre.*

13 *Quando filius naturalis tantum est conceptus ante filios legitimos, & naturales,& legitimatus etiam ad honores, & feuda, tunc quia filij legitimi si hoc sciuissent repugnassent, nõ modo requiritur eorum citatio etiam si fieret legitimatio viuo patre verum etiam consensus.*

15 *Legitimatio regulatur à potestate legitimanti concessa.*

16 *Dictio (maximè) est aumentatiua, & implicatiua.*

18 *potestas data Comiti palatino cum clausula ex plenitudine potestatis reducitur ad legitimum modum.*

CONSILIVM XIV.

*Pro Magn.*Pirro *Baptista & fratribus Gannolinis contra Augustinum Gannolinum.*

Legitimatio non est concedẽda etiam per Principem *existentibus filijs legitimis,& na-*

naturalibus quod multo magis procedit si fiat à Comite Palatino, & hoc casu non erit concedenda absque iusta & rationabili causa, & an requiratur citatio, & consensus filiorum legitimorum, & naturalium.

QVæstionis est an Augustinus Gannolinus filius naturalis Mag. q. Ioan. Gannolini admittēdus sit ad successionem ab intestato dicti Mag. Io. vna cum Magn. Pirro Baptista, Andrea & Simone, legitimis & naturalibus, ex causa legitimationis ipsius conceptæ in vita Ioannis communis patris, per D. Ansaldum Iustinianum Comitem Palatinū Imperialem, & quidem ex infra dicendis in iure irrefragabilibus fundamētis pars negatiua nemini anceps dubiaq; fiet.

Vt quidem negotium facilius perpendatur, distinctè loquar ꝑ infrascripta capita. Primò fundabitur Augustino prænarratam legitimationem non suffragari ex fundamento horum iuris articulorū;
1 quorum Primus erit legitimationem nō concedendam etiam per Principem existentibus filijs legitimis & naturalibus, & successiuè illam concessam non subsistere. Secundus, id etiam efficere defectum causæ falsæ expressè in dicta legitimatione, quæ & si vera foret nec legitima esset. Tertius, ex defectu citationis filiorum legitimorum & naturalium prędictorum.

Secundò, principaliter confirmabitur ex dicta legitimatione, & si ea valida foret citra veri præiuditium. Primo, Augustinum non admittendum ad successionem dicti Ioan. ab intestato vna cum dictis Magn. Andrea & fratribus legitimis & naturalibus. Secundo, & si admittendus erit id fiet dempta prius tertia parte totius hæreditatis præcapienda per dictos Dominos filios legitimos & naturales.

Primo articulo primi capitis in indiuiduo assensus fuit And. in c. 1. §. naturalis col. 2. ver. alij dicūt, vbi Affl. in 2. not. nu. 31. si de feu. fuer. contr. int. quem refert ac pluribus sectatur Alex. cōs. 187. nu. 3. & seq. nu. 6. vol. 5. qui refert ita tenuisse Guid. de Suzza. Io. Andr. & Old. in Comite Palatino, quam opinione n innumeros DD. huius opinionis referendo latissimè sectatur Boer. dec. 240. nu. 18. & 19. cum seq. imò Bal. in cap. si filij num. 2. si de feu. fuer. cont. tradidit Prin
2 cipem qui tale rescriptum cōcessit inhumanū esse, & ideo ea de causa pecudi cōparandum cuius meminit Consta. in 2. par. n. 138. in l. Gallus in §. & quid si tātum de lib. & posth. & Curt. Sen. in suo solemni cons. 16. nu. 10. nisi in eum casū
3 tantum, quo filij legitimi & naturales essent eius conditionis quod à patre possent exheredari, ita Consta. vbi supra latè num. 139. Et si id in Principe statu-
4 tum est multo magis firmari debet in Comite Palatino iuxta Bal. in auth. præterea C. de nat. lib. quem refert & sect. Curt. in d. cons. 16. col. 6. ver. 6. ostenditur nullitas ver. idem tenet, qui allegat id etiam tenere Ang. in §. si quis igitur il primo, in auth. quib. mod. nat. effici. sui, qui rationem assignat cum aliter fieret
5 præiudicium legitimis contra solitam clausulam legitimationum, dummodo legitimis non præiudicet, vt inferius subnectetur, quam opinionem sectatus fuit Anto. de Rosell. in tract. legit. lib. 2. §. 1. nu. 67. confirmabunt conclusionem prę narratam omnia iura admittētia patrem
6 coram Principe ad obtinendum naturalis filij legitimationem non tamen habentem filios legitimos, in primis se offert text. in §. liceat in authen. quib. mod. naturales efficiantur legiti. ibi si le-
7 gitimam non habeat sobolem, dictio. n. si iuncta verbo futuri tēporis habeat cōditionem inducit, Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de cond. & demo. Secundo, tex. in §. sit igitur licentia in eod. auth. ver. vno enim modo & in §. illud tamen ver. sit igitur licentia, in quibus tradit Imperator se huiusmodi naturæ eccessibus mederi in his qui legitimos non habent ergo à cōtrario sensu secus in his qui legitimos
8 habent, inclusio enim vnius est exclusio al-

alterius, c.non ne.ext.de præsump. l.cũ Prætor ff.de iud.cum cōcor.Tertiò tex.
9 in §.si vero solũmodo, ibi, oẽs.n.suis exi stentibus deinde naturalibus procreatis, aut primitus natis ne quaq̃ legitimorum ius adijciatur in eod.auth.cui similis tex. in §.si vero in auth.quib.mo.nat.effi. sui cũ alijs iurib.glo.& DD. copiosiss. ad id fundandum adductis p acutissimi ingenij Præceptorem meũ D. Io.Marc.Aquilin. in repet. d. §. & quid si tantum nu.153.

Quod verò attinet ad 2.art.præmitto
10 in legitimatione quæ fit à Comite Palatino stantibus legitimis requiri cãm legitimam,iustam,laudabilem,& rationabilẽ verba sunt Curt.Sen.prędicti in d.cons. 16.col.9.ver.4.cōprobantur ver.in qua requirebatur causa,q omnes huius opinionis narrat,licet loquatur in spurio,& idem innaturali tñ tradidit Bar.in d.§.& quid si tñ,Alex.in 2.vol.conf.69.n.18. loquens in legitimatione cũ habeat vim dispensationis, vbi copiosissimè,cum referat ita tenere Ant. Butr.Iac.But.Cast. Cyn.Ioa.de Imol.Spec.Innoc.Io.Andr. & Bal.in locis per ipsum citatis, quam opinionem copiosè ẽt sectatus fuit Dec. in cōs.307.n.9.ver.3.nō obstat & n.10. ver.secundus casus,q̃ Bar.opin.refert & seqtur Lud.à Sard.in tract.legit.in 7.§. de legit.per rescriptũ effectu q.9. & magis apertè & copiosè in §.6. requisita in legitimatione impetrãda in 9.q.nu.xj.& 10.q.in qua loqtur de Comite Palatino idem Anto.de Rosell.in d.tract. in §.de causa formali legitim.loqñs in Principe nu.7.igitur cũ hæc iusta causa nō modo non cōtineatur in p̃senti legitimatione, verum ẽt illa quæ espressa licet nullius roboris est falsa cũ asseratur Augustinũ carum fratribus,id q omnino est falsum proculdubio nulla est iudicanda dicta le
11 gitimatio ẽt quia falsa causa vitiat rescriptũ,ita Bar. in l.demonstrando falsa §.j. nu.19.ff.de cond.& demo.& Bal.in l.j. cir.med.ver.nã vt dixi C.de collu.dete.
12 q̃ collusio & si verè spurius fuisset Augustinus vt puta adulterinus nullã haberet difficultatẽ vt p̃narrati,&alij DD.cōmuniter affirmant, & si huius qualitatis fuisset ẽt legitimatio p̃dicta nulla foret ex defectu citationis filiorum legitimorum, & naturalium, licet in legitimatione naturalis tñ facta viuo patre secus fo ret ex his quæ tradunt Bar. Bal.Ang. & cōiter oẽs in d.§.& quid si tñ,ita copio sè tradidit Anch.in suo soll.cons.282.9 incip.ex tenore priuilegij &421.& Cur. Sen.in d.cōs.16.col.xj.ver.6.ostenditur nullitas,& Saly.in auth.si quis C.de nat. liber.Tertius & vltimus art. firmatur ex hoc,quia cũ dictus Augustin.fuisset con-
13 ceptus ante ipsos legitimos & naturales & sic primogenitus inspiciturq; legitimatus ẽt ad honores & feuda quis dubitat q si ipsi legitimi absẽtes à ciuitate Ianuę hoc sciuissent repugnassent,quo casu nō modo requiritur eorũ citatio ẽt si fieret legitimatio viuo patre , verũ ẽt cōsensus iux.tradita per Bal.in l.nã ita diuus ff.de adop.& in auth.præterea C. de nat. lib. &in l.2.col.6.C.de seru.& aqua Ang.in §.si quis igitur lo 1. in auth.quib.mod. nat.effi.sui,Alex.in l.ex facto n.25.ff.de vulg.& pup.subst.vbi refert Seita Florẽtiæ consuluisse Pet. de Anch. in d.cons. 282.col.2.ver.2.Paul.Cast.in d.§.& qd si tantum in fi.& in cons.21.col.3.

Demus tñ auth.concedendo validam legitimationẽ huiuscemodi & sic sumus in secũdo casu princip. Affirmo de iure eã non iuuarę August. in successione D.
14 Ioa.ab intestato ex vi solitę clausulæ ap positæ in priuilegio d.Comitis dũmodo tñ legitimationes per vos faciendę nullũ afferant præiuditiũ legitimis & naturalibus,quę licet nō inspiciatur in legitimatione August.subintelligitur iuxta potestatẽ Ansaldi Comitis, vt legitimatio sustineatur, cũ alias legitimatio fuisset nul
15 la ex defectu pōtatis:legitimatio nãq; re gulatur à pōtate legitimãti concessa, copiosè Rol.à Val.cōs.96.n.7.cũ plur.seq. vbi copiosiss.3.vol.ex reg.tex.in c.porrò ext.de priuil.Huic principali absũpto assensus fuit copiosè Capyc. in dec. 22. p tot.Paul.Cast.in d.§.&quid si tñ latis simè & sequitur Ludo.de Sard.in tract, legitim.in §.7.de legitim.per rescriptum effectu nu.10. ver.quinto quæritur qui omnes dicunt hanc esse cōem opinionẽ tanto magis cum inspiciatur illa clausula

concepta in dicto priuilegio his verbis:
*Quæ legitimationes per vos faciendè non
præiudicent filijs & hæredibus legitimis,
maximè quoad illorum legitimam:* di-
16 ctio illa *(maximè)* est aumentatiua &
implicatiua,l.fi.de test.manu.& Albe.de
Rof.in suo dictio.in ver.maximè aliquã-
do,ex qua,hic sumitur intellectus siue
dispositio vt ab intestato non succedant
insimul iuxta iuris dispositionem, & ex
17 testamento ex quo succedere potuerunt
taliter succedant quod integra legitima
sit præcipua dictorum legitimorum, &
ex clausula prædicta vt supra illis verbis,
concepta quando admittendus esset ab
intestato id quod non creditur de iure
posse substineri vt supra legitima præci-
pua erit præcapienda à legitimis cum
alias nunq̃ verba illa, *maximè quoad le-
gitimam* in successione ab intestato in
qua cessat patris dispositio,effectum sor-
tirentur,nec verificari possent,& ita iuris
esse censeo.

Paulus Staibanus

Ad nu.15.adde quod potestas data Comi-
18 ti Palatino cum clausula ex plenitudine
potestatis reducitur ad legitimum modũ
prout respondit Alcia.lib.4.respons.re-
spons.5.nu.58.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *An transferatur per* Principem *dominium sine traditione, & de opinione Andreæ, & nu.3.*

2 *Rex est lex animata in terris, & est vigor iustitiæ.*

4 Pa*ctum legis commissoriæ, & alia pacta resolutiua operantur trans'ationem dominij sine actu traditionis.*

5 *Dominium transfertur quãdo constat de mente* Principis *velle illud transferre sine traditione, & quid si sumus in dubio distinguitur.*

6 *Dicta And.in c.1.§.inuestitura in fi.de nou.form.fidel.& in prælud.feud. in 6. quæst.in princ. declarantur.*

7 *Conuentio nuda de diuidendo, traditione vel stipulatione non vallata, & existens in terminis seu statu pacti tantum, est inefficax respectu rei vẽdicationis, quod fallit in Regis priuilegio. nu.9.*

8 *Pactum nudum inefficax est ad agendũ.*

10 *Ex pacto nudo diuisionis acquiritur actio personalis ad diuidendum.*

11 *Ex pollicitatione ex causa cessionis oritur actio.*

12 *Ex contractu simulato siue in fraudem celebrato non transfertur dominium.*

13 *Verba resolutiua habent vim pacti legis commissoriæ in quo dominium transfertur ipso iure.*

14 *Venditione pro soluta res in pristinam causam reddit, & idem est in cessione.*

15 *Actio familiæ erciscundæ, & cõi diuidũdo sunt actiones personales in rem scriptæ, & ratio.*

16 *Omne verbum quod trahit ad se executionem nisi sit aliquid quod impediat. Operatur cessionem quæ cessio in incorporalibus transfert dominium.*

17 *Quid operetur clausula in libello apposita omne meliori modo.*

CONSILIVM XV.

Pro Mag.D.Carolo Brancatio: contra Serenis.Reginam Poloniæ. Dominium transfertur sine traditione quando constat de mente Principis *velle illud transferre sine traditione, siue simus in contractu, siue in priuilegio, siue in feudali concessione, & qd in dubio distinguitur.*

IN hac causa D.Caroli Brancatij cum serenis. Reginæ poloniæ vti possessore introituum integrorum Dohanæ menepecudum olim seren.Sigismundi Augusti,super quibus petijt D.Carolus ex concessione seren. Reginæ Suecorum prædictorũ introituũ Dominæ pro tertia parte vti hæredis dicti Serenis.Sigismundi inuestituram pro summa duc. 2000. postpositis duabus prætensis exceptionibus doli,& promissionis recuperationis status Barensis, video de duobus in iure controuerti.

Primum consistit in reiectione exceptionis ꝓpositæ vз.actionẽ competẽtem

D.Ca-

D.Carolo prædicto esse merè personalem, siquidem Serenis. Poloniæ prætendit excessione sibi facta per Seren. Succorum die 15. Decembr. 1574. dominiū prænarratorum introituum fuisse sibi quæsitum, eidemq; Reginæ Succorum competere actionem personalem, non autem realem, ex retrocessione sibi facta per Serenis. Poloniæ die 17. Februarij 1575. etiam quia nullus apparet actus traditionis siue dominij translatiuus, respectu dictæ retrocessionis, & successiuè D.Carolo ex dicta concessione non fuisse quæsitum dominiū siue realem actionem super prænarratis introitibus ex regula iuris, quod nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet. Prçterea quod idem D.Carolo ex sibi facta concessione sit tantum quæsita actio ꝑsonalis ad introitus concessos cōsequendos nullo actu traditionis in sui personā apparente, siue dominij translationis, ex quo quæri sibi potuisset dominium, vel actio realis.

Secundum verò illud est, quod Seren. Aduersaria opposuit D.Carolum non posse nancisci causç victoriam iuxta eius inuestituræ petitionem, stante cessione, siuè satisfactione nouissimè facta portionis Seren. Succorum apparēte, in beneficium Reginæ Poloniæ aduersariæ, ex qua prætenditur extinctum omne dominium dictæ Seren. Succorum super iam dictis introitibus Et quidē ex infra narrandis inconfutabilibus fundamētis nulli iudicantium anceps dubiumq; fiet, D. Carolum victorem iux. petita declarandum fore.

Quo verò attinet ad primum articulū D.Carol. ex pluribus iuris traditionibus fūdat actionem realem fuisse quæsitam tam Reginæ Succorum ex prænarrata retrocessione sibi facta ꝑ Seren. Poloniæ quam eidem D.Carolo ex eius cōcessione. Et respectu dictæ retrocessionis initium sumendo, ex ea asseueratur dominium, seu actionem realem Reginæ Succorum quæsitam absq; alio traditionis actu, tam si iudicabimus retrocessionem ut contractum Regium, quam priuilegiū Regium, etenim licet Andr. in c. 1. col. 2. & ibi Laud. quid sit inuest. & Iacob. in feud. inuest. in ver. Princeps in 2. col. ne-
1 gauerint transferri dominium sine traditione; nihilominus Primo dicitur, quod communis schola DD. apparet contra eos quos oēs inumeros refert Couarr. lib. 2. var. resol. c. 19. nu. 3. vers. 3. constat & copiosa Apostill. Liparol. in d. c. 1. in ver. regalibus quid sit inuest. quos breuitatis ac alia causa non repeto, & vltra eos Ioa. Fab. in §. interdum ver. sed q̄d in feudali inst. de rer. diuis. & latissimè Boer. in dec. 42. nu. 28. cum seq. ea potissimum ratione, quia sicut lex hoc facit, vt in l. cotem ferro §. Dominus, & in l. commissa ff. de publ. & vect. l. 1. C. de vectig. & commiss. l. fi. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. cum concord. ita & Rex, qui
2 est lex animata in terris ac in eius dominio, vbi fuit facta dicta retrocessio in auth. de consul. in prin. & est vigor iustitiæ, l. prohibitū in fi. de iur. fis. lib. 10. cod. vt And. ibi testatur, ac in c. 1. de capit. q cur. vend. nu. 28. Secundo, quia Andr. in d. c. 1. q̄d sit inuest. loquitur quando dubia est mens Regis, vel Principis velle do-
3 minium transferre sine traditione. At secus q̄n apparet de mente ipsius affirmatiua ēt si essemus in contractu ad hūc modum scripsū reliq̄t Andr. in d. c. j. col. 5. in prin. ver. quando ergo Princeps, quia solēnitatem l. positiuæ potest Princeps tollere, vt ibi per eum, & in cap. Imperialem nu. 53. ver. item an sit necessariū vbi Aposti. Lipar. copiosa in ver. Item an sit necessarium, referens omnia loca similia And. de prohib. feu. alien. per Fed. & idē sectatur Couar. in loc. p̄cit. ver. existimo difficilem. In casu aūt nostro apparet expressa, ac enixa volūtas Reginæ Poloniæ voluisse retrāsferre dominium citra traditionem, id quod colligitur Primò ex illis verbis: *& nolentes quicquam damni, aut quod absit iniuriæ ad prædictam Serenissimam sororem nostram ex hac huiusmodi cessione peruenire.* Ex quibus apparet mentem Reginæ Poloniæ claram reponendi Reginam Succorum respectu iurium cessorum in pristinum statum,

& restituendi idem omne ius ammissum per eandem ex causa dictæ cessionis. Inter quæ amiserat dominium, quod penes ipsam residebat tempore cessionis uti hærede pro tertia parte Sereniss. Sigismundi, ex reg. tex. in l.cum hæredes ff.de acquir.poss.

Item secundo ex alijs verbis resolutiuis apparentibus in dicta retrocessione: *non secus quam si illa cessio & renuntiatio in personam nostram sic vt præmittitur facta, nunquam extitisset, aut nunquam intercessisset*: etenim pactum l.
4 commissoriæ & similia pacta resolutiua operantur translationem dominij ipso iure sine actu traditionis, vt inferius luce meridiana clarius fundabitur.

Præterea & tertio, adducitur vera & communis DD.distinctio in hoc articulo videlicet aut constat de mente Princi-
5 pis velle dominium transferre citra traditionem, & in hoc articulo concurrunt omnes DD. nullo dissentiente quod siuè simus in contractu, siuè in priuilegio siue in feudali concessione, dominium rei trāsferri sine traditione vt supra, aut sumus in dubio, & tunc aut sumus in contractu, & non transfertur quia in eo præsumitur Principē vti iure communi, aut in priuilegio prout cernitur facta hæc nostra retrocessio, & tunc transfertur dominium sine traditione, quia præsumitur vti plenitudine potestatis, & latissimè scriptum reliquit Couar. in loco præcitato ex dictis Det. Alex. Glos. Pari. & cæteris umquibus addo dictum Ioa. Fab. in d.§. interdum, qui enumerando personas ex quarum contractibus transfertur dominium sine traditione, enumerat ciuitatem non recognoscentem superiorem, ergo multo magis in Rege. Nec prædictis obstabunt illa verba: *Promittimus, ac verbo nostro pollicemur, ac nos obligamus communicaturam*: quasi sit promissio de communicando, non autem cessio, vt per eam non quæratur actio realis, sed personalis, vt in casu expresso adueniente agatur ad pacti obseruantiam, ex his quæ sentijt And.in prælud feud. in 6. q. in princ. & in c.j.§.inuestitura in fi.de nou.form.fidel. Nam Primo respondetur dicta Andreæ hunc
6 pati intellectū, vt loquatur in feudo nō dum cōstituto secus in feudo inesse deducto, vt sentit Andr.tacitis verbis in d. §.inuestitura ibi tunc non est feudum constitutum, sed id scriptum reliquit expressis verbis Ioa.Fab.in d.§.interdum ver.sed quid in feudali ibi, hoc autem intelligo, per tex. expressum iuxta communem DD.intellectum jn cap.inter dilectos ext.de fid.inst. Nec secūdo obsta-
7 bit si ex aduerso obijciatur conuentionē nudam de diuidendo traditione, vel stipulatione non vallatam, & existentem in terminis seu statu pacti tantum esse inefficacem respectu reiuendicationis, iux.tex.in l.si diuisionem vbi Bal. C.famil.hercis.& in l.diuisionis ff. de pac. & eo impensius in casu nostro, cum inspiciatur solius Reginæ Poloniæ offerentis promissio l.pactum ff. de pollic. ex qua non oritur actio l.1.cum simil.ff.de pollicit. Siquidem Bal. in d.l.si diuisione
8 assignat decisionis rationem, quia pactum nudum inefficax est ad agendum ex regu.tex.in l.iurisgentium §. sed cum nulla §.igitur, & §.quinimò cum cōcor. ff.de pac. At secus in casu nostro, cum
9 simus in Regis priuilegio, in quo solus Regis adest consensus, promissio & cōcessio, & ex eo oritur Realis actio, & maximè quando apparet Regis enixa volūtas transferēdi dominium citra traditionem vt in præsenti themate, prout supra latè in iure extat fundatum. Et in hoc iura prædicta faciunt pro nobis, & maximè tex.in d.l.diuisionis, dū vult actionem acquiri ex pacto nudo vallato stipulatione tantum citra traditionem acquiri inquam actionem Realem siquidem
10 ex pacto nudo diuisionis acqritur actio personalis ad diuidendum, vt tex.aperit in d.l.si diuisionem in §.fi.C.famil.herc. ergo stipulatione pactum desuper interpositum vallatum, acquirit actionem Realem cum alias ad acquirēdum actionem personalem nil amplius stipulatio operaretur: Tanto magis cum hoc casu
11 nostro ex pollicitatione orireτur actio,

cum

eum ea intercesserit ob causam cessionis per prius factæ eorundem bonorum hæreditariorum per Reginam Suetiæ eidẽ Serenitati Poloniæ l.1.§.semper & in §. qui non ex causa,& in l.si propter cum alijs ff.de pollic. Quibus addo ex prædicta cessione facta per Reginam Suetiæ nunquam fuisse ab ea dominium bonorum cessorum abdicatum. Siquidem luce meridiana clarius inspicitur illã fuisse factam non animo illa cedendi,sed illa facilius & sine superfluis expẽsis recuperandi cum illa facilius recuperari poterant per Reginam Poloniæ tanquam nõ ita remotam à Regno Neapol.sic remotior reperiebatur Regina Suetiæ,ad rubrum, & nigrum plus valere quod agitur quam quod simulatè concipitur, & ad dicta per Bar. in suo consi.65. incip.
12 Petrus Nicolæ, quia ex contractu simulato,siue in fraudem celebrato non trãsfertur dominium l.multum,& ibi glos. & Alber. C. si quis alteri vel sibi Bar.in l.non dubium num.25.C.de leg.cum alijs infinitis cumulatis per Tiraquel. in tract. de constituto in 3.par. princ. in 7.lim.nu.50.fol.81. Hoc facti assumptũ colligitur ex pluribus: Primò, quia inspicitur eadem scriptura cessionis, & retrocessionis,& id successit,quia cum Regina Suetiæ cessionem prædictam fecerit animo prædicto,& non alio vt supra, noluit simpliciter fidem sorori habere, sed illam transmisit ad eam,per ipsiusD. Secretarium, cui credendum est mandasse,quod scripturam cessionis Reginę Poloniæ non consignasset, nisi habita prius retrocessione,quæ fuit scripta per eundem Secretarium cautius agere volentem ne deceptus fuisset à Regina, & eius hominibus,id quod suadetur certo certius ex breuitate temporis duorum mensium qua differt data cessionis 15. Decembr. 1574. à data retrocessionis 17.Februarij 1575. Quorum duorum mensium curriculo opus erat in itinere à Regno Suetiæ ad Regnum Poloniæ,vt toto cælo notum est. Nam si aliter negotium successisset, & Regina Poloniæ noluisset acceptare, vtiq; non erat opus retrocessione prædicta, sed tantum retromissione dictæ cessionis ad Reginam Suetiæ,vel ne appareret cessio prædicta illam poterat transmittere. Secundò,id colligitur ex procurationibus factis per Reginam Suetiæ ad litem mouendam desuper contra Reginam Poloniæ, & ex lite mota,& comparitionibus & scripturis præsentatis pro parte dictæ Reginæ Suetiæ. Ex prænarratis iam apparet absolutus hic articulus ex causa retrocessionis prædictæ vti à Regina celebratæ dominium rerum hæreditariarum translatum fuisse statim nulla necessaria traditione subsequente, vel quod ex causa dictæ cessionis numquam fuerit abdicatum dominium bonorum prædictorum à persona Serenissimæ Suetiæ.

Secundò asseueratur audacter dominium fuisse translatum de iure ex causa dictæ retrocessionis ex illis verbis resolutiuis supra narratis apparentibus in dicta retrocessione. Quæ verba ha-
13 bẽt vim pacti legis commissoriæ in quo dominium transfertur ipso iure,ex reg. tex.l.cõmissoriæ,& l.cum te C. de pact. int.emp.& vend.ad hunc modum tradiderunt Ias.in l.filiusfamilias in §. diui ff. de leg.1.in 1.lect.col.14.vers.quarto & vltimo,& in 2.lect.col.19.in prin. Opiz. ibi nu.154.Crot.nu.100.Loaz.nu.172. vbi dicit communem Ias.& communiter omnes in l.si ita quis §. ea lege ff.de verbor.oblig.Guid.Pap.dec.469.& alij innumeri DD.relati per Rol.à Vall.in suo singulari consi.62.nu.19.vol.2.& quod huiusmodi opinio apud Legistas nullã pariatur controuersiam quæso legatur Andr.Tiraq.in tract.de vtroque retract. in tit.de retrac.conuen.§.1.in ver.serout preferez preterent in glo.7.nu.14.&15 cum seq.fol.296. qui omnes in numero copiosissimo refert & sectatur, quibus addo verba Pauli Iureconsi. singularia in l.voluntate §.fi. quib.mod. pign. vel hipot. sol. dum dicitur venditione pro-
14 soluta rem in pristinam causam redire & sic cessione resoluta per retrocessionem res in cessione deductas redire ad pristinam causam,& sic in pristinum domini-

minium citra traditionem q̃ dominium iam tempore cessionis erat in posse Reginæ Suecorum vti hæredis vt supra, ex reg.tex.in d.l.cum hæredes.

Tertiò,& nouissimè pro constanti pręsupponitur,saltim q̃n prænarrata nō militarent sicut firmissima sunt, ex retrocessione p̃dicta fuisse quæsitã Reginæ Suetiæ actionẽ personalem,nõ simplicẽ,sed in rem scriptã,&sic realem ẽt actionem.

15 Actio namq; communi diuidundo, & familiæ herciscũdæ sunt actiones personales in rẽ scriptę,sing.est tex.in §.quędam instit.de act. l.in hoc iudicium §.sicut ff.com.diuid. & rationẽ reddit gl.1. in ver.familiæ in d. §. quædam iuncta glo. in ver.communi,quia illa actio personalis nascens ex contractu, vel quasi comitatur rei possessorem,& contra illũ dirigitur,iux.tex.vbi glo.1.magistralis in l.3.§.est autem personalis,est hæc actio, & in §.fi.ff.ad exh.latè Ias. in §.omnium autem actionum num.6.inst.de act.quæ actio datur quouis modo res fuerit communis effecta,idem Iaso.copiosè in d.§. quædam nu.6.inst.de act.per tex.singu. vltra alios in l.2.in princ.ff.com.diuidu. Igitur cum ex prædictis luce meridiana clarius sit fundatum, vel dominium Reginam habuisse dictorum bonorum, vel saltim ad illorum cõsequutionem actionem realem illi competijsse, illud, vel illam pro summa duc. in D. Carolum transtulit ex causa priuilegij per eã eidem desuper facti, cuius verba sunt clarissima,& prægnãtia in omni sui parte ea potissimum in ea versus finem,vbi legũtur hæc verba: *Cum omni ratione,& actione, quæ de iure, seu consuetudine nobis competunt,aut competere possunt omni meliori modo, & forma, prout per Serenissimam Reginam Bonam matrem nostram possidebantur*. Et sic ex eis cessabit secũdum obiectum aduersus concessionem D.Caroli. Secundo quia sumus in Regio priuilegio per verba dispositiuã concesso,ibi: *Assignamus &c.* Item ibi: *Nè prædicto Carolo eiusq.hæredibus &c. nullum dent impedimentum in donatione concessione,& assignatione illa nostra obtinenda, habenda, vtenda, & fruenda*. & ex eo apparet enixa Reginæ voluntas dominium transferendi in dominũ Carolum, ex eo solo priuilegio nullo alio actu traditionis necessario. Tertio,quia

16 omne verbum quod trahit ad se exequutionem nisi sit aliquid quod impediat,vt puta,verbum: *concedo,dono,do,assigno*,& similia operantur cessionem,ita Bal.singulariter in l.j.col.9.nu.4. quęst.2.par. C.de act.& obl.qui allegat tex.in l.2. in ver.datis, & in l.si insolutum in ver. dedit C.de act.& obl.quæ cessio in incorporalibus transfert dominiũ,prout dicta iura fundant sicut traditio in corporalibus.prout testatur Florianus in l.si in eodem in princ.ff.de seruit.vrban.præd. Suffultus ex not. tex. in l.fi. ff. de don. id quod sectantur Bal.in l. per diuersas 11.q.num.18. C.mand.& Carau.in tit. 286.nu.7.fol.216.à terg. Nec refragabitur prædictis si ex aduerso asseueretur D.Carolum hac via non egisse communi diuidundo ex persona Sereniss.Reginæ Suetiæ ad finem vt diuisione facta locus foret consequutioni assignationis præfatæ siquidem respondetur in libello

17 per D.Carolum proposito adesse clausulam *omni meliori modo*, quæ operatur intellectũ actionis propositæ omni modo,quo intelligi,& interpretari possit in fauorem libellantis,ita copiosè scriptum reliquit Alex.in conf.6.nu.8.vol.3. qui allegat huius opinionis fuisse Butr. in cap.literæ de dilat. in cap. examinata de Iudic.& Bal.in l.vinum ff.si cert.peta. & DD.in c.2.de ord.cogn.

Nouissimum obiectum satisfactionis non subsistit, siquidem prætẽsum instrumentum satisfactionis ex aduerso adductum est de anno 1580. & sic nõ solum post priuilegium & concessionem dicti D.Caroli,sed post scientiam Sereniss.Reginæ Poloniæ concessionis prædictæ ad tex.in l.3.cum concord.C.de nouat.Immò satisfactio prędicta ex his, quæ in processu apparent demonstratur quod intercessit,non verè,sed animo fraudandi dictum D.Carolum respectu assignationis prænarratæ, id quod clarum redditur

ditur, quia iam constat omnes introitus Dohanæ menepecudum possideri per Reginam Poloniæ,qui erant diuisuri inter eas,vel quia hæredes Sigismundi,nil ope ante dicta cessione, vel ea valida ex causa dictæ retrocessionis. Igitur satisfactio prædicta nulla. Bald.& DD. in l.1.C.plus valere quod agitur, & in d.l. multum C.si quis alteri, vel sibi,cũ alijs; & remittendo me alijs allegationibus Dominorum collegarum. ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ competit legitima bonorum paterno rum,& portio maternorum quod procedit etiam in sorore maritata à fratre sine dote ab eo promissa licet à marito cõstituta.*

2 *Filia dotata à patre minus debita legitima portione renuntians potest etiam petere supplementum paragij,& ratio.*

3 *Filia dotata à patre licet renuntiet bonis maternis,si de illis nihil fuit consequuta poterit ea petere.*

4 *Soror si in actu matrimonij dotium restitutioni adiecerit personam fratris adiectio prædicta non nocebit libere dispositioni dotium suarum tãquam proprium ipsius patrimonium.*

5 *Sorori per fratrem eam dotanti dotis nomine non potest minus legitima consignari.*

6 *Dolus ex proposito annullat renuntiationem factam à sorore.*

7 *Interesse paragij debetur à fratre quando soror nõ manet in domo fratris, nec est ab eo nutrita.*

8 *An opinio Bart.vt idem sit iudicandũ de dote legata quod de dote soluta à patre sit vera.& nu.11.& de opinione authoris. nu.17.*

9 *Stante statuto quod filia dotata non succedat vt est in hoc Regno filia cui pater dotem legauit,vel promisit, nõ excluditur, & ratio.*

10 *Dos absque matrimonio esse non potest.*

12 *Verbum dotata quid importet.*

13 *Legatum dotis non dicitur purum quia debetur in tempus matrimonij.*

14 *Filia non dicitur dotata cui dos sub conditione à patre legatur.*

15 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*

16 *Succesio de iure cõmuni defertur æqualiter tam masculis, quam fœminis.*

CONSILIVM XVI.

Pro D.Diana de Tufo. Filia dotata à patre seu fratribus minus legitima sibi competẽte licet renuntiet supplemento legitimæ, seu paragij cum iuramẽto,an possit petere dictum supplementum,& an filia cui legata est dos dicatur propriè dotata, ita vt pater qui ex forma statuti tenetur filiam dotare sufficiat tali filiæ dotem legasse.

DOnna Diana de Tufo præuia absolutione à Iuramentis media supp. petijt condemnari D. Franciscum de Tufo eius nepotem,vti hæredem,ac filium D.Cæsaris de Tufo eius fratris ad soluendum sibi legitimũ paragium paternum, seù gradatim conditionalitèr, & successiuè ducatos 6000. sibi legatos per Paulum de Tufo cõmunem Patrem iux. testam. in compotum suæ legitimæ, ac complementum ipsius sibi competentis super bonis pdicti Pauli Patris, Item portionem sibi competentem dotium duc. 11000. maternarũ D. Cõstantiæ Piccolominę iuxtà capitula matrimonialia, vna cum earum fructibus, interesse, damnis, & expensis. Non ambigitur Actricem filiam prædictorum Pauli, & D. Constantiæ iam defunctorum,
1 & successiuè actrici competere legitimã paternam, & portionem maternam iux. tradita per Affl.in decis.160.& p Andr. in const. Reg. in aliquibus col.13.& 15 vers.per hoc patet,quod filia esset maritata, & si fuerit maritata ob pulchritudinem, Cumia in c. si quis aliquem num. 430. in vers.maritata quæst.19.fol.mihi 344.id quod procedit etiam in sorore maritata a fratre sine dote ab eo promissa

sa, licet à marito constituta iux. dicta per Napod. in consuet. si moriatur n. 58 & 59. Pręs. de Franch. decis. 119. nu. 1. Affl. in d. constit. in aliquibus num. 27 & Boer. in dec. 3. nu. 12. idem Napod. in consuetu. si qua mulier in vers. de bonis col. pen. vers. item si modicam And. in const. Regn. in aliquibus colu. 9. ver. per hoc patet, vbi Affl. in 5. not. in 9. q. vna cum fructibus, interesse, ac damnis à tpe mortis dicti Pauli, ita Boer. dec. 3. nu. 17. de Franch. dec. 16. n. 13. & dec. 374. nu. 2. est gl. in l. fideicommissariam vbi Rip. nu. 46. ff. ad trebell. & latè Moder. Venusini in eorum Spec. in 10. disp. nu. 34. & Paul. de Cast. in cons. 54. vol. 1. in antiq. sed difficultas tota consistit in prætensa ex aduerso renũtiatione facta per Actricem tpe cõtracti matrimonij inter ipsam & D. Ostilium Vrsinum, nulla tamen dote sibi promissa, seu cõstituta per dictum D. Cæsarem fratrem, nec per D. Ostilium virum. D. Diana asseuerat dictæ renunciationis forsan existentis, seu exibendæ nullam esse rationem habendam, ad qđ fundandum.

Primò affert dictum Neapod. loquen-
2 tis in filia dotata à patre minus debita legitima portione renunciante, posse petere supplementum paragij in consuet. contra instrumentum nu. 232. vers. item quod si filia, Dec. in cons. 180. nu. 4. ver. tamen prædictis & 551. n. 2. & 616. n. 1. Boer. in dec. 3. num. 10. 11. & 12. Castr. Dec. diffusius in cons. 174. & 285. vol. j. in nouis, ratio verò affertur secundum eos, quia lęsione permanente pręsumitur filia ad renuntiandum inducta dolis machinationibus, persuasionibus, ac cõtrauentionibus, seu collusionibus patris idẽ Dec. in cap. causam matrimonij n. 5. ver. etiam conclusio prædicta de offic. & pot. Iud. de leg. & in l. pactum, quod dotali n 7. C. de pact. vbi dicit communem esse opinionem. Et si id cernitur in filia incõpetenter à patre dotata, quanto magis in hac actrice sorore à fratre maritata sine dote, etiam illa quæ à patre sibi fuerat legata, ad quod fundandum in fi-
3 lia. s. dotata à patre ei renuntiante bonis maternis, de quibus nil fuit consequuta, tradit Dec. latissimè in d. cons. 180. col. 5. num. 4. vers. vnde infert, quod non valet renuntiatio, quam sententiam latissimè amplexus est Couar. in tit. de testam. in 3. par. relect. §. 2. nu. 6. Igitur multo ma-
4 gis id ipsum in sorore quæ ei in actu matrimonij dotiũ restitutioni adiecerit personam fratris, adiectio prædicta non nocebit liberè dispositioni dotium suarum prædictarum tanquam proprium ipsius patrimonium, vt refert de Franch. in decis. 156. incip. frater dotauit sororem, in-
5 super quia eidem dotis nomine per fratrem illam dotantem, nõ poterat minus legitima consignari vt testatur Andr. in constitu. Regn. in aliquibus quem refert Affl. in dec. 160.

Secundo roborantur prædicta stante non solum dolo re ipsa vt supra, sed etiã
6 dolo ex præposito, qui annullauit renũtiationem prædictam ex dispositione tex. singul. in cap. quamuis de pact. in 6. id quod fundatũ est in facto optimè, & præcipuè quod eã habuit vti derelictam maximè quando eam posuit in quodam Monasterio Terræ Solofræ, vbi nec victũ nec alia necessaria subministrauit; quinimò ibidẽ famæ periisset, nisi adiuta fuisset à Ducissa Grauinæ, & D. Lucretia de Tufo. Ex quibus probationibus funda-
7 tur quod & si essemus in paragio, cum non steterit in domo fratris, nec à fratre nutrita, adhuc interesse illius deberetur iux. Andr. in d. const. in aliquibus col. 7. & latè id prosequitur addit. Anto. de Alex. in consuet. si quis habet in fin. fol. 215. in antiq.

Accedat prædictis opulentia hæreditatis Pauli communis patris quę colligitur ex releuio pro feudalibus ascendentibus ad redditum duc. 5197. 4. 10. ob quam dictus Paulus constituit D. Lucretiæ primogenitæ dotem duc. 20. mil.

Nec prædictis obstabit legatum paternum duc. 6000. apparens in beneficium D. Dianæ, vt dicatur idem iudican-
8 dũ de dote legata, quod de dote soluta à patre iux. doctr. Bar. in l. Titio centum §. Titio Genero ff. de cond. & demonst.

vt

vt sic maritata à patre non possit alia pe-
tere iux.cons.Paul.de Cast.108.& Dec.
cons.26.quæ opinio ēt habet DD.con-
radicentes, vt vix sciri possit, quæ nam
sit verior opinio, sic ēt quando dos à pa
tre fuerit legata, siquidem ex multis dif-
ferentijs, quæ inter vtrumq; casum ad-
sunt ad imparia sunt casus prædicti iudi
candi, & ea potissima est, quia dos legata
non facit, vt melius dotata dicatur, cum
9 stante statuto quod filia dotata non suc-
cedat vt est in hoc Regno, vt in Const. vt
de successionib. in ver. coniugatæ autem
& dotatæ &c. Filia, cui Pater dotem le-
gauit vel promisit, non excluditur, An-
dr. in cap. 1. vbi disputat per duas col.
nu.19.cum seq. de nat.success.feud. vbi
Affl. nu.79. & idem Andr.in constit. vt
de successionib.in verb.coniugatæ, & do
tatæ in ver.cum dos promittitur, vbi idē
probat Affl.nu.33.& corroboratur opti
ma ratione, nam cum per statutum req-
ratur qualitas dotationis, debet ipsa in
specie adimpleri, & non per fictionem
l.3.§.hæc verba ff.de neg.gest. l.fi.C.de
his qui ven.ætat.impet. Bar. in l.omnes
populi ff.de iu.& iur.& latè Bal.& Ruy.
in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de
lib.& posth. Sed sic est, qđ propriè do-
tata non dicitur, quando dos legatur, qa
10 dos absque matrimonio esse non potest
l.8.vbi glos. alios allegat ff. de iur. dot.
& dotis definitio locū non habet, vt cla-
rè patet, ergo excludi non potest.

Et licet pro opin.Bar.in l. Titio cen-
11 tum §.Titio Genero ff.de cond.& dem.
adducatur ratio quod sufficiat patrem
dotem legasse cum respectu ipsius actū
dotationis quantum in se fuit exercuit,
ergo filia vti dotata excludi debet, vti pō
derat Ias.Rip.Crot.Parpal. & Socc.Iun.
in rub.ff.sol.mat.duas tamen habet solu
tiones hæc ratio ex qbus nostra opinio
corroboratur. Altera est, nam cum sta-
tutum qualitatem dotationis in filia re-
quirat cum illa sub ista qualitate dota-
tionis excludatur, non sufficit patrem
exercuisse actum dotandi quantum in se
fuit respectu filiæ, sed qualitas debet
adimpleri respectu exclusæ, & debet es-
se actus cōsumatus respectu ipsius, cum
12 hoc importat verbum dotata, vt optimè
aperit Andr.in d.c.1.nu.19. vbi contra-
cto matrimonio, & dote promissa, soror
non excluditur, cum propriè dotata nō
dicatur, & non adimplet specificè dispo
sitioni constitut. vt de successionib. per
promissionem tantum nisi constet de
consensu mulieris, vt ibidem per ipsum.
13 Altera est responsio, nam cum legatum
dotis non dicatur purum, quia debetur
in tempus matrimonij, l.tali facta stipula
tione ff.de iur.dot.Bar.in d. §. Titio ge-
nero, vbi Paul.de Cast. & idem Paul.in
l.quoniam in prioribus nu.7.& in auth.
nouissima vbi Ias.C.de inoff.test. Loffr.
latissimè in cōs.26.& latè cumulat Anr.
Gabr.commun.concl.lib.6.sub tit.de
14 legitima concl.1.nu.24. & dotata non
dicitur ea cui dos sub conditione à pa-
tre legatur l.1. §.si sub conditione ff. de
coll.dot.sequitur quod qualitas dotatio
nis non reperitur tempore delatæ succes
sionis, quo tempore propriè requiri-
15 tur ad hoc vt excludatur, cum qualitas
adiecta verbo, debebat intelligi secundū
tempus verbi, l.in delictis §.si extraneus
ff.de noxal.act. & l. Titius ff. de testam.
mil.& in proprijs terminis Paul.deCast.
in d.§.Titio Genero nu.9.in fi.corrobo
16 ratur, nam cū successio de iure cōi equa-
liter, tam masculis, quam fœminis defe-
ratur, l.maximū vitium C.de liber.præt.
& per statutum filia excluditur, dummo
do sit dotata, ergo qualitas dotationis,
ad hoc, vt excludatur debet interuenire
tempore quo successio defertur, vt per
Paul.de Ca.loc.cit.sed sic est, q hæc qua
litas non interuenit per legatū dotis, vt
supra demonstrauimus, ergo filia nō cen
17 setur exclusa, & han nram opin.tenuerūt
infrascripti DD.Iac.deAren.Pet.Cyn.&
Raf.Fulg. in l.non sine C.de bon. q lib.
Ino.&Cuma.in d.§.Titio Genero, Soc.
in cōs.207.vol.2.Ruy.in rub.ff. sol.mat.
& in cōs.197.&225.vol.j.& in cōs.206.
vol.2.& in cōs.24.vol.3.Alex.&Ias.in l.
si donaturus §.j. ff.de cond.caus.dat.idē
Alex.cons.13.n.10.vol.3.idem Bar.sibi
contrarius in l.iubemus la 2.§.sanè, vbi
latissimè Addētes ad ipsum C.de sacros.
eccl.Rol.à Val.qui oēs cumulāt, & testa

de cōi in tract. de lucr. dot. q. 6. latissimè Brun. in tract. statut. quod stantibus masculis fęminę non succed. &c. ar. 6. in 3. memb. q. 7. cum seq. & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Num contradicente oppido in cuius solo situs est vicus Baroni licitum sit constituere officialem in vico, & huiusmodi separationem facere.*

2 *Segregatio mēbrorū à capite fieri non pōt.*

3 *Vicus seu casale est membrum ciuitatis, seu oppidi.*

4 *Monstruosum est & à iure non permissū quod in vno corpore sint duo capita.*

5 *Vicus seu casale non habet territorium.*

6 *Subiectum iurisdictionis est territorium.*

7 *Iurisdictio est qualitas territorij & n. 9.*

8 *Accidens sine subiecto esse non potest, & non entium nullae sunt qualitates.*

10 *Concesso castro iurisdictio quae castro est annexa concessa censetur.*

11 *Iurisdictio in oppido concessa etiam in oppidi augumento exerceri potest, & cū territorio augetur.*

12 *Iurisdict. est indiuisibilis, & an eius exercitium possit diuidi distinguitur.*

13 *Exercitium iurisdictionis tunc potest diuidi quando partes consentiunt quarum vtilitas versatur.*

14 *Honor est alteri praeesse, & maior existimari.*

15 *Supremus Princeps aut Rex potest tantū vnire, & diuidere ciuitatem, seu oppidum, & subijcere iurisditioni vnius officialis magis quam alterius.*

16 *Magistratus vrbis vel oppidi in vicum iurisdictionem habet, & nu. 18.*

17 *Vicus in collectis cum ciuitate cui subest contribuere debet.*

19 *Ius quaesitum alicui non debet auferri.*

20 *Vicus & territorium pro eodem accipiuntur.*

21 *De crimine oportet agi vbi committitur.*

22 *Vicus debet subesse & caput praeesse.*

23 *Castra & villa subsunt defensori ciuitatis in cuius territorio sunt.*

24 *Villa vel castrū quod est in comitatu alicuius sub ea ciuitate esse videtur, & illi subiectum praesumitur nisi habeat specia le priuilegium.*

25 *Castrum existens inter duas ciuitates praesumitur illius ciuit. cui magis adiacet.*

26 *Iurisdictio est in capite Baroniae, seu feudi & non in villa.*

27 *Officia maiora cōferuntur hominibus maioris qualitatis & scientiae.*

28 *An cū territorio diuidi possit iurisdictio multiplicando officiales, & tribunalia.*

29 *Decisio praesentis causae in fauorem.*

CONSILIVM XVII.

Pro vniuersitate Fluminis Frigidi: contra casale Longobardorum. Baro an contradicente oppido in cuius solo situs est vicus seu casale possit constituere officialem in vico, & huiusmodi separationem facere.

OPpidum Fluminis Frigidi sub se vicum Longobardorum habuit ab antiquissimo tempore, cuius initium memoriam hominum excedit, cui oppido vicus ille semper respondit, nunc in tantam audaciam venit, vt voluit se diuidere à iurisdictione sui capitis, nempe oppidi fluminis frigidi, & hanc separationem solutis aureis 5000. vtili Domino, ab eo impetrauit, & obtinuit vt illic sit creatus officialis qui iurisdictionem exerceat. At è contrario contradicit caput, ne membrū suum, qualis est vicus, seu casale illud à se dissoluatur, sed eius officiali respondeat; Quaestionis igitur est, num contradicēte oppido, in cuius solo situs est
1 ille vicus, Baroni permissum sit constituere officialem, & huiusmodi separationem facere, & ex infra dicendis incōfutabilibus fundamentis demonstrabitur, huiusmodi separationem non esse
2 permissam Baroni in praeiudicium oppidi fluminis frigidi, cui vicus ille subest, vti capiti, & à quo rectus est, ipso oppido contradicente.

In primis ad hanc opin. probandam se se offert prohibitio illa iuris quo cautū est segregationem mēbrorum à corpore seu à capite minimè fieri posse, cap. cum

non

non liceat de præscrip. cap. si diligenti in glos. tota Sardinia, eod. illo titul. sicut enim caput membra adiuuat, ita & capiti opem afferre membra conuenit ne viribus capite defecto inarescant mẽbra, cap. quemadmodum 23.q.7.& mẽbrorum ornatus spectat ad ornatum capitis, vt in istis terminis vici, seu villæ, dixit Ias. post Imol. in l. prætor ait §. deinde num.3.ff.de nou.oper. nunt. Du-
3 bitandum quippe non est, quin vicus, seu casale sit membrum ciuitatis, seu oppidi, vt in terminis tradit Ias. post Imol. & alios in d.§.deinde num. supra alleg. Affl. in const. Regn. Castra nu.8. in l. fin. in 2.q.nu.4.C.de sacros. Eccles. ergo separatio fieri nequit, nec duo officiales constitui possunt, vnus in vico, alter in oppido; nam hoc nihil aliud esset quam
4 constituere duo capita in vno corpore, quod monstruosum est, & à iure non permissum, vt in vno, eodemq; corpore sint duo capita cap. quoniam de off. ord. & adnotant Bar. & alij in l. 1. C. de metropol. Berit. lib. 10.

5 Secundo, certissimi iuris est vicum, seu casale non habere territorium, Anch. & Barb. in cap. licet causam de prob. & Felyn. & alij in cap. Rodulphus de rescrip. ergo Baroni permittendum non erit officialem constituere in vico, qui non habet territorium vt in eo iurisdictionem exerceat, quia de substantia, & esse iurisdictionis ordinariæ vniuersalis est territorium l. fin. vbi Bart. C. vbi, & apud quem, Alex. in cons. 34.nu.19.lib.4. Alber. Brun. in cons. 173. vers. non obstat, quod dixit Bar. 2. par. Tum quia subie-
6 ctum iurisdictionis est territorium, Bal. in l. à procuratore post num.2.C.mand. Alber. Brun. in cons. 171. vers. in contrarium vero facit par.2. Tum deniq; quia
7 iurisdictio est qualitas territorij, Bal. in l. data opera post nu.29.vers. realis ergo iurisdictio C. de his qui accus. non poss. cum sexcentis in id allegatis à Glos. Par. in §.j.glo.5.nu.44. vbi hoc latè declarat; deficiente igitur subiecto (nempe territorio) deficit & iurisdictio; nam accidens
8 sine subiecto esse non potest, & non entis nullæ sunt qualitates l. eius qui in Prouincia, vbi Alex. & Castr. nu.24. ff. si cert. pet. & his optimè respondet, quod
9 iurisdictio territorio materialiter, & passiuè cohæret, sicut nebula supra paludẽ, ex qua generatur per actiuam potẽtiam Solis, licet in magistratu sit actiuè tanquam in subiecto animato, sine quo per se iurisdictio nil agit, vt eleganter tradit Bal. in c. 1. §. ad hæc, & inibi Affl. num.8. sequitur de pacto iuram. firm. & ideo iurisdictio sola vendi non potest sine loco cui cohæret Bar. in cons. 189. & Crau. in
10 cons. 413. n. 35. lib. 3. & adeo iurisdictio territorio cohæret, & est annexa, vt concesso castro, iurisdictio quæ castro annexa erat, concessa iridem censetur, vt in hac sententia fuerunt Bald. & alij innumeri à Glos. Par. congesti in d.§.j.glo.5. num.47. & à Didac. Couar. in lib. pract. quæst. c. 1. nu. 10. vers. decima conclusio,
11 & iurisdictione in oppido concessa ẽt in oppidi augumento ea exerceri potest, & cum territorio augetur Bal. in l. cum fidus ff. de leg. 2. & sequitur idem Didac. Couar. in d. lib. pract. quæst. c. 2. latè hoc declarans, cui addo Flor. idem sentienrẽ in l. si procuratoris §. si plures ff. de trib. act. & in l. item si fundi §. huic vicinus ff. de vsufr.

Tertio, pro hac sententia facit, nam si duo officiales constitui possent à Barone, vnus in oppido, alter in vico, in eius arbitrio, & potestate esset iurisdi-
12 ctionem diuidere, quæ tamen indiuidua est, & indiuisibilis, vti res incorporalis, glo. & Imol. in cap. prudentiam de offic. de leg. Bar. in d. cons. 189. & Bal. in cap. vno delegatorum col. fi. eod. tit. de offi. deleg. & in cap. 1. §. præterea col. 2. de proh. feud. alien. per Feder. & in l. si plures in princ. C. de cond. inser. Paul. Cast. in d. l. viæ ff. de ser. vrb. præd. Did. Cou. in cap. vlt. in princ. d. lib. pract. quæst. Nec dicat Pars exercitium iurisdictionis potius esse hoc casu diuisum, quàm iurisdictionem, cuius exercitium diuidi potest; nam hæc responsio Partis rectè procederet quoties iurisdictio pluribus in eandem vrbem, aut oppi-

dum competeret, tunc enim licet iurisdictio insolidum cuilibet hoc casu competat ratione prædicta, quod iurisdictio sit indiuidua, exercitiũ tamen nõ est penes quẽlibet insolidum, nec à quolibet insolidũ exercenda iurisdictio; ideo hoc casu tractatur de diuisione exercitij iurisdictionis facienda quia illi plures compellendi sunt, vt eam communi, & concordi suffragio exerceant, quoad ipsius vsum, vel constituendo officialem, concordi electione, vel alijs modis diuidendo ipsius exercitium, vt alternis annis vtantur, vt latè Bart. in d. conf. 189. & Brun. post infinitos alios in d. consil. 173. Boer. dec. 5. & Couar. in d. cap. vlt. pract. quæst. & latiss. Feder. Scot. in resp. 3. tom. 1. lib. 4. At aliud iuris est, si iurisdictio penes vnum resideat in Vrbe, & Vico, qualis est casus de quo agitur; nã tunc quæstio illa conticescit, nec tractari põt de diuisione exercitij iurisdictionis facienda, quia ratio illa suadens in superiori quæstione esse faciendam diuisionem exercitij iurisdictionis, vt vnusquisq; ex eis fruatur iurisdictionis indiuiduæ commodo, inuentus est modus prædictæ diuisionis, quo ad ipsius vsum & exercitationem, quoties pluribus iurisdictio competit, cessat hoc casu quo penes vnum iurisdictio residet. Secundo
13 modo respondetur iurisdictionis exercitium, ita demum posse diuidi, modo consentiant partes, quarum sola vtilitas versatur Flor. decl. in l. quoties ff. de vsufr. At oppidum fluminis frigidi contradicit, ergo talis diuisio exercitij iurisdictionis permitti Baroni non debet: Interest enim oppidi, ne huiusmodi diui-
14 sio fiat, quia honor est alteri præesse, & maior existimari §. nos autem in auth. de defens. ciuit.

Quarto, hanc sententiam confirmat id
15 quod traditum est supremum Principem aut Regem solum posse vnire, & diuidere, & in eius arbitrio, & potestate esse subijcere vnam ciuitatem, aut oppidum iurisdictioni vnius officialis, magis quam alterius insignum supremæ potestatis, vt sunt iura quæ id clamant in l. si eadẽ ff. de off. assess. l. 1. C. de metrop. Berit. lib. 11. & §. illud tamen in auth. vt Iudices sine quoq; suffr. notab. tex. in c. sicut vnire de excess. præl. & in c. quod translationem de off. leg. & ita per illa iura consultus ex facto respondit Brun. in cons. 54. nu. 4. post Bal. quem allegat in cons. 327. col. 4. ante med. lib. 1. & Paul. Cast. in l. ex hoc iure in 2. lect. n. 12. ff. de iust. & iu. quos omnes refert ac sequitur Ceau. in cons. 411. nu. 20. lib. 3.

Quinto, hæc opinio probatur ex eo, quia iura quamplurima dictant Magi-
16 stratum oppidi, vel vrbis in vicum iurisdictionem habere, l. qui ex vico ff. ad municip. & de incol. l. nulli §. quod si in vico C. de epis. & cler. cũ simil. in id alleg. à Bar. in l. 1. post nu. 3. vers. tertia vniuersitas ff. de damn. infe. & in d. cons. 189. Ruin. in cons. 40. n. 15. vol. 1. & è nostris voluit Napod. in consu. incip. si est quæstio inter aliquos ciues tit. in quo casu stetur dicto Coloni, & concinit q; vicus statutis & legib⁹ ciuitatis, vel oppidi, cui subest, regẽdus est, Castren. in cons. 171. lib. 1. Alex. in cons. 151. lib. 1. Socc. in cons. 81. lib. 4. Alc. in c. quod sedem sub num. 42. de off. ord. Cęph. in cons. 414. nu. 49. lib. 3. Neapod. vbi supra, hinc et
17 vicus in collectis cum ciuitate cui subest contribuere debet, vt consuluit Ruyn. in cons. 116. lib. 4. Sed quid plura? cum hæc quæstio (ni fallor) decidi possit ex tex. vulg. in l. pupillus §. territorium ff. de verb. sign. vbi Iurisconf. diffiniens territorium esse vniuersitatem agrorũ intra
18 fines cuiusq; ciuitatis, quod territorium dictum ab eo (quidam aiunt) quod Magistratus eius loci intra eos fines ius terrendi habet, ex quo tex. clarissimè colligitur ad Magistratum vrbis, aut oppidi pertinere iurisdictionem intra fines, & terminos suos, vt sunt vici, & casalia, & probat etiam tex. in l. j. §. cum vrbem vbi Bar. & Bal. ff. de off. Præf. vrb. & nequaquam alius officialis constituendus est in vico, qui in eo iurisdictionem exerceat in pręiuditiũ Magistratus vrbis, vel oppidi, ne
19 ius quæsitum eis auferatur, contra reg. tex. in l. fi. ff. de pact. Secundo modo, & for-

tius perpendo tex. illum in d.§. territorium, ad hanc opinionem probandam;
20 nam vicus & territorium pro eodem accipitur,vt probatur in l.nulli §.quod si in vico C. de epis.& cler. ergo dum tex.ille dicit ad Magistratum vrbis, seu oppidi spectare iurisdictionem intra territorium:Proinde est,ac si dixisset ad eũdem officialem pertinere iurisdictionẽ in vicos qui subsunt ciuitati.

Sexto,ex alio non potest in casali poni alius officialis, seu capitaneus contra voluntatem hominum terræ fluminis frigidi,quia in multis fieret præiudicium & damnum dictis hominibus.Primo,q̃a in causis ciuilibus oportet homines fluminis frigidi discedere à proptio incolatu,& accedere ad casale pro conueniendis hominibus casalis pro consequutione eorum creditorum.Secundo,si homines fluminis Frigidi delinquerent in ca-
21 sali,oporteret ibi agi de illo crimine, ex reg.tex.in l.1.C.vbi de crim.& non possent petere remissionem ad propriam patriam. Tertio,quia vicus debet subes-
22 se,& caput præesse,seu dominari,& modo vicus fieret æqualis suo capiti; nam dicit Alber.in l.Magistratibus nu.3.ff.de iur.omn.Iud. quod cõiter castra, & vil-
23 la subsunt defensori ciuitatis in cuius territorio sunt,& Bar.in l.1. §.cum vrbẽ nu.5.dicit.quod omnis villa,vel castrum
24 quod est in comitatu alicuius ciuitatis, sub ea ciuitate esse videtur, & subiectũ illi ciuitati præsumitur nisi habeat speciale priuilegium, sequitur Alc. de præsumpt.in 20.præs.nu.3. & in tantum est verum quod castrum non potest de per se stare,sed ciuitati subesse, quod si
25 reperiatur castrum inter duas ciuitates, præsumitur illius ciuitatis cui magis adiacet,vt dicit ibid. Alc.post Bal. Alex. & alios præcitatos,sequitur Paris.de reint. in c.an si dominus Baroniæ num.5. fol. mihi 107.à ter.& idem Par.in alio c. an Baro possit nu.14.fol.118.à ter.dicit ꝙ
26 iurisdictio est in capite Baroniæ,seu feudi,& non in villa, casale igitur Longobardorum eiusq; homines subeant iurisdictioni fluminis frigidi,& non contendant se fieri equales,tanto magis quia semper ita seruatum fuit. Quarto,quia separato casali à iurisdictione capitanei fluminis frigidi, officiales creandi in dicta terra, non erunt illius qualitatis, & scientiæ, prout essent,si casale vnitum
27 esset, cum officia maiora conferantur hominibus maioris qualitatis,& sciẽtiæ, tex.in l.1.§.credidit ff.de off.Præf.Præt. & ex hoc ẽt plura orirentur inconuenientia, & damna dictis hominibus dictæ terræ tam in administrãda officia quam in pecunia extorquenda,prout considerat Aym.in d.cons.592.nu.72.cum seq. lib.4. Et consequenter non potest Baro ipsis præiudicare in prædictis in creando duos officiales ex reg. l. id quod nostrum,& ex reg.l.fi.ff.de vsu,& hab.

Deniq; ne in hac re, authoritate care-
28 re videamur,ita etiam cum territorio diuidi non posse iurisdictionem multiplicando officiales, & tribunalia, præsertim accepta pecunia (vt in casu isto) nisi ageretur de bono publico propter distãtiam locorum, voluit optimè Glos.Par. in add.ad Alex.in d.cons.25.vol.5.&18 volu.2. quam rogo reuideri, & in cons. Paris.§.10.n.55.& copiose consultus ex facto respondit Crau.in cõs.963.vol.5. & semel,atque iterum,& latius in cons. 592.num.100.volu.4.vbi in calce illius consil.relatum est ita fuisse decisum,decidens inibi Crau. non licere etiã Principi qui non recognoscit superiorem huiusmodi separationem facere nedum Baroni,& illic num.131. respondens ad tex.supra allegatos permittẽtes diuisionem, & vnionem, dicit eos procedere in diuisione prouinciatum, non autem in separatione vici,seu casalis ab oppido & sic membrorum à capite ibi enim nõ tam prouintiarum quam compendium versatur vtraque præsidem suum obtinente.

Paulus Staibanus.

Die 5.Iulij 1595. per sacr. consil. præsens causa fuit decisa in fauorem Vniuersitatis fluminis frigidi iusta hoc consil. & fuit declaratum non licere D.Marchioni

Vallis

29 Vallis siculæ vtili Domino creare,& deputare nouum Capitaneum in dicto Casali Longobardorum,sed vnum tantum in Baronia fluminis frigidi qui exerceat iurisdictionem & in dicto Casali Longobardorum,referente Dom. D. Petro de Vera ab Aragonia tunc Reg. Consiliar. ac postea S.C.Præside, in Banca Galter. quæ ad præsens exercetur per de Marinis,vbi vidi sententiam prædictam quæ adest in 1.vol.magno ꝓcessus inter Vniuersitatem Longobardorum , & Fluminis frigidi fol.351. quare postea prædictus Marchio procurauit obtinere , prout obtinuit assensum à Seren. Rege nostro Catholico & Inuictiss. super dicta diuisione,vt potest videri in 2.vol.paruo dicti processus in prædicta Banca.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Princeps pro bono & vtilitate publica potest bona ac iura subditorum ab illis inuitis tollere,& alteri dare.*

2 *Restitutio facta à Principe ex causa publica vtilitatis comprehendit etiam bona alienata etiam si illorum nulli fiat mentio in restitutione.*

3 *Qui sentit commodum,debet sentire incōmodum.*

4 *De iure præsumitur Principem concedere priuilegium sine præiuditio tertij.*

5 *Concessio facta à Rege immunitatis collectarum,aliquibus ciuibus municipij valet respectu Regis tantum, non autem municipij.*

6 *Priuilegium concessum pecunia transit in vim contractus.*

CONSILIVM XVIII.

Pro ciuitate Neapolis: contra ciuitatem Capua. An Princeps possit pro bono & vtilitate publica tollere in totum,seu in partem moderare iura subditorum.

ILlust.& Excell.D.Prorex in turbulētijs, ac penunia anni 1585. vt euitaret maiorem penuriam,& Regni,ac Regnicolarum nouissimam pernitiem, seu ruinam ob augmentum maximum pretij frumētorum,quæ eisdem euenisset , si ciuitati Neap. fidelissimæ prouisum fuisset de frumento in Regno existente, cum mandasset emptionem frumentorum fieri ab Insula siciliæ , & sic exequutum fuisset cum maximo ciuitatis damno,medijs prouisionibus,maxima consilij maturitate & discussione censuit damnum prænarratum refici pro duabus tertijs partibus illius à toto Regno inter Regnicolas diuidendis iuxta liquidationem iam factam, & iuxta numerum focolariorum,&dum sic fuisset per totum Regnum exequutū &signanter contra ciuitatem Capuæ,eadem ciuitas in anno 1586.medio memoriali fuit conquesta,sentiens se grauatam non de impositione prænarrata, sed de modo ; nam asseruit ipsam non potuisse taxari pro integro numero focolariorū 5000. sed tantum focolariorum 1200. iuxta conuentionem onerosam inhitam in anno 1557.inter Ill.& Excel. Ducem Albæ tunc Proregem , vltra alia priuilegia,& decreta: In qua cōuentione adest clausula etiam de abundantia frumenti in Regno : Tandem per Reg.Cam.facto verbo in Coll.Conf. per D.Regentem Marthos,tunc illius Præsidentē fuit prouisum,ꝙ ciuitas Capuana adeat S.M. & interim obseruetur illud quod fuit ordinatum ꝑ Coll.Conf.Iterum ciuitas prænarrata conqueritur apud Cathol.Maiestatem per quam medijs Reg.literis mādatur fieri ciuitati Iustitiam,cōmissis Regiæ Cameræ,quod relationem faciat audita ciuitate Neap.fidelissima.

At fidelissima ciuitas affirmat omninò esse confirmandum supranarratum decretum Coll.Conf. ipsamq; in exactis ꝑ eam desuper integrè non esse molestandam,siquidem in prouisione prænarrata pro bono publico totius Regni versata fuit etiam vtilitas ciuitatis Capuæ, nempè ab ea occasione dictæ publice vtilitatis, Ill.D.Prorex poterat omnia frumenta capere pro seruitio fidelissimæ ciuitatis tanquam totius Regni Metropol.in qua residet fundamentum totius Regni,

etiam

etiam respectu residentiæ Ill. & Excell. D. Proregis, vt toto cælo notum extat, ea ratione, quia Princeps pro bono, &
1 vtilitate publicis potest bona, ac iura subditorũ ab illis inuitis tollere, & alteri dare, id quod Primo suadetur ex dispositione tex. in l. Lutius ff. de euict. l. item si verberatum ff. de euict. reiuend. quorum meminit Andr. in c. 1. §. similiter, vbi Affl. n. 16. & 19. de cap. qui cur. vẽd. & idem Affl. in dec. 361. nu. 4. & 5. Bellamer. in dec. 741. latissimè Gabr. lib. 3. com. opin. in tit. de iur. quæsi. non toll. 2. concl. per tot. fol. mihi 184. & latissimè vt nil addi possit scriptum reliquit Rol. à Vall. in cons. 69. n. 27. cum multis num. subseq. & anteced. & quasi per totum 2. vol.

Secundo, quia restitutio facta à Prin-
2 cipe ex causa publicæ vtilitatis comprehendit etiam bona alienata, etiam si illorum nulli fiat mentio in restitutione, est hoc assumptum commune inter DD. prout testantur Aret. Ias. & cæteri in l. Gallus §. & quid si tãtum ff. de lib. & posth. Bal. in c. 1. vers. priuilegia de pac. cõstan. Rom. in l. sed si hac §. libros ff. de inius voc. quorum meminit in proprijs terminis capitulationis Pacis anni 1505. Loffred. in c. 1. §. filij col. 4. vers. 5. adducitur si de feu. fuer. controu. int. dom. & agn. & plura cumulat Capy. in dec. 69. nu. 22 23. qui ibid. dicit etiam ad feuda alienata extendi, etiam illorum nulla facta mentione nu. 1. & sic de priuilegijs non curari. Et sic iacto hoc fundamento, Excell. D. Prorex poterat frumenta existentia non solum in territorio Capuano tollere, & capere pro seruitio fidelissimæ ciuitatis, verum ab omnibus alijs Regni partibus, & ex hoc actu, non facta prouisione frumenti à Prouintijs existẽtibus extra Regnum, pretium illius fuisset cum maximo excessu auctum, & successiuè fuisset necessè ciuitati Capuę eodem excessiuo pretio frumenta emere, si diuino auxilio, illud etiam reperijsset, & sic maius damnum passa fuisset cum suis omnibus ciuibus, ac focularijs, quemadmodum Excell. D. Prorex exprimit in dictis prouisionibus, quis dubitat, quod cum omnia focularia ciuium Capuanorum ex ordine prædicto commodũ senserint, quod ciuitas sentire debet onus prædictum pro integro numero focula-
3 riorum 5000. ex regula iuris, quod qui sentit commodum, sentire debet incommodum ff. de reg. iur. l. si id quod, cum concor. ff. de peric. & commo. rei vend. non obstante prædicto prætenso priuilegio, de quo nõ curatur in his quæ spectant ad publicam vtilitatem.

Insuper prædictum prætensum priuilegium ex alio corruit, cum loquatur de impositionibus Regijs, de quibus vti proprijs poterat Rex exemptam facere ciuitatem Capuæ, id quod tum colligitur ex lectura dictæ conuentionis, tum et
4 ex iuris præsumptione, cum semper de iure præsumatur Principem priuilegiũ concedere, sine tertij præiuditio, ad tex. in l. 2. §. merito. & §. si quid à Principe cum concord. ff. ne quid in loco publico, ea ratione quia talis pręsumitur Principis intentio, qualis est legis scriptæ, ita latè Rol. à Vall. in cons. 72. nu. 74. & 75. vol. 3. & cons. 45. nu. 112. vol. 4. Ac et
5 ex iuris dispositione, nempè si Rex concedit immunitatem collectarum aliquibus ciuibus municipij, concessio illa valebit respectu Regis tantum, non autem municipij, tex. sing. in l. vacuatis de Decurion. lib. 10. C. vbi Bar. Luc. & Ioan. de Plat. Alex. in cons. 30. vol. 5. per Aret. & cæteros in l. si ex toto ff. de leg. 1. Immunitas nãq; vnius est grauamen alterius, tradidit Luc. de Pen. in l. fin. de exact. trib. lib. 11. C. & licet appareant decreta in fauorem ciuitatis Capuæ respectu contributionis viarum, & turrium, quæ nõ respiciũt Regias impositiones, sed Regnicolarum, nihilominus dicit Ciuitas decreta prænarrata non fuisse interposita ipsa audita, quæ ad præsens ex prædictis fundat conuentionem prædictam in prædictis ipsam non iuuare. Ad idem ponderatur priuilegium prædictum fuisse concessum ex causa solutionis duc. 50000. vt ex dicto priuileg. apparet, sed
6 quando priuilegium est concessum pecunia

cunia tunc transit in vim contractus, Bal. in l. qui se patris C. vnde lib. Iaf. in l. j. C. de iur. emph. si in vim contractus non se extendit vltra contrahentes, ergò nullum potest afferre præiudicium ciuitati fidelissimæ. & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus

SVMMARIVM.

1 *Proximior in successionibus remotiorem excludit*

2 *Officium Magistri Actorum est de regalibus.*

3 *Deferre iuramentum, & demandare sub pena est de regalibus.*

4 *Collatio Magistri Actorum spectat ad Regem.*

5 *Magistri Actorum habent ius scribendi ea quæ à Viceregibus prouintiarum mādantur.*

6 *Natura officij Magistri actorum est, vt sola administratio concedatur, remanente integro pleno dominio in posse Regis. & num. 11.*

7 *Si officia concessa à Principe sunt de regalibus etiam quod non sint concessa in feudum in illorum dispositione, & alienatione requiritur Regius assensus.*

8 *Cōueniunt officia cum feudis, quia vtrūq; procedit ex Regis munificentia.*

9 *Sicut feudum in primeua eius inuestitura est personalissimum, ita officiū Magistri actorum.*

10 *Sicut fructus feudi sunt ipsius feudatarij sic in officijs.*

12 *Verba ista hæredibus, & successoribus cōprehendunt tantum descendentes, non autem collaterales in officio de sui natura non transitorio ad hæredes.*

13 *Officium Magistri actorum, & similia equiparantur vsufructui.*

14 *In vsufructus concessione per verba ista hæredibus, & successoribus veniunt tantum filij, & descendentes.*

15 *Rex concedens rem alicui, & suis hæredibus, & successoribus videtur lineæ prospicere, & sic filijs, & descendentibus tm̄.*

16 *Tenor inuestituræ est attendendus.*

17 *An habens facultatem nominandi hæredem in officio possit nominare feminam.*

18 *Substitutiones, & fideicommissa non procedunt in officio, & ratio.*

19 *Quoties fit concessio alicuius rei quæ sui natura nō est transmissibilis ad hæredes, & deinde ex principis beneficio, licet alterius ministerio ad hæredes, extenditur tunc hæres de nouo dicitur rem illam habere.*

20 *Officia ad hæredes non sunt transmissibilia.*

21 *Actus factus contra non citatum ei non nocet.*

22 *Quando aliquid est fundatum in falsa causa non tenet.*

23 *Legitima cōtradictrix impedit iudicium summarium immissionis in possessionem bonorum, & notabilis distinctio Bar. in hoc refertur.*

24 *Substitutio facta per verbum commune succedat, non disponit acquisitionem hereditatis directam, sed fideicommissariam.*

25 *Quando substitutio est fideicommissaria impeditur immissio in possessionem bonorum, sed est necessè quod substitutus prætendens immitti accipiat possessionem à manu legitimi ab intestato hæredis.*

26 *Decisio præsentis causæ.*

CONSILIVM XIX.

Pro Antera de Bernaudo: contra Io. Mariam, & Ferdinandum de Bernaudo. Officium Magistri Actorum est de regalibus, adeo quod in ipsius dispositione facta in testamento quando vocantur personæ in inuestitura non comprehensa requiritur Regius assensus etiam quia dictum officium conuenit cum feudis.

IOannes Maria, & Ferdinandus de Bernaudo, mortuis Portia, & Laudonia de Bernaudo filiabus Io. Iacobi de Bernaudo, ac Cornelia de Bernaudo reuocante præambulum expeditū per Mag. Cur. Vic. in sui fauorem super declaratione hæredis dictarum Portiæ, & Laudoniæ

doniæ comparuerunt apud acta S.C. & petierũt tolli sequestrum factum p S.C. sup fructibus, & introitibus officij actuariæ,& credentieriæ Prouintiæ Calabriæ ad instantiam Anteræ de Bernaudo, & aliorum creditorum q.Io.Iacobi de Bernaudo,& successiuè Portiæ,&Laudoniç eius filiarum,& hæredum, sub prætextu quod per mortem ipsarũ Portiæ,&Laudoniæ ipsi sint declarati hæredes virtute substitutionis testamẽtariæ dicti Io.Iacobi mediante præamb. M.C.V. cuius vigore fuerint positi in possess. dicti officij.

At Antera de Bernaudo soror vtrinq; cõiuncta d.Io.Iacobi, & successiuè Amita dictarũ Portiæ, & Laudoniæ ptendit ex successorio edicto tanq̃ illorum pro-
1 ximior ex dispos.tex.in auth.cessante cũ simil.C.de legit.hæred.immissionẽ prænarratam ex dispos.tex.in l.1.ff.de succ. edicto cum concor.non obstantibus dictis prætensis fideicommissis.Anteræ intentio est de iure fundata vt supra p cuius victoria onus tm̃ est tollere dispositionẽ prenarratorum fideicõmissorũ qui bus facillimè accomodat responsa, pro quibus fundãdis duo potissimũ in iure vera esse fundantur:quorum Primũ illud erit ptẽsa fideicõmissa esse nullius momenti tanq̃ Reg.assensu carentia cum ex eis vocentur personæ in inuestitura non cõprehensæ.Secundo,in huiusmodi officijs nõ militare substitutiones cũ successores vocati ex lege inuestituræ succedant ex ppria persona tanq̃ in nouo officio.

Et p absolutione 1.art. assero officiũ
2 Magist.Actorũ esse de regalibus,idq;fundatur:Primo,ex sui erectione,& constitutione ad tex.in c.j.ver.põtas quæ sint re
3 galia. 2. qm̃ Magister Act. defert iuramentũ testibus,& mãdat sub pena q sũt act⁹ iurisdictionales & de regalib.ad tex. in l.j.si qs iurisdicen.nõ obtẽp.sic scripsit Frec.lib.2.subf.auth.46.n.xj.ex dictis p Innoc.in c.cũ accessissẽt ext.de const.
4 3.quia spectat ad Regis collationẽ, Capyc.teste in dec.112.n.5. q ea de causa asseuerauit officia habuisse & habere strictiorẽ naturã q̃ feuda, quæ psumpta inuestitura q̃ri possunt, put nõ sic officia.
5 4. Si quidẽ habet ius scribendi,ea quę à Viceregibus Prouincialibus mandantur sic scripsit,And.in c.j.n.66.q̃ sint regal. 5. Et nouissimè, nẽpe natura horũ offi-
6 ciorũ hęc est,vt sola administratio cõcedatur remanẽte ĩtegro pleno dñio in posse Regis cõcedẽtis,& ea de re sancitũ extat officia esse potius cõmendata q̃ concessa sic asseuerauit And.in c.j.nu.2.de feud. guard.& in c.j.n.2.qs dic.Dux, & Frec. lib.2.subfe.in 1.auth.q.57.cũq; fundatũ
7 sit officia esse de regalib.ẽt ꝙ illa in feudum nõ sint concessa in illorũ dispositione,& alienatione necessario reqritur Regius assensus: ita scriptũ reliquit Affl.in const.Regn.scire volumus in 4.not. n.4. Fran.de Amic.in repet.c.j.fo.63.in cap. incip.resistit ẽt,de his qui feud.dar.poss.

Eo impensius secundo Regius assen-
8 sus requiritur cum conueniant officia cũ feudis. 1.Quia vtrũq; pcedit ex Regis munificentia,prout Capyc.scripsit in d.dec.112. 2.In primeua illorũ erectio-
9 ne,& inuestitura nẽpe sicut feudũ in primęua ipsius erectione,& inuestitura fuit personalissimũ c.1. de his qui feud.dar. poss. sic officiũ hoc ꝙ ne extingueretur obitu primi cõcessionarij fuit ampliatio necessaria ad heredes in perpetuũ,&desuper alia scripsit Fran.de Amic.in d.c.j. fo.61.in cap.natura etiam rei de his qui
10 feud.dar.poss. 3.vtilitate quia sicut fructus feudi sunt præcipui ipsius feudatarij ex reg.tex.in l.cũm multa vbi not.C. de bon.quæ liber.& firmat And. in c.1. nu.12.de his qui feud.dar.poss. sic in officijs ita habetur in glos. in l. si vni §. idem scribit si filius vbi glo.in verb. venite ff.famil.herci.vt not.Fran.de Amic. vbi supra fol. 63. in cap. incip. dicebat amplius.

Tertio idẽ affirmatur,cum officij præ-
11 narrati plenũ dominium resederit, & residet in personam Regis cõcessa tantum administratione concessionarijs vt supra fundatum extat,exemplo constitutionis Regni minoribus qua sancitum est Baliũ minorib. feudatarijs cõcedẽdũ fore de Regis speciali licentia, & assensu,nulla alia ratione, nisi quia Rex feudi proprie-

M tarius

tarius scire vult personam administrantem suam feudorum proprietatem.

Et pro fundando artic. necessitatis assensus affirmo inuestituram huius officij pro se, & hæredibus in perpetuum sin hanc subiectã materiã vocare tm̃ descendentes, qualis est Antera de Bernaudo, non aũt Collateral. Io.Iacobi,& eius filiarum quales cernuntur aduersarij idq; Primo fũdatur, quia sumus in officio sui natura nõ transitorio ad hęredes in quo

12 illa verba *hæredibus, & successoribus* intelliguntur de filijs,& descenden.gl.in l. ex facto §.fi.vbi Alex.ff.ad treb. & Bar. in l.gallus §. etiã si à parente ff.de lib.& posth. Secundò,nempe officia prædicta dependent à Regis munificentia vt supra fundatum extat,quo fit vt verba illa,in filijs & descendentibus verificentur, ita gl.in l.vnica C.si socius imperialis libera bit,alias si socius larg.imperial. & glo.in const.Regni in vers.item.Tertio,quia of

13 ficia iam dicta æquiparãtur vsufructui vt scripsit And.in c.1.nu.2. de feu. guard. & in c.1.nu.2.quis dic.Dux, sed in vsus

14 fructus concessione,& dispositione verba illa intelligũtur de filijs,& descendentibus,prout testatur Bar.in d.§.ẽt si quis à parente, & in l.si quis Titio vbi glo. & Bar.ff.de vsufr.accrescendo igitur.Quar

15 to, & nouissimè,nẽpe quando Rex concedit rẽ tibi & tuis hæredibus,& successoribus videtur lineæ prospicere, & sic filijs & descendentibus,huiusmodi opinionem testatur cõem Ant.Gabr.lib.10. comm.opin in tit.de verb.sign.concl.2. n.3.vbi oẽs latiss.refert, dũ igitur Antera vti filia Pyrrhi patris Ioa. Iacobi ex fideicõmissis est exclusa, & ad pñs vocata ex inuestitura ex supra congestis,fideicõmissa q̃ prænarrata contineant nouã dispositionẽ conuocatorũ vti ad pñs extraneorum ex reg.tex.in l.peto §.fratre vbi gl.in ver.exteri alleg.concor.ff.de leg.2. necessariusq; sit desuper Reg.assensus,vt supra fundatũ extat,qui deficit,nulli dubiũ quin fideicõmissa iã dicta nõ possũt

16 Anteræ nocere,eo impẽsius quia tenor inuestituræ est attendendus, sic scripsit tex.in c.1.de duob.fratr. à capo inuest.

Nec prędictis obstant dicta p̃ Frec.in 2.lib.subfe.auth.1.q.50. qui videtur fũ-

17 dare in concessione facultatis nominãdi hæredẽ in officio non includi fęminam etenim contrariũ fuit decisum in R.C.S. & in Coll.Cons. in cõcessione simili cõcessa Io.Angelo Ciuitellæ,eo impensius in themate nr̃o cum adsit põtas substituendi cuius causa nunq̃ descendentes ex primo acquirente officiũ p̃dictum exercuerunt,& nouiss. vidimus decreto S.C. Portiam,& Laudoniam filias Ioa. Iacobi fuisse conseruatas in possessione dicti officij cõtradicentibus nr̃is aduersarijs obtento,cuius quasi possessio sufficit Anteræ ex singulari decisione tex.in c.dilecti ext.de arbit.& Frec.in d. q.50. aduertit num. licet allegat tex.in c.cum dilectus de arbitr.

Nouissimè asseueratur verũ esse 2.art.

18 substitutiones ac fideicõmissa non procedere in officio,ea siquidem ratione quia successor succedit ex propria persona cũ sit nouum officium in eius persona,nam

19 clarum est in iure ꝙ quoties fit concessio alicuius rei,q̃ sui natura nõ est transmissibilis ad hæredes,vt puta vsusfructus & similium,& deinde ex Principis beneficio, seu largitione,licet alterius ministerio simplicius ad hæredes extendatur, tunc hæres de nouo dicitur rem illam habere,ita And.in c.1.n.9.vers.fine isto de nat.succ.feu.idẽ in c.j.de feu.march. in prin.& clarus est ad hoc ac singularis tex.in l.stipulatio ista habere licere §. si qs ita ff.de ver.obl.Frec.lib.2.subfe.author.1.q.50.nu.4.loq̃ns in proprijs nr̃is term.concessionis officij p̃ se,& hęredi-

20 bus, sed clarũ est officia nõ esse ad hęredes trãsmissibilia,ita And.in c.j.n.4.vers. Lõbardi quis dic.Dux,Comes, vel Marchio,ad tex.in l.inter artifices ff.de solu. si igitur nouũ est officium, & hæres siue successor in eo vti nouo officio succedit ex p̃sona p̃pria, ergo cessat in eo fideicõmiss.in quo succedit primo fideicõmittenti,ex reg.tex.in l.cohæredi §. cũ filiæ ff.de vulg.& pup.subst.ẽt quia succedẽti ex p̃p̃ia p̃sona non põt ius suũ adimi ex reg.tex.in l.ius nostrum ff.de reg.iur.

Nec

Nec prænarratis ita fundatis obstabit præambulum prætēsum expeditum per M.C. in fauorem prędictorum Io. Mariæ & Ferdinandi, vti prætensorum hæredū dictarum Portiæ, & Laudoniæ ex infrascriptis fundamentis. Primò, siquidem illud processit nō citata Antera, quæ statim quod de eo notitiam habuit contra-
21 dixit, & sic de iure non poterit nocere Anteræ non citatæ, iux. terminos tex. in l. de vnoquoq; ff. de re iud. l. nam ita diuus ff. de adop. cum concor. Secundo, nempè præambulum prædictum non iure processit, Primo vti fundatum in substitutione prætensa facta per Ioannem Iacobum in beneficium prædictorum
22 aduersariorum, & sic est fundatū in falsa causa stante inualiditate dictæ substitutionis ex supra congestis & sic corruit ex dictis per Fely. in c. 1. de re iud. & est optimus tex. in l. si non sortem §. si centum ff. de cond. indeb. Præterea nec aduersarij poterant se declarari facere hæredes Portiæ, & Laudoniæ vigore dictæ substitutionis cum illius vigore eis non succedere potuissent, sed d. Io. Iac. seu Pirrho patri Io. Iacobi, qui patris substitutionem obseruari iussit mortuis, dictis Portia, & Laudonia sine filijs. Tertiò, etenim relicta via dicti præambuli, dicti aduersarij elegerunt tribunal Sac. Conf. à quo se hæredes prædictarum sororum declarari petierunt, & sic iuditium prædictum Antera citata, & audita, est finiēdum ad text. in l. vbi cæptum ff. de iudit. alias autem obtineret sententiam citra processus compilationem, & ab exequutione iuditium inchoaret, contra text. in l. 1. de prohib. seq. pecun. cum similib. Eo impensius cum sit Antera illorum
23 legitima contradictrix ex supra fundatis, quæ etiam impediret iuditium summarium immissionis in possessionem, de quo in l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. non modo vt impediatur missio in possessionem ex aduerso petita, nondum adhuc concessa, etiam ad finem obtinendi per Anteram immissio, etiam per ipsam petita, quo casu iure sancitum extat esse procedendum ad summariam informationem, & illi concedi immissionem qui potiora habebit iura, multo magis in casu de quo contenditur cum notoria sit Iustitia Anteræ, & decisio Causæ dependeat à discussione horum iuris articulorum, ita distinguendo tradidit Bart. quem communiter sectantur DD. in d. l. fin. num. 21. vers. quid ergo dicemus, & propriè vers. primo casu an ille, qui venit C. de edict. Diu. Adr. toll. & in specie quando venit tertius dicens testatorem non potuisse sic disponere, scripsit Obertus Zuccardus in d. l. fin. vers. extra glos. & Brun. in cons. 2.

Nouissime modificando asseueramus possessionem petitam ex aduerso, nec posse concedi (quando dato citraueri præiudicium prædicta, vt supra fundata non procederent, quemadmodum firmissima inspiciuntur) etenim Pirrhus cōmunis pater Io. Iacobi, & Anteræ Io. Iacobo sine filijs decedenti licet substituisset aduersarios, & substitutionem iam dictam simpliciter approbasset dictus Io. Iacobus in eius testamento prętenso, tamen substitutio prædicta per Pirrhum
24 facta apparet concepta per verbum cōmune, succedat, quod nō disponit acquisitionem hæreditatis directam, sed fideicommissariam cum substitutio prædicta fuerit concepta his verbis (succedant in bonis prædictis,) & sic principaliter respicit bona, & postea personas ita distinguendo scriptū singulariter reliquit Gulielm. Benedict. in repet. cap. Raynutius in verb. idem impuberi succederent nu. 16. vers. idem de verbo succedant fol. 274. à terg. ex dictis per Bald. sic distinguentem in l. fin. C. de sacros. eccles. & in rubr. de impub. & alijs subst. Quo
25 fit, vt cum substitutio sit fideicommissaria impediatur immissio prædicta, si quidem possessionem bonorum prædictorum sit necesse per fideicommissarium acquiri à manibus legitimi ab intestato hæredis, tanto magis cum adhuc ei non sit facta restitutio, ita scripsit Bart. quem sequuntur communiter in d. l. fin. nu. 9. sequutus glos. ibi C. de edict. Diu. Adr. toll. præsertim ea ratione, quia qui petit

beneficiũ immissionis dicit se hæredem directo, ad quod allegat text. in l.fin.ff. de codicillis, & ita iudicandum, & respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Hæc causa non fuit adhuc diffinitiuè decisa, sed fuit tãtum declaratum, quod præstita cautione per dictos de Bernaudo de restituendo esfactum liceret eis exigere fructus dictę actuariæ, vt videri potest in processu sistente in banca de Mõdellis, & in eadem materia videatur D. de Franch. decis. 627. in 4. par. edita post mortem Domini patrui.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Merus exequutor nullam habet iurisdictionem, & cognitionem, sed tantum exequutioni demandare Regium ordinem, siuè decretum.*

2 *Pars quando citanda non est si citata fuerit ex abundanti expectari non est necesse.*

3 *Mistus exequutor qui habet cognitionem, nec potest cognoscere demeritis causa.*

4 *Inferior non potest corrigere factum à Superiore.*

5 *Sententia lata contra Rectorem Ecclesia nocet Ecclesiæ, & sic eius successoribus.*

6 *Regi asserenti ex certa scientia, & causa cognita creditur.*

7 *Quæstorum subscriptio operatur vt Regi in sui beneficium aliquid asserenti credatur.*

8 *Scriptura an requiratur ad essẽtiam gratia, an verò ad probationẽ ipsius sit necessaria.*

9 *Rex potest dispensare in solemnitatibus q̃ sunt iuris positiui.*

10 *In assertione facta Regi nemo præsumitur mentiri.*

11 *Probatio per testes fieri potest ad probandum tenorem gratiæ deperditæ.*

12 *Assensus de iure est gratia.*

13 *Assensus inspecta dispositione iuris communis potest probari per testes.*

14 *Concessio pensionis in stipendium non est beneficium sed beneuola actio.*

15 *Quando pensio specialiter conceditur in titulum beneficij ecclesiastici requiruntur illa tria quæ requiruntur in concessione beneficij inter quæ est habilitas personæ vt sit clericus.*

16 *Pensio quando conceditur in stipendium tunc laicus illius capax est.*

17 *Pensionarius licet vxoretur vel miles fiat non tamen vacat pensio.*

18 *Appellatione beneficij regulariter non venit pensio.*

CONSILIVM XX.

Pro Magnif. Alonso Viues: contra Magnif. & Reueren. Priorem Barensem. Merus exequutor nullam habet iurisdictionem & cognitionem, sed tantum exequutioni demandare regium ordinem siue decretũ & quid in misto exequutore, & Regi asserenti aliquid ex certa scientia, & causa cognita creditur etiam si fuerit in sui beneficium quando adest quæstorum subscriptio, & an ad essentiam gratiæ requiratur scriptura, & quid ad eius probationẽ, & an pensio possit concedi laico.

IN hac causa exequutionis, & solutionis pensionis Magn. Alonsi Viues quæ agitur contra Reu. Priorem Barensem, video eundem Reu. Priorem insurgere contra Mag. Alonsum tribus medijs, quibus prætenditur eundem obtinere non posse prædictam exequutionem, & solutionem dictæ pensionis: Dicit namque Primò, pensionem inefficacem, nulla dictę pensionis primordiali scriptura apparente, sed tantum assertiuè v3. ex literis Maiestatis Imperialis Caroli V. Sereniss. directis Cardinali Siguntiæ, & Sereniss. Regis nostri Philippi directis Ill. Duci Albæ, in ꝓuisionibus dictæ Cath. Maiestatis expeditis in anno 1558. directis Ill. D. Ioan. Mandriquez, quibus ꝑtendit nõ esse credendum. Secundò, quod Mag. Alonsus sit incapax dictæ pẽsionis, cum

&

& tunc,& tempore concessionis pensionis prædictæ fuerit laicus, & non clericus. Et quidem ex infra dicendis in Iure, veris existentibus, nulli Dominorum Iudicantium ambigetur prædicta fundamẽta esse reijcienda,& Magn. Alonsum Victorem esse iudicandum.

Primò, namq; asseueratur dictos Dominos Iudicantes super hoc negotio certo ni,esse meros exequutores dictarum Regiarum prouisionum,quibus perspicitur quod cũ Mag. Alonsus non valebat consequi dictam pensionem; ex eo q̃ S.C. Collat. Neap. ei obijciebat dictas Regias prouisiones directas dictis Ill. Cardinali Siguntiæ, & Duci Albæ esse simplices cartulas. Secundò, defectum breuis prędicti, siuè assensus Apostolici, petijssetq; semel peremptoriè determinari per dictam Catholicam Regiam Maiest. eadem Catholica Maiestas quæstiones prædictas decidere fecit p̃ suum Conf. Coll. quod cum prouidisset non obstare, mandauit Ill. tunc Proregi omnino exequi facere solutionẽ dictæ pensionis in prę teritum, & in futurum; his præcisis verbis:quo fit,vt ad ipsos Dominos Iudicãtes nõ spectet cognoscere an valida, vel inualida fuerit pẽsio prędicta;an iustum vel iniustum fuerit votum prædictorum Dominorum Reg. Consil. qui in indiuiduo iudicauerunt prædicta capita vt supra est relatum,& clarissimè colligitur ex

1 dictis prouisionibus. Etenim merus exequutor in p̃dictis nullã habet iurisdictionem,& cognitionem, sed tantũ exequutioni demandare Regium ordinem, siue decretum tex. est in c. Pastoralis, §. quia vero, vbi glos. Abb. & Fely. nu. 17. extra de offic. deleg. c. fi. §. fi. eod. tit. de offic. deleg. nullãq; põt admittere exceptionẽ d. §. q verò, vbi p̃ prędictos DD. idẽ Abb. in c. de cætero 5. col. vers. 3. membro,& ibi Fely. num. 3. vers. 2. conclusio de re iud. & Bar. in l. a Diuo Pio ff. de re iud. nisi exceptionem falsitatis excommunicationis,vt ibi per eos: tanto magis quia Rex ita mãdat fieri solutionem omninò sine aliquo impedimẽto, & ita exequi, dãdo desuper Ill. Proregi oẽs vices & voces regias, quinimò pars citanda nõ

2 est,& si citata fuerit,quia ex abundanti, expectari nõ est necesse, ita Fely. in cap. cum ordinem vers. & dicit Bal. in l. Neq; natales post nu. 3. ext. de rescrip. Bal. in l. neq; natales in fi. C. de prob. & Rota dec. 15. in nouis incip. Item si exequutor in tit. de dol. & contu. & prædicta adeò

3 de iure vera cẽsentur, vt nec mixtus exequutor qui habet cognitionem iux. tex. in l. & si nõ cognitio C. si contra ius vel vtil. publ. & in d.c. de cætero potest cognoscere de meritis causæ, ita tradidit Abb. in d.c. de cętero in 4. col. de re iud. & Bar. in d. l. à Diuo Pio,& id non solum legibus, sed ẽt conueniẽtiæ rationis cõsonum esse videtur. Nam si de prædictis Iudicantes cognoscerent, ipsi vt inferiores à Rege iudicarent factum, & decretum ab eodem Rege superiore, id quod

4 nec iuri consonum inspicitur,cum inferior non potest corrigere factum à superiore, nec conueniens id ipsum esset, si quid igitur ex prędictis aduersus Magn. Alonsum Reu. Prior prætenderit, adire poterit Reg. Maiest. quare ex hac sola ratione omnia prędicta obiecta corruũt. In qua Mag. Alonsus omnino insistit ẽt quia vt prædicta veriora reddantur, exhibuit bullas Prioratus Rauascherij in quibus Rex fecit mentionem de dicta pensione,& non solum facit mentionem dictæ pensionis impositæ tempore prædicto, verũ adiungit hæc verba; ẽt de nouo imponitur,& sic cessat obiectio tituli per scripturæ prędictæ exhibitionem.

Præterea secundo loco, eidem Reuer. Priori, respectu prædictorum obstat exceptio rei iudicatæ,& litis finitæ; dum ex dictis prouisionibus apparet, Regium Coll. Cons. Suæ Maiestatis super prædictis obiectionibus in specie iudicasse, & sacrum hoc Coll. Cons. illas ad vnguem fuisse exequutum, vt ex dictis prouisionibus, quę exequutiõ suum fuit sortita effectum cõtinuò ab anno 1558. tempore Prioris D. Didaci de Mendoza, vsque ad obitum D. Prioris Rauascherij qui de prædictis minimè fuerũt conquesti, nec reclamauerunt, idem quoq; iudicauit Sacrum

dicẽdum dictas scripturas tunc Regi exhibitas,& negotium non habet difficul-
11 tatem, vel deperditas, & tunc probatio per testes fieri poterat ad probandum tenorem gratiæ deperditæ,idem Felyn. copiosè in d.rub. de constit.nu.6. vers. primus casus, vbi ponit tres casus: Primum vt supra: Secundum,quando quis vult probare gratiæ qualitates. Tertium quando sumus in foro conscientiæ & idem Felyn. in c. 2.vers.septimò intellige nu.16.ext.de probation.

Quartò,quia conclusio prædicta DD. vera cerni poterit in gratia Papæ indifferenter,at non sic in gratia Principis,pro-
12 ut in casu nostro,ex quo cernitur de iure assensum esse gratiam. Et nihilominus inspecta dispositione iuris commu-
13 nis potest probari per testes. Ita scriptũ reliquerunt Andr.in c.1. §.hac edictali nu.4.ver.putamus,& not.probabitur de prohib.feud.alien.per Lothar.vbi copiosa Apostill.D.Lipar.in ver.testes,qui refert And.alibi Loffr.Camer.& cæteros, & ita decisum fuisse testatur Affl. in decis.398.idem de inuestitura,quæ gratia est c.j.§. consules qui test.sint necess. ad proban.nou.inuest.c.1.in princ.quid sit inuest.& c.1.de controu.inuest.vt latissimè prosequitur Affl.in dec.398. Tanto magis cum simus in concessione pen
14 sionis in stipendium quæ non est beneficium vt tamen dicemus, & est beneuola actio,vt testatur Caccialup. in tract.de pension.in q.17.vers.non est dubium quod pensionis constitutio gratuita est. In secunda cart. ex quibus ita dilucidatis, liquido asseuerandum est, dictum obiectum vanum esse.

Quod vero attinet ad respõsum secundi obiecti,dicimus illud ꝓcedere,quan-
15 do pensio specialiter concederetur in titulum beneficij ecclesiastici quia requiruntur illa tria, quæ requiruntur in concessione beneficij,inter quę est habilitas personæ, cui fit concessio vt sit clericus, vt ꝑ Ioa.de Silu.singulariter in tract.benef. in princ.nu.8.fol.2.& per Io.Andr. &Cald.in cap.in nostra de rescrip.vt refert Caccial.in tract.de pensio. in 12.q. in princ.& in ver.ponit etiam eleganter Calder. & in c.constitutus ext. de relig. domi.Abb.Butr.& Card.de Flor.At se-
16 cus,si pensio in stipendium concedatur, in quam causam ipsam semper concessã esse de iure cernimus, cuius laicus capax est,per tex.in c.quamuis vbi Archid. de præben.in 6.Ita scriptum reliquere Felyn.copiosè in cap.ad audiẽtiam n.5. vers. quarta conclusio de rescrip. latissimè Caccial.in tract.de pens.q.10.12.13 14.15.&20.& in alijs quæstionibus pas-
17 sim; Hinc est,quod si pensionarius vxoretur, vel miles fiat, non vacat pensio, Imol.Cardi.Flor.& Laudens.in clem.1. §.eadem de suppl.neglig.prælat.quos & alios refert & sectatur idem Caccialup. in eodem tract.q.15.per tot.& adeo prędicta vera inspiciuntur de iure,quod ap-
18 pellatione beneficij regulariter non venit pensio,idem Felyn.in cap.ad audientiam nu.5. per tex.in d.c. quamuis il 1. de præb.in 6.vbi Archid. idem Caccial. in d. tract. q.30. & in q.17. ver.non est dubium, & in q.12. in princ. ver.quod pensio de sui natura,& sequitur copiosè Silua in tract.benef.nu.11.fol.15. à ter. reprobans tria desuper motiua, tãquam friuola, Barbatiæ sequentis opinionem contrariam, contra communem.Ex quibus clarè constat secundum obiectum esse frustratorium,& ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Ex causa publicę vtilitatis cogi quis potest ad vendendum.*

2 *Aqua à suo solito cursu diuerti non debet.*

3 *Text. in l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqua quotid.& æstiu. & l.si quis diutino ff.si seruit.vendicetur, declarantur.*

4 *Licet domino aquę nascentis in suo territorio cursum pro sui vtilitate, ac commodo etiam cum alterius inferioris domini damno ad sui libitum diuertere. & nu.6.*

5 *Eandem rationem habet aqua currens supra terram quę subtus terram naturaliter currens.*

7 *Quan-*

7 *Quando aqua dicatur currere iure seruitutis præscriptæ,& quando iure facultatis,& nu.*8.

9 *Seruitus sine hominis facto acquiri non potest.*

10 *Etiam dato cursu aquæ per mille annos potest dominus aquę nascentis illam diuertere.*

11 *Verbum hoc ductus aquæ importat factum hominis.*

12 *Decies centenarius non constituit ius seruitutis,nisi concurrēte prohibitione, vel alio actu positiuo qui citra ius seruitutis interuenire non potest.*

13 *Interesse quomodo consideratur propter defectum aquę ad molendinum an respectu defectus aquę tātum an quod minus lucretur ex defectu personarum ad molendum.*

14 *Modicum interesse priuatorum postponēdum est publicę vtilitati.*

CONSILIVM XXI.

Pro Fidelissima Ciuitate Neap. contra Comitem Celani. Ex causa publicæ vtilitatis cogi quis potest ad vendendum,& an ratione publicę vtilitatis possit aqua à suo solito cursu diuerti.

IVstissima apparet,ac redditur supplicatio huius fidelissimæ Ciuit.Neap. super licentia impetranda Ill.Comiti Sarni ducendi particulam aquæ nascentis in territorio Sarni intra territorium vtriusq; Turris Octauæ,& D.Annuntiatæ pro conficiendis tot Molendinis,satis superq; sufficientibus molituræ integri frumenti necessarij pro victu ciuium dictæ fidelissimæ ciuitatis iux.relationem Io.Vincen.de Iulijs, & descriptionem.Dum ea fundatur super notoria publica vtilitate, tū vt securè ciuitas suis congruis diebus, & temporibus farinas diurnim necessarias pro victu ciuiū suorum consequatur,tam tempore claro,q̄ pluuiali, & tempestuoso ob breuissimū itineris cursum commodissimi maris,terræq; à loco Turris Annuntiatæ ad hanc ciuitatem,qua securitate caruit,& ad pręsens caret eadem ciuitas(vt notoriū est) siquidem molituram necesse fuit procurare in Molendinis Gaetę,Costæ Amalfiæ,Castrimaris,Sarni, Schifati, & aliorū locorum ab ea satis remotorum,tum ēt quia viliori mercede consequetur molituram præfatam, ac vilioribus expensis assequetur conducturam dictarum farinarum ad hanc ciuitatem quibus additur Dominos territoriorū quibus aqua præfata deducenda erit iuxta prænarratam descriptionem & acta non dissentire, nec conquestos fuisse de dicto aquæ ductu peragendo concessa licentia, qui si omnes vel ipsorum aliqui dissentirēt cogi possent de iure ad consentiendum & territoriorū prædictorum partem illā
1 necessariā aquęductui præfato vēdendā ex causa dictę publicę vtilitatis per text. in l.j.vbi Bar.& alij C.de episco.audien. l.item si verberatum in §.j. vbi Bar. ff.de rei vēd.l.Lutius Titius ff.de euict.And. in c.1.§.& plaustrorum in prin.quæ sint regal. Bar.loquens in loco furcarum erigēdarum in l.fi.ff.de pign.act.& Couar. latè lib.2.var.resol.c.3.n.5.& lib.3.c.14 Quibus additur tolli tot angarias vt prætenditur iam factas, & faciendas vasallis S.C.M. à Commissarijs ciuitatis destinatis pro conductura dictarum farinarum in excessibus mandatorum eiusdem iniunctorum pro curribus, & alijs animalibus necessarijs pro illarum conductura.

Superest modo respondere aliquibus obiectionibus adductis ꝑ parte Ill. Comitis Celani Dñi castri Schifati per cuius territoriū prætenditur aquam prædictam nascentem in territorio Sarni naturaliter cucurrisse à tēpore antiquissimo vltra centum annos, qui fidelissimæ ciuitati id prætendenti opponit exceptionem defectus iuris ex dispositione tex.in l.hoc iure §.ductus aquæ ff.de aqua quot.& ęstiu.& in l.si quis diutino ff.si seruit.vendic. cum simil. etiam quia
2 aqua à suo solito cursu non debet diuerti, ad tex.in l.si manifestè cum simil. C.

de

de feruit. eo impenſius cum dicat ceſſare rationem publicæ vtilitatis vt ſupra fundatam, cum obtulerit conſtruere tot molendina melius placita dictæ ciuitati, frumentaq; moliti ad eand.gr.6.rationē ac redducere flumen Schifati nauigabile vſq; ad mare,inſtitiſſeq; pro tranſmiſſione Expertorum ad videndum ſi flumen ſchifati cōduci poſſit ad Territoriū Turris Diuæ Annuntiatæ ad finem, vt relatione habita poſſit deliberare, ſi illud ꝑ ipſum ſit ad dictum Territorium conducendum iuxta comparitionem ipſius.Nouiſſimè ſe oppoſuerunt Magnif.de Bucchis Domini Caſtri Turris Diuæ Annuntiatæ aſſerētes licentiam prædictam non eſſe concedendam tanquam redundantem in maximum detrimentum dicti Caſtri ex malo aere ortum habendo ex curſu dictæ aquæ.

At ciuitas affirmat obiectiones prænarratas non tollere iuſtiſſimam ipſius petitionem, aſſeuerat namq; iura prædicta
3 l.hoc iure §.ductus aquæ,& l.ſi quis diutino procedere iure ſeruitutis conſtitutæ,medijs contractu,vel teſtamento, vel præſcriptæ ſpatio centum annorum concurrentibus actis hominum poſitiuis, vt infra, non autem in aqua naturaliter labente per fundum, ſeu territorium inferius, niſi eo tantum caſu quo probatur diuerſionem dictæ aquæ, & curſus fieri ad emulationem ſpecificè,& non in dubio; nam vltimo caſu licitum eſt Domi-
4 no aquæ naſcentis in ſuo territorio curſum pro ſui vtilitate,ac commodo,etiam cum alterius inferioris Domini damno ad ſui libitum diuertere,iura ſunt clara in l.ſi in meo,& l. 1. §.denique Marcellus ff.de aqu.plu.arcen.l.fluminum in §. item videamus,& l. ſeq. quæ incip. proculus ff. de damn. infect. quæ licet loquantur de curſu aquæ ſubtus terram id non facit diuerſam diſpoſitionem
5 cum eandem iuris rationem habet aqua ſupra terram, quæ ſubtus terram naturaliter currens teſte Bal. in l.item lapilli num.4. verſ.ex his colligitur talis diſtinctio ibi,& paria ſunt iura ſuper terram ff.de rer. diuiſ. per tex. in l. 1. C.de interdict.idem Bal.conſ.72.incip.ad euidentiam præmittendum num.4.& 5.volum.j. iunctis dictis per Paul. Caſtr. de venis coartatis in l.diuortio §. ſi fundū ff.ſol.matr.quorum meminit Bar.Cępo. in proprijs terminis in tract. ſeruitut. in tit.de ſeruit.ruſt.pręd.c.4.nu.58.ver. quæ iura, licet loquantur,& in ſpecie in
6 Domino aquæ naſcentis in eius territorio non prohibito aquam naturaliter labentem diuertere ad ſui libitum etiam cum maximo damno Domini fundi inferioris ceſſante iure ſeruitutis ſcripſit Rip. in l. quo minus num. 25. quæ concluſio maximè & nu.28.& 29.ff.de flumin.& Paul.Caſtr.in conſ.357.incip. notandum eſt vol. 2. ita federe ſingularis diſtinctionis conciliantur iura præfata, vt ſupra ad inuicem cōtraria per Alber.in d. l. fluminum. §. item videamus verſ.ſi vero operando aufert lucrum, & ibid.Paul.Caſtr.nu.3.Affl.in deciſ.388. n.2.&in indiuiduo latiſsimè,vt nil addere poſſet,hanc opiniōnē dicit verā Bart. Cepoll.in loco præcitato à nu.51. vſq. ad nu.54.& magis concludentius, & reſtrictius à nu.58.in verb.ſed eſt dubium de quæſtione quotidiana,vſq. ad n. 59.

Sed oritur ad præſens dubium, quo nā pacto ſit intelligendū, aquam labiſſe iure ſeruitutis præſcriptæ,vel iure facultatis, in quo dubio,vera eſt iuris diſpo-
7 ſitio intelligi iure ſeruitutis præſcriptæ, quando dominus ſuperior voluit diuertere aquam,& nō diuertit; quia conſentijt prohibitioni deſuper factæ per dominum fundi inferioris, & cucurrit poſtea aqua per centū annos ex dictis gloſ. in verb.formam in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.vrb.prædior. ita Afflic.in d.deciſ. 388.nu.2.verſ.niſi probet hanc ſeruitutem, vel quādo dominus fundi inferioris in fundo ſuperiori fecit fabricam, vel aliquod ſimile pro ducēda aqua ad territorium inferius,id ꝙ fecit nō permitteretur, niſi iure ſeruitutis, ita Barth.Cęp. vbi ſupra n.56. per tex.in l.quēadmodū in §.1.in fi.cū alijs ff.ad l.Aquil. l.Diuus Pius aucupibus reſcripſit ff.de ſeru.ruſt. prædio. in l.pratum ff.de verbor.ſignif.

& in specie Rip.in d.l.quominus nu.88. vers.quod eo ipso probatur ff. de flum.
8 iure autem facultatis quando aqua naturaliter cucurrit quemadmodum inspicitur aquã hanc Sarnensem naturaliter cucurrisse ad territorium castri Schifati, sine alia prohibitione,& facto hominis,ita Barth.Cep. declarat singulariter in loco præcitato nu.57. Ratio autem secũdum
9 eum redditur nempe seruitus sine hominis facto acquiri non potest, vt testatur singulariter Bal.in ꝓprijs terminis aquę naturaliter labentis in c.1. §. si quis demanso nu.16. vers. sed nunquid aqua per se ipsam defluens de controuer. inuest.& Parisien.Doctor mali nominis in addit.ad cons.Alex.69.in vers.ius vol.5. & Calc.in cõs.53.54.& 55. qui affirmãt
10 etiam dato cursu aquæ per mille annos, posse Dominum aquæ nascentis illam diuertere, idem Calca.in cons.32.nu.5. per iura superius allegata. Quodq; sit hæc ratio euidens rogo põderetur illud
11 verbum ductus aquæ positum in d.§.ductus aquæ,quod verbum ductus importat factum hominis,iuxta illud Euangel. *Cæcus,si cęcum ducit,ambo in foueam cadunt*; de quo in c.cum sit ext. de ætate, &qualitate,& in cap. post translationem de renunc. cui additur alia ratio, quod cum tunc aqua labatur iure facultatis,& familiaritatis cursus centenarius, quini-
12 mo decies cẽtenarius non constituit ius seruitutis,nisi concurrente prohibitione vel alio actu positiuo,qui citra ius seruitutis interuenire non potest, ita glos. in verb.formam in d.l.qui luminibus ff.de seruit. vrb. præd. quam ibidem latè approbant Bart. & cæteri, & in l.quo minus ff. de flumin. quæ omnia fundant licentiam prædictam omnino esse concedendam etiam cessantibus ciuitatis petitione, & publica vtilitate vt supra fundata ; sed ad petitionem solam dicti Ill. Comitis Sarni apparẽtem, multo magis concurrẽtibus ciuitatis petitione,& prędicta publica vtilitate.

Nec oblata, & contenta in comparitione Ill. Comitis Celani tollunt publicam vtilitatem, ex pluribus in facto benè probatis. Insuper respectu dicti D. Comitis Celani citra iuris aliquam discussionem apparet sopita,nempè Illust. Comes Sarni, licet ex prædictis non sit astrictus soluere aliquid pro diuersione dictæ aquæ ex supra congestis;nihilominus,vt demonstraret ex diuersione prædicta nullum inferre interesse substantiæ rei dicto Comiti Celani,media dicta comparitione obtulit soluere interesse patiendum respectu defectus aquæ tan-
13 tum, vt puta si eius molendina minus molientur solito, quod tantum esset interesse considerabile à iure in casu quo de iure locus esset solutioni dicti interesse, non autem quod minus lucraretur ex minori accessu ꝑsonarum ad molliendum,prout tradit copiosè Bart.in l.quo minus nu.21.vers.sed si edificium vicini vbi Iaso. num.83. ff. de fluminib. Alex.in cons.194. num.11.volum.2. & Afflin dicta dec.388.nu.12.& videatur ad hoc inter consilia Bald.solemne consilium Signorol. de Homod. quod est cons.71.incip. casus talis est commune & homines de Villafranca vol.1. vltra quod ex visione loci notum factum fuit Iudicantibus ex dicta particula aquæ, vt supra ducendæ, nullum inferri præiudicium solitæ molituræ farinarum in molendinis Schifati.

Nouissimè nec obstabit obiectio mali aeris Magnificorum de Bucchis etenim corruet ex rapido cursu aquæ non existentis in magna quantitate, ac lucidè,ac & ex causa aeris maritimi resoluentis omnem humiditatem forsan ortum habituram ex aquæ prædictæ cursu. Insuper hoc modicum interesse etiam respe-
14 ctu modicitatis castri prædicti,erit de iure postponendum,tam maximè publicæ vtilitati tex.est singul. in l. actione §. labeo vers.super enim ff.pro socio, sicut è cõuerso maxima priuata vtilitas præfertur de iure paruæ publicæ vtilitati, l. 1. num.46.in antiq.vers.addeq; semper ff. sol.mat.quam allegat Iaco.Butr.in l.j.§. fi. C.de caduc.toll.& Dec. latè in cons. 244.nu.6.& ita in omnibus respondendum,& iudicandum esse cęnseo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Aqua à suo antiquo cursu non debet diuerti, & declaratur.*
2 *Flumina publica omnibus sunt communia iure gentium.*
3 *Semel publico flumine effecto etiam quod à principio fuisset priuatum amplius priuatum effici non potest.*
4 *Flumen tunc dicitur publicum quando est commune: & in eo cuique licitum est nauigare, & piscari.*
5 *Possessio declarat priuilegium dubium.*
6 *In Regno omnes aquæ, & earum decursus non sunt publicæ, nec communes cum sint propriè Baronis.*
7 *Quis potest diuertere aquam per totum deriuantem à flumine publico pro eius molendino construendo in sui maxima vtilitate in damnum molendini inferioris etiam.*
8 *Edictum ne quid in flumine publico quando cesset.*
9 *Maxima vtilitas minori est præferenda, & quomodo intelligatur.*

CONSILIVM XXII.

Pro eadem fidelissima Ciuitate, in eadem causa. Aqua an possit à suo solito cursu diuerti in flumine publico, & non priuato, & quæ dicantur flumina publica, & quę priuata.

DVM in hac causa ductus particulæ aquæ Sarnensis ad Territorium Castri Turris Annuntiatæ vertentis inter fidelissimam Ciuitatem Neap. & Illustr. Comitem Celani, idem Celani Comes oppo-
1 suisset dictam aquam diuerti non potuisse ab antiquo cursu ipsius ex reg.tex. in l.3.§.ductus aquæ ff.de aqua quotid. & æstiu.l.si quis diutino ff.si seruit.vend.& in l.si manifestè C. de seruit. & aqua. Pro parte fidelissimæ Ciuitatis fuit in præcedenti consilio fundatum iura prædicta procedere iure seruitutis præscriptæ spatio centum annorum altero de duobus modis. Primo, vel interuenientibus prohibitione aduersus diuersionem aquæ, & prohibitioni acquiescentia Domini fundi superioris vbi aqua nascitur, & cursu centum annorum à die prohibitionis, & ei acquiescentiæ. Secundo, vel intercedente opere manufacto p Dominum fundi inferioris in fundo superiori, cum id solum iure seruitutis pmissum esset cum cursu à tempore operis manufacti cētum annorum, secus autem cessante iure seruitutis, labente tamen aqua naturaliter, prout inspicitur citra ius seruitutis, sed naturalis cursus, & facultatis aquam hanc Sarnensem labisse ex dispositione tex.in l.1.§.deniq; Marcellus in l.si in meo,& in l.in concedendo ff.de aqu.pluuial.arcen.& in l.flu minum §.fi.cum l.seq.quæ incip.Proculus ff.de damn.inf.

Ad præsens audio aduersus prædictā iurium cōcordiam communi Doctorum sententia suffultam D.Comitem Celani alijs medijs insurrexisse. Primo, asseuerat concordiam prænarratam, ac prædicta quinque iura nouissimè pro Ciuitatis parte adducta, loqui in flumine priuato, prout asserit iura prædicta loqui; At
2 secus in fluminibus publicis q̄ omnibus sunt communia iure gentium ad tex. in §.flumina in §.riparum cum concor.inst. de rer.diuis.quia nauigabilia,& perēnia, quale dicit Sarnente flumen esse ex reg. tex.in l.j. §.fluminū cū simil.ff.de flum.
3 Secūdo, Ad idem obijcit, semel flumine publico effecto, etiam quod à principio fuisset priuatum, amplius priuatum effici non posse, & successiuè aquam diuerti non posse, ad quod fundandum, vt audio affert tex.in l.diligenter de aquędu. lib. 10. Cod. Tertio, asseuerat ciuitatem Sarni, & Castrum Schifati, olim fuisse possessa per vnum Dominum, cum cursu aquæ, vt ad præsens inspicitur, quo fit vt fundus superior per cursum prædictum exhibuit seruitutem fundo inferiori Schifati, & suc-

successiuè quod licet fuerint Castra prædicta separata à dominio iam dicto, remansisse seruitutem prædictam cum cursu centum annorum, & sic quod succedat dispositio illorum trium iurium in ipsius fauorem superius allegatorum.

At ciuitas luce clarius fundat fundamenta prænarrata nõ militare,& successiuè firmam remanere prænarratorũ iurium concordiam.

Primæ namq; obiectioni multifariam respondet, & dicit Primo, flumen Sarni non publicũ,nec nauigabile licet perenne,sed Ill.Comitis priuatũ, & proprium
4 id quod constat,nempè flumen tunc publicum dicitur quando est commune, & proinde in eo de iure cuiq;est licitum nauigare, & piscari, ita tex.in d.§.flumina vbi glo.in verb.cõmune,& in ver.omnibus instit.de rer. diuis. quale non cernitur flumen Sarnẽse, cum ex fidibus p̃sentatis satis superq; fundatum sit neminem etiam Ciuem Sarnensem posse per flumen cum sandolo pertransire,nisi solutis carolenis septem ꝓ qualibet vice, nec in eo piscari , nisi solutione speciali facta,ex quibus fidibus,& possessione apparet declaratũ priuilegiũ in illis verbis *aquis &c*. Respectu proprij dominij dictarum aquarum, & ipsarum cursus,& sic flumen non commune, & publicum, licet perenne, sed priuatum vtilitate, ad tex.in c.cum dilectus de consuet.& in c. 1. §.si vero fidelis de controuers.instit.
5 possessio namq; declarat priuilegiũ forsan dubium . Secundo, quia in Regno
6 omnes aquæ,& aquarum decursus non sunt publicæ, nec communes , cum sint ꝓpriè Baronũ, ex forma eorum priuilegiorum , & successiuè dicti Ill. Comitis Sarni domini ꝓprij territorij natiuitatis aquæ, ita Luc. de Penn.in l.vsum aquæ de aqueduct. lib. 10. C. id quod idem Luc.declarat nõ intelligi de fluminibus & aquis nascẽtibus in p̃dijs priuatis, sed in locis publicis, & fluminibus publicis, in l.quicunq; de fund. limitr. lib. 11. C. vt testatur Capy. in sua feud inuest. in ver.fontibus, vers. aquæ tamen omnes fol.107.col.1. ex his duabus responsionibus patet notorium responsum ad secundum prænarratum obiectum Ill.Comitis Celani fundatum super d.l. diligẽter. Tertio,& si esset publicum, nonnè apparet iure sancitum ex relatis copiosè
7 per Dec.in cons.244.per tot. deriuantẽ aquam à flumine publico pro eius molendino construendo posse aquam prædictam pro sui maxima vtilitate diuertere in damnum molendini inferioris ? ergo multo magis Illust.Comes Dominus aquæ nascentis potest de iure ꝓ sui maxima vtilitate iã notoria particulã aquæ prædictæ sine damno Ill. Comitis Celani (vt inferius subnectetur) diuertere ex dictis per Bald.in l.item lapilli col. 2. ff.de rer.diuis.Quarto etenim Ill.Comiti Celani ad præsens se opponẽti diuersioni dictæ aquæ de iure nullum aliud remedium fuisse proditum,nisi edictum Prætoris prohibitorium, de quo in rub. & Nigr.ff.ne quid in flum.publ. qđ edi-
8 ctum cessat : Primo,nullo damno vicini parato molituræ ex aquæ diuersione, ita tex.sing.in l.1.in princ.ibi: *hoc interdicto prospexit Prætor, ne deriuationibus minus concessis flumina exorrescant , vel mutatus alueus vicinis aliquam iniuriã afferat* ff.ne quid in flum.publ. Sed sic est quod ex loci visione notum factum fuit diuersionem, & defectũ dictæ aquæ particulæ,nullum nocumentum allaturũ dicto Celani Comiti, quinimò adesse superabundantiã aquæ,igitur cessat edictum hoc prohibitorium eo impensius cum non tota aqua diuertatur, sed particula,quo casu cessat prænarratum edictũ prohibitorium , ita text.in d.l.1.§.quod aũt ait aliter fluat vbi glo.in ver.ad quantitatem ff.ne quid in flum.publ. Quinto & vltimo,& si omnia cessassent citra veri præiuditiũ, ex causa dictæ publicæ vtilitatis esset Comes Celani astrictus consentire venditioni dictæ aquæ ad effectũ prædictum, ex deductis per nos in præcedenti consilio.

Nec obstabit tertium obiectum fundatum super communi dominio vtriusque ciuitatis, & Castri, remanente seruitute sequuta diuisione etenim illud ius non

sub-

subsistit de iure, cũ in contrariũ adsit tex. in l.si quis edes ff. de seruit. vrban. præd. cum concor.

Nouissimè datur responsum ad obiectum factum per Dominos de Bucchis aduersus doctrinam Alex. in l. 1. nu. 46. ff. sol. matr. qua fundauimus non esse curandũ de malo aere Castri Turris Annũtiatæ, forsan causando ex ductu aquæ
9 prædictæ, ibidem, cum hæc maxima vtilitas sit minori præferenda, videlicet: vt illud procedat quando sub hac maiori vtilitate includerẽtur homines Castri Turris Annuntiatæ, ex notatis per glos. in cap. bonæ de postul. præl. Cum sit verũ quod damnum Ciuitatis Neap. sit damnum totius Regni, & successiuè hominũ dicti Castri, qui illius participes sunt, vt notum est Iudicantibus, & successiuè homines dicti castri includentur in vtilitate ciuitatis, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus

SVMMARIVM.

1 *Domino aquæ licitum est aquam in eius territorio nascentem diuertere, quod fallit in aqua labente per tempus centum annorum iure seruitutis.*

2 *Habens ius ducendi aquam à flumine publico ad eius molendinum illam ob sui vtilitatem potest diuertere etiam in damnum molendini inferioris.*

3 *Dum aqua etiam ex flumine publico meũ ingreditur fundum mea efficitur, & successiuè de ea possum disponere ad libitum etiam cum damno vicini, quod procedit etiam in flumine nauigabili dummodo nauigio non offendatur.*

4 *Edictum prohibitorium ne quid in flumine publico quando cesset.*

5 *Non attenditur defectus commoditatis in flumine ex minori concursu molientium: sed tantum respectu molituræ ex aqua & sic ex publico oriente.*

6 *Priuatum flumen dicitur non autem publicum quando alicui non licet piscari absq; solutione vel ex forma priuilegiorum.*

7 *Quando confirmatio non interuenit ad finem disponendi, sed ad finem approbandi, nihil dat nec noui iuris confert, nec inualidum validat, & ratio.*

8 *L. binas quis edes ff. de seruit. rusti. præd. & l. binas edes ff. de seru. vrb. præd. concordantur.*

9 *Si quis fuerit Dominus duorum molendinorum, & fluminis, si concedit molendinum superius alicui non censetur concessisse vt possit aquam diuertere taliter quod non fluat ad suum inferius molendinum.*

CONSILIVM XXIII.

Pro eadem fidelissima Ciuitate Neap. in eadem causa. Domino aquæ licitum est aquam in eius territorio nascentem diuertere, & aqua si ex flumine publico meum ingreditur fundum efficitur mea, & de ea possum disponere ad mei vtilitatem etiam cum damno vicini.

IN hac causa fidelissimæ Ciuitatis Neap. & Ill. Comitis Sarni, cum Ill. Comite Celani, inter alia principalia fundamenta, quæ iure firmaui in pręcedẽtibus cõsilijs post articulum notoriæ publicæ vtilitatis eiusdem Ciuitatis, illud potissimũ fuit, Ill. Comiti Sarni licere aquam in
1 eius territotio nascentem diuertere ex dispositione tex. in l. si in meo la 1. §. deniq; Marcellus, & in l. in concedendo ff. de aqua plu. arc. l. fluminum §. fi. & l. seq. quæ incip. Proculus ff. de damn. infe. Nõ obstãte dispositione tex. in l. 3. §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æstiu. l. si quis diutino ff. si seru. vend. l. si manifestè C. de seru. & aqu. Cum posteriora iura loquantur in aqua labente per tẽpus centum annorum, altero de duobus iure seruitutis, non autem in aqua naturaliter labente per mille annos, quo iure procedunt iura primęua pro fidelissima Ciuitate, & Illustr. Comite Sarni adducta.

Aduersus quod fundamẽtum audiui Ill.

Comitem Celani inter alia insurrexisse duobus medijs: quorum Primum fuit iura pro ciuitate adducta loqui in flumine priuato, non autem publico, in quo militat rubrum, & nigrum ne quid in flumine publi. Secundum illud est, quod cum prætendat Regem Ferdinandum vti Dominum Ciuitatis Sarni, & Castri Schifati in anno 1465. concessisse Castrum prędictum Schifati D. Alfonso de Piccolominibus, cum aquis, & aquarum decursibus, & postmodum fuisse factam concessionem ciuitatis Sarni Prædecessoribus Ill. Comitis Sarni, quod concessio prædicta cum aquis &c. processerit iure seruitutis constitutę ex dispositione tex. in l. 1. ff. de seruit. legat. & in l. binas quis ædes ff. de seruit. rustic. præd. vt per Capy. in dec. 187. nu. 16.

Sed his non obstantibus fidelissima Ciuitas, ac Ill. Comes victores erunt declarandi, & proindè quod attinet ad primum obiectum, vltra deducta in consilijs meis supra illi respondeo. Primo, in flumine Schifati siue publico, siue priuato, hunc articulum fuisse decisum per S. C. contra Dominum Castri Schifati idipsũ testãte Affl. in dec. 388. qua apparet succubuisse dominum castri Schifati volentem prohibere Dominum S. Petri, ne deriuaret aquam à flumine prædicto. Secundo, quia nõ est verum prædictum assumptum ex aduerso factum in iure vt latissimè differuit Dec. in cons. 244. in fortioribus terminis nõ in Domino fun
2 di aquæ nascentis, sed tertio habente ius ducẽdi aquam à flumine publico ad eius molẽdinum illam ob sui vtilitatem valente de iure diuertere etiam in damnum molendini inferioris, nempè dum
3 aqua etiam ex flumine publico meum ingreditur fundum, mea efficitur, & successiuè possum de ea disponere ad libitum ad mei tamen vtilitatem etiam cum damno vicini, vt in terminis firmat Bal. in cap. cum omnes col. 5. nu. 21. vers. pone ex publico ext. de const. Alex. in cõs. 108. incip. in causa, & lite num. 1. vol. 2. Dec. in d. cons. 244. & Boer. latissimè in dec. 352. nu. 4. & 5. Id quod etiam procedit in flumine non modo publico verum etiam nauigabili, dummodo nauigio non offenderetur, vt singulariter testatur Bald. in rubr. de rer. diuis. col. 6. quem & Alex. in d. cons. 194. testatur. Tertio, quod si esset publicum & verum esset assumptum ex aduerso vtiq; nec noceret D. Comiti diuertenti non totam aquam, sed particulam tantum, nullum afferentem dãnum solitæ molituræ molendinorũ Comitis Celani, vt ex relatio-
4 ne Expertorum, ex quo hoc casu cessat edictum prohibitorium ne quid in flumine publ. ex Iurecons ult. responso in l. 1. in princ. & in §. quod autem Prætor ait eod. tit. ne quid in flum. publ. Aduertẽdo Dominos Iudicantes etiam attenta dispositione tex. in l. 2. §. meritò ne quid in loco publico loquente de hoc damno, vt intelligatur etiam aliqua commo-
5 ditate ablata, non attendi defectum cõmoditatis ex minori concursu molentiũ sed tantum respectu molituræ ex aqua, & sic ex publico oriente, iuxta clara verba d. §. meritò, in spetie ita scriptum relinquere Signor. de Amod. in quodam suo consilio posito inter consilia Bald. cons. 71. vol. 1. Paul. de Cast. in cons. 357. vol. 2. Alex. in d. cons. 194. num. 11. vol. 2. & Barth. Cęp. qui prædictorum DD. non meminit in tract. seruit. in tit. de seruit. rustic. præd. c. 4. nu. 50. Quarto, & nouissimè, quia flumen Schifati, est priuatũ licet perenne, id quod fundauimus, tum
6 quia nulli etiam ex Sarnensibus licitum piscari, vel nauigari sine speciali solutione ex dispositione tex. in §. flumina inst. de rer. diuis. tum etiam ex forma priuilegiorum, ex traditis per Luc. in l. vsum aquæ de aquęduct. & in l. quicunque de fund. limitr. cum alijs, quibus addimus tertio esse priuatum ex quo Comitis vti Domini territorij vbi aqua prædicta nascitur, ita Barth. Cep. vbi supra num. 28. omnino legendus.

Reliquum est modo respondere secũdæ obiectioni, quæ ex pluribus non militat. Primo, quia sibi allucinatur pars dum dicit Regem Ferdinandũ fuisse Dominum Castri Schifati, ipsumq; Alfonso Pic-

Piccolomineo concessisse iuxta priuilegium in processu existens. Etenim si benè aduertatur dictum priuilegium, seu scriptura nil aliud cōtinet nisi simplicem confirmationem Regis Ferdinandi sine tamen clausula, quatenus opus est de nouo concedimus. concessionem dicti castri factam à summo Pontifice Pio II. dicto Alfonso: ex qua apparet Primo, Regem Ferdinandum tunc non Dominum castri prædicti. Secūdo, Regem Ferdinandum non concedētem, sed confirmantem, & sic nil disponētem ex regul.tex.in c.1.& 2.de confirm.vtil.
7 vel inutil. quia huiusmodi confirmatio nil dat, nil noui iuris confert, nec inualidum validat; non enim intercessit ad finem disponendi, sed solum ad finem approbandi confirmabile tale quale est, & in quantum est verum, validum, & efficax, si tale est, & non aliter, verba sunt Glo.Par.in §.5.nu.87.fol.147.à ter. Et sic cum Rex Ferdinandus non fuerit tūc Dominus castri schifati allodialis, & cōfirmauerit concessionem prædictam, & non concesserit, cessat citra discrimen fundamentum iam dictum in aere figuratum. Quibus additur D.Comitem Celani, nec probasse prætensam scripturarū & priuilegiorum anterioritatem. Secundo, quia veritas est quod tēpore Regis Ferdinandi Primi, castrum, seu ciuitas sarni erat in dominio Dominorum de Vrsino, & postmodum Francisci Coppulæ, vt publica monumenta testantur, quo fit vt non modo adaptari possit assumptum Comitis Celani. Verum etiam vt oriatur iuris dispositio in beneficium Comitis sarni, quod tempore concessionis prætensæ, seu confirmationis in anno 1465.non poterat nec in specie tolli ius cōpetens de iure Domino ciuitatis sarni liberè diuertendi aquam prædictam, vt supra fundatum de iure, ex reg.tex.in d.l.2.§.si quis à Principe ff.ne quid in loco publico cum cōcor. Tertio, demus citra veri præiuditium inspici concessionem, non confirmationem, asseueramus nec ex illa fundari posse prænarratum assumptum, nam Capy. se fundat in di-
8 ctis iuribus l.1. ff.de seru. leg. & in l.binas quis ædes ff.de seruit.rust.præd. loquentibus in binis ædibus legatis; At secus alteris ædibus legatis, alteris verò remanentibus in posse Domini, nam tunc procedit tex.in l.binas ædes ff.de seruit. vrban.prędior.contrarium disponens, pquem ita tradidit Bald. in c. 1. §. si quis demanso num.10. vers. posset ergo du-
9 bitari de contr. inuest. asserens quod si quis Dominus fuerit duorum molendinorum, & fluminis, quod si concedit molendinum superius alicui non censetur concessisse vt possit aquam diuertere, taliter quod non fluat aqua ad suum inferius molendinum ex reg.tex. d.l.binas edes. Quarto, & nouissimè accedit siquidem etiam si verum esset fundamētum D.Comitis Celani fundatum in iure seruitutis particula aquæ prædictæ vti non nociuæ solitæ molituræ molendinorum castri Schifati vt supra poterit diuerti à Domino Sarnensi Comite, ita in spetie Bar.in d.l.in concedendo ff.de aqu.plu.arc.cui additur tex.in d.l.1.§.9 autem Prætor ait, vbi glo.in ver.ad quātitatem ff.ne quid in flum.publ. tradidit enim ibi Iureconsult.quod verba Prętoris non referuntur ad quantitatem aquę sed ad modum, & vigorem cursus aquæ, & ibi gl. dicit qđ non attenditur si plus, vel minus fluat, sed qualitas cursus.

Paulus Staibanus.

In hac causa & aquarum materia vide solemnem decis.Thesaur.245.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Creditor certus per certam citationem citandus est in confectione inuētarij alias hæres non gaudet benefic.legis inuētarij.*
2 *Citatio creditoris in inuentario conficiendo est inducta pro forma quæ in specie est adimplenda.*
3 *Quæ citatio dum non adimpletur lex prę sumit contra non adimplentes dolii malignitatem, & subtractionem bonorum.*
4 *Contra præsumptionem iuris, & de iure non*

non admittitur probatio in contrarium.

5 *Procurator ex aliqua confessione post ius quæsitum principali per decennium ante non potest præiudicare, idem in tutore & priore ecclesia.*

6 *Confessio facta per creditorem de aliqua re consistete in hæreditate debitoris quã do fit per modũ voluntariæ confessionis, vt consequatur venditionem illius rei non facit præsumere quod creditor per hoc omnia bona hæreditaria cõfiteatur.*

7 *An citatio per proclama, seu edictum facta creditoribus sufficiat in confectione inuentarij, & an opinio Bar. super hoc sit vera, & quid in muliere.*

8 *Annotatio mobilium remansorum in hæreditate debitoris facta ad instantiam creditoris an faciat cessare defectum citationis illius creditoris in confectione inuentarij, & quid in inuentario vniuersali facto per creditorem.*

9 *Confessio operatur tantum circa expressa.*

10 *An quando creditum est litigiosum tempore confectionis inuentarij, & aditionis hæreditatis sit citandus creditor in confectione inuentarij.*

11 *Hæres si non vult sibi præiudicare potest in confectione inuentarij creditorem litigiosum vti prætensum creditorem citare.*

12 *Creditor & si maneat in loco vbi fit inuẽtarium debet tamen vocari, vt intersit & præsens sit aditioni hæreditatis, & confectioni inuentarij.*

13 *Inuentarium quando conficitur vltra trimestre tempus, non tenet.*

14 *Tempus trium mensium ad conficiẽdum inuentarium quãdo incipiat currere an à die aditæ hæreditatis, vel à die scientiæ.*

15 *Inuentarium quando fit per annotationẽ bonorum, non autem exhibitis bonis testibus præsentibus an teneat.*

16 *Subscriptio hæredis in inuentario est adhibita à iure pro forma, qua nõ facta, vitiatur inuentarium.*

17 *Subscriptio hæredis in inuentario debet interuenire cum annotatione, quod illud fecerit bona fide absque malignitate.*

18 *Consuetudo vt inducatur, quæ sint necessaria.*

CONSILIVM XXIV.

Pro Magnif. D. Isabella Monsoria: contra Magnif. Dominos de Pappacoda. Creditor certus per certam citationem est citãdus in confectione inuentarij, & non sufficit citatio per proclama, seu edictum, & quid si creditum fuerit litigiosum, & an trimestre tempus infra quod potest confici inuentarium incipiat currere a die aditæ hæreditatis, vel à die scientiæ, & de alijs requisitis necessarijs in confectione inuentarij.

ADuersus propositam exceptionem beneficij legis & inuentarij, pro parte D. Alonsi Pappacodæ, contra D. Isabellam Monsoriam opponuntur, prout alias oppositi fuere nonnulli defectus, ex quibus perpendent ad præsens Domini Iudicantes, D. Alonsum & eius hæredes indignos beneficio prædicto, & successiuè iudicabunt benè desuper alias prouisum per S.C. cum silentij impositione: quorum Primus erit defectus citationis D. Isabellæ in aditione hæreditatis, & inuentarij confectione per certã citationẽ. Secundus defectus cõfectionis inuentarij infra trimestre tẽpus. Tertius defectus, cõfectio inuẽtarij mediante duplici copia annotationis bonorũ factæ per D. Alonsum in Terra Massafræ sub die 25. Augusti, & 6. Septemb. 1576 Non autem exhibitis bonis, testibus præsentibus. Quartus, & nouissimus defectus erit subscriptionis dicti D. Alonsi in prænarrato prætenso inuentario.

Primus namq; defectus suffulcitur facti, & iuris munimine: facti (inquam) dũ D. Alonsus sciebat die 15. Nouembris 1576. quo petijt declarari hæredem ex testamẽto D. Isabellam creditricem, tum respectu dotium, & iurium dotaliũ, quorum integram satisfactionem recepit ex pretio Massafræ, tum etiam respectu lega-

ga-

gari ex pluribus probationibus in facto
1 clarissimis; vnde Domina Isabella certa creditrix citanda erat per certam citationem non adimpletam, & successiuè D. Alonsus non debet gaudere beneficio prædicto, id quod fundat tex. in §. fiat inuentarium ibi, conuocare, iuncta glo. in verb. fideicommissariorum, & in verb. agentes, quę dat formam vt mictatur ad domum creditoris, Legatariorum, & fideicommissariorum, vt vel veniant, vel mictant in auth. de hæredib. & falcid. Et quod sit de forma citatio prænarrata notetur glos. in verb. conuocare in d. §. fiat inuentarium, quæ profert hęc verba: oportet dico, Bar. in l. fi. §. cum igitur num. 3. verf. erit ergo forma Bal. num. 6. Alexan. num. 8. Angel. num. 4. C. de iur. deliber. & cæteri quos refert & sectatur Dec. in consil. 250. num. 4. vbi dicit communem, & cons. 633. Aym. latissimè in cons. 225. nu. 1. qui testatur Consilium Taurinense sic censuisse ex defectu solius citationis in fin. ibi: Ex abundanti tamen, idem scripsit Capyc. in decis. 101. & decis. 87. Loffred. in cons. 32. num. 8. & Roland. à Vall. copiosè in cons. 73. num. 23. qui dicit communem 2. vol. & alij passim, quod assumptum cum Sacrum Consilium habuerit pro absoluto. Ideo Pars nititur aliquibus medijs tollere huiusmodi defectum.

Primò, dicit solemnitatem prædictam, & alias inuentas fuisse à iure pro euitandis fraudibus, quæ in casu nostro cessat ex pretensa confessione Procuratoris D. Isabellæ asseuerãtis non existere alia bona in hæreditate D. Francisci nisi Terram Massafræ, facta post decennium. Cui obiectioni respondetur Pri-
2 mo, quia citatio prædicta fuit inducta pro forma, quæ in spetie est adimplenda, plura cumulat Phanuc. in tract. inuentar. num. 46. fol. 67. Et dum non
3 adimpletur lex contra non adimplentes præsumit dolum, malignitatem, & subtractionem bonorum. Et quia lex
4 præsumit, est præsumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrarium, vt dicunt prædicti Doct. & Bald. apertè in cons. 221. in 4. volum. in princ. super quo consilio Pars se fundat vt infra, quæ sententia probatur in d. l. fi. §. sin autem hoc aliquis, ibi: *Necesse est enim omnimodo deliberantem inuentarium cum omni subtilitate facere*. Secundò, quia Pro-
5 curator ex confessione iam dicta post ius quæsitum D. Isabellæ per decennium ante non poterat eidem præiudicare, ex regul. tex. in l. 1. §. fin. ff. de reb. cor. cuius meminit Dominus de Franch. in decis. 105. qui loquitur in Tutore, & Priore Ecclesiæ, quod est plus, Castr. in l. de pupillo §. qui procuratorio de damn. infect: Bar. & cæteri in l. qui Romæ §. callimacus ff. de verbor.
6 obligat. Tertiò, quia fuit facta per modum voluntariæ confessionis, vt consequeretur venditionem Terrę Massafræ, super qua iussit Sacrum Consilium, quod Partes informarent, non vt bona omnia hæreditaria confiteretur ex dictis per Cyn. in l. 1. quæst. 14. C. de confess. & Bart. in l. certum in §. sed an ipsos in eius singulari distinctione ff. de confessis, & Bald. in l. filium quem habentem ff. famil. hercisc.

Secundò, obijcit satis superque fuis-
7 se citationem per proclama, seu edictum ex narratis per Bart. in cons. 154. qui in eo falsum dixit, tum ex authoritate text. & tot, ac tantarum glosatum, & Doctorum, quibus fundauimus citationem certorum per certam citationem esse necessariam, & de forma inuentarij, tum etiam quia idem Bar. dixerat contrarium in d. §. cum igitur nu. 3. vers. erit ergo forma, id quod cernitur ex dictis per Dominum de Franch. in decis. 229. dum testatur fuisse decisum in fauorem mulieris, non ex consil. Bart. sed vi restitutionis in integrum ex causis vt ibi per eum narratis.

Tertiò, dicit ei non nocere defe-

O ctum

ctum citationis ex causa annotationis mobilium existentium in Terra Massafrę factam de ordine S. C. ad instantiam D. Isabellæ, ex narratis per Bald. in cons. 221. volu. 4. Alexan. in cons. 70. volu. 4. & Paris. in cons. 25. volu. 2. omnes Bald. allegantes. Cui Primo respondetur Doctores prædictos loqui in inuentario vniuersali, non autem in annotatione particulari facta ad instantiam D. Isabellæ legatariæ dictorum bonorum ad euitandam illorum occupationem. Secundo nempè Doctorum prædictorum opinio est communiter reprobata, vt testatur Phanuc. in dicto tract. inuent. in 2. par. vers. decimoquinto quæro nu. 66 & Ruyn. in spetie in cons. 40. num. 5. vol. 1. qui dicunt cessare rationem prædictorum Doctorum fundatam Quia legatariusmet conficiens inuentarium allegando alia adesse bona, esseque illud insufficiens, allegaret suam tur-
9 pitudinem: Nempè confessio operatur tantum circa expressa, nam ponit exemplum in eo, qui dicit duo Castra includi in aliquo oppido; ergo negari alia non posse includi nequaquam per tex. in l. si quidem C. de transact. & in l. rationes C. de probat. cum alijs vt ibi p cum. Tertio & nouissimè, quia D. Alonsus in confectione dicti inuentarij non fuit vsus dicta annotatione, sed tantum supra citatis duabus annotationibus factis die 25. Augusti, & 6. Septembris 76.

Quartò vero narrat defectum citationis prædictæ non nocere; siquidem cre-
10 ditum legati prædicti tempore confectionis inuentarij, & aditionis erat litigiosum media supplicatione dictæ D. Isabellæ intimata D. Alonso vt supra, die 13. Septembris 76. Cui respondetur Primo, id non sufficere ex dictis per Capyc. in dec. 101. tanto magis cum ex exitu causæ, & sententia obtempta in fauorem D. Isabellæ fuit cognitum litem prę dictam motam culpa D. Alonsi nolentis adimplere legata, ac prænarrata credita, & quidem iusta ratione decisio Capycij procedit, nam si vera esset Partis obiectio, de facili solemnitas citationis prædictæ à iure pro forma adinuenta tolleretur lite mota, vel per hæredem super nullitate, vel per legatarium, hæ-
11 rede recusante illud soluere, & si Don Alonsus sibi præiudicare nequibat, poterat Dominam Isabellam vti prætensam creditricem citare, ex dictis per Angel. in l. 1. si plusquam per leg. falcid.

Quintò, & nouissimè obijcit præsentiam Dominæ Isabellæ tempore confectionis inuentarij in hac ciuitate Neap. ex regul. text. in l. fi. §. sin autem dubius C. de iur delib. Huic obiectioni accomodatur responsum illud non obsta-
12 re. Siquidem Domina Isabella debebat vocari, vt interesset, ac præsens esset aditioni hæreditatis, & confectioni inuentarij, id quod clarum fit ex dictis per glos. & Docto. vbi supra in primo articulo, id quod notum fit ex lectura text. in §. si vero in d. l. fin. qui dicit omnes Legatarij præsentes, vel quadam contestatione sibi præmissa noluerint venire, nec interesse inuentario. Tunc enim licentia erit hæredi, vt non aduenientibus Legatarijs contentus sit testium præsentia, vbi glos. in verb. Agentes, dicit, quod debet micti ad domum Legatariorum, vt vocentur, & veniant, vel mictant.

Quod attinet ad secundum defe-
13 ctum, illum firmamus ex dispositione tex. in l. fin. §. similique modo de iur. deliber. ibi dum nouerit se scriptum hæredem, quæ scientia iam fundata est de Mense Septembris, ex actibus prænarratis, vltra quod testamentum erat nuncupatiuum, & D. Alonsus post conditum testamentum appetijt ad Terram Massafræ cum eius famulis præsentibus dicto testamento à quibus sciuit testamentum, & omnia in eo contenta. Et licet Bar. ibidem teste-
13 tur tempus trium mensium currere à die adite hæreditatis; Attamen conciliari

cilian

ciliando opinionem prædictam in prin. d.l.fi.in 4.oppos. affirmat data malitia hæredis differentis aditionem, tempus non currere à die aditæ hæreditatis, sed à die scientiæ, quem ibi sectantur Iaso. colum.fin.Dec.in consl.633.& Rom. in consl. 84. quam fundat duabus rationibus, vt ibi per eum, illamq; vti veram copiosè firmat,& sectatur Aymon. in d.consl.73. num.34. quæ malitia Don Alonsi in dilatione aditionis hæreditatis iam patefacta est ex tot, & tantis actibus fundantibus etiam noluntatem Don Alonsi soluere dictum creditum D. Isabellæ,cumq; scientia patefacta est à mense Septembris inuentariumq;prętensum fuerit confectum 11.Februar.77. ergo illud cernitur factum extra trimestre tempus.

Tertium defectum .s. non exhibitionis bonorum testibus præsentibus fun-
15 dant Bar.Ang.Iaso.Castr. Dec. Bald.& alij copiosè relati per Roland. à Vall.in d.consl.73.num.15.

Quartum & vltimum defectum sub-
16 scriptionis hæredis vitiantis dictum inuentarium vti adhibita de iure pro forma fundāt tex.in d.l. fi.§.cum igitur, & Bar.Iasl.Dec.Guid.Pap.Angel.& alij copiosè relati per Roland. à Vall. in dicto consl.73.num.39. & 40. Debet enim
17 subscriptio interuenire hæredis, cum annotatione quod illud fecerit bona fide absque malignitate, vt dicit tex. in d.§.cum igitur. Et licet ex aduerso possset allegari contraria consuetudo tàm respectu præsentis defectus, quàm tertij præcedentis. Respondetur hanc con-
18 suetudinem non esse probatam, nec secundum eam iudicatum, nec declaratum hanc esse consuetudinem iuxta species consuetudinis relatas per Neapodan.in prohem. consuetudinum nu. 10.versl.egregius autem Doctor D. Bartholomæus de Capua ponit quatuor consuetudinum, prout in specie respondidit, & scripsit Rolan. à Vall. in dicto consl.73.num.41.versl.similiter non obstat.

Ex quibus defectibus sic in iure luce clarius fundatis Domini Iudicantes approbabunt decretum per Sacrum Consilium latum in fauorem D.Isabellę,imponentq; Aduersarijs perpetuum silentium. Et ita in omnibus respondendum & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Vitium litigiosi in diuisione locum non habet.*
2 *Quando diuisio fit ex causa necessaria litigiosi vitium cessat.*
3 *Quando diuisio fit post conclusum in causa cessat vitium litigiosi.*
4 *An instantia cepta cum laico, continuari debeat in clericum.*
5 *Instantia cepta cum aliquo, non continuatur in fiscum possessorem.*
6 *Fiscus,& clericus suos Iudices particulares habent.*
7 *Clericus nec volens potest ecclesiasticam iurisdictionem declinare.*
8 *In iudicio particulari instantia cepta cum vno, non potest continuari cum alio,& nu.9.*
10 *Quando diuisio fit post conclusum in causa instantia cum vno cepta in alium non transit.*

CONSILIVM XXV.

Pro Abbate Ioa. Vincentio Cutillo: contra Incarnatos. Vitium litigiosi in quibus casibus cesset, & an instantia cepta cum laico,continuari debeat in clericum.

EX hijs quæ in facto constant dubium non est Ioa. Vincentium Cutillum fuisse, & esse clericum de anno 1577. ac vti clericum sæpe sæpius ad Ecclesiasticum Iudicem fuisse remissum, ex quo infertur in præsenti causa de qua agitur fore ad suum Iu-

dicem remittendum quod ex infrascriptis deducitur rationibus.

Verum est in facto territorium petitũ relaxari per incarnatos actores fuisse in anno 1585.solemni,ac legitima diuisione interueniẽte cum authoritate S.R.C. inter Io.Nicolaum, & Io.Vincentiũ fratres adiudicatum integrè Io. Vincentio clerico,ex quo sequitur ꝙ dum per dictum clericum Io.Vincentium fuit petitum causam prædictam remitti ad suum Iudicem competentem nõ solum remittenda causa est respectu portionis ipsius Io.Vincentij, sed etiam respectu portionis Io.Nicolai, obuentæ per diuisionem dicto Vincentio.Nam cum nullum vitiũ in dicta diuisione adsit,& etiam vitium litigiosi cesset quod ex pluribus demonstratur.

1 Primò,quia vitium litigiosi in diuisione locum non habet l.fi.vbi omnes DD. C.de litig.§.&hoc adijciendum auth.de litig.& in const.Regn. eorum fraudibus vbi Affl.nu.13.

Secundò, quia diuisio prædicta fuit fa
2 cta in causa necessaria ob multas, ac varias differentias inter Io.Vincentium, & Io.Nicolaum fratres,quapropter authoritate S. C. diuisionem prædictam fecerunt, quo fit, vt clara sit iuris conclusio vitium litigiosum omnino cessare Ang. in l. Diuus ff.de petit. hæred. Affl.in d. Const.eorum fraudibus nu.16.

Tertiò,quia alienatio prædicta fuit fa
3 cta post conclusum in causa, ex quo sequitur quod cessat vitium litigiosi, Affl. qui alios refert in d.const.nu.15. ex his igitur infertur quod cum territorium in actis deductum fuerit licito iure absque vllo litigiosi vitio integrè ad cler.Io.Vincentium peruentum,omnino ex clarissimis iuris regulis quæ iubent clericum ẽt pro patrimonialibus ad suũ Iudicem remitti, respectu totius territorij esse remittendum.

Nec obstat ꝙ forsan ex aduerso adduci possit, scilicet quod diuisio prædicta fuit facta post litem motam,& sic instantia erat cępta tam cum clerico,quam cum laico,& dum totum territorium clerico Io. Vincentio fuerit assignatum qđ instantia cępta cum laico respectu suæ partis continuari debeat in clericum.Nã plures habet responsiones: quarum Pri-
4 ma est,nam articulus iste,si instãtia cępta cũ laico continuari debeat in clericum, licet multũ sit à DD.cõtrouersus tamen crebrior,& verior est opinio pro clerico quam sequuti fuerunt infrascripti DD. Cyn.Iacob.de Rau.Alber.& Iacobi. qui ita dicit fuisse decisum in l.hæres absens ff.de Iudic.Ant.de Butr.Abb.& Fely.in cap.quia V.de Iudic. Boer.dec.69. Cagnol.in l.2.nu.252.C.de pact.int.emp. & vend. Io.Bapt.Asin.in pract. iudiciar. §.2.c.13. qui alios allegans dicit eã esse veriorem. Ratio huius conclusionis clarissimè deducitur ex tex. cum ibi notatis in l.si consta.§.si.ff.sol.matr.vbi instã-
5 tia cępta cum aliquo nõ continuatur in fiscum possessorẽ rõnem assignant DD. ex quo fiscus suos habet Iudices particu-
6 lares: Ita etiam in clerico dicendum est qui suos Iudices particulares habet, nec etiam volens potest ecclesiasticam iu-
7 risdictionem declinare, cap. si dilig. de for.comp. Secunda est responsio, nam
8 in iuditio particulari vera & absoluta est conclusio quod instantia cepta cum vno non potest continuari cum alio, Ang.& Iacob.in l. tñ ex contractibus ff.de Iud. Innoc.in cap.quia V.de Iud.alleg.test.in l.penul.ff.de pet. hæred. & l.is à quo ff. de rei vend.latè prosequitur. Asin.in sua pract.iudic.§.2.c.13.nu.36.Et eo magis hoc procedit qñ successor particularis absq;vitio rem possidet prout est in casu
9 nostro,ita ꝓbat tex.in d.c.quia V. secũdum intellectũ Innoc.&Abb.ibid.nã stat tuit ille tex. rescriptum cõtra vnũ impetratum,contra successorem absq;vitio nõ extendi,& idem exemplificat Innoc.in instantia cępta cũ aliquo,vt optimè prosequitur Abb.ibid. nu.11. Tertia est re-
10 sponsio, nam diuisio fuit facta post cõclusum in causa quo fit,vt non solum vitium litigiosi cessat,vt supra fundatũ est, sed ẽt instantia cum vno cępta in alium non transit, Ang. qui alios allegat in l. nam & si actor ff.de Iud.Socc.in suis fal-

len-

lentijs in verb. instantiæ vers. 3. fallit, & hoc comprobari potest ex his quæ tradit Affl. in dicta Const. Regn. eorum fraudibus nu. 15.

Paulus Staibanus.

In hoc consil. nu. 4. videatur D. de Franch. dec. 545. in 4. par.

Paulus Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Creditor immissus in possessionem bonorū debitoris tenetur stare Colono, & hoc tā in pignore Prætorio quàm in conuentionali procedit: & ratio.*

2 *Creditor habens pignus prætorium tenetur tantummodo ad fructus perceptos non autem percipiendos, sed creditor in pignore conuentionali tenetur etiam ad illos qui percipi potuerunt.*

3 *Creditor in pignore prætorio tenetur tantum de dolo, & lata culpa quod secus in pignore conuētionali, quia tenetur etiam de leui culpa.*

4 *Creditor pignoris prætorij tenetur stare Colono, & idem in pignore conuentionali.*

5 *Creditor in pignore pretorio dicitur versari in dolo non locando rem quam detinet, & idem in conuentionali.*

6 *Ideo creditor qui possidet pignus tenetur locare quia censetur administrator, & procurator in re ipsa per eum detempta.*

7 *Sicut in locatione facta per creditorem tenetur stare Dominus ita & creditor q; sunt correlatiui.*

8 *Creditor in pignore dicitur procurator debitoris.*

9 *Procurator non faciendo quod facere inceperat, vel debebat dicitur esse in dolo.*

10 *Creditor non locando rem pignoratam prout locare tenetur dicitur esse in dolo, & multo magis si locationes iam factas rescinderet.*

11 *Quare creditor teneatur ad fructus qui ex re pignorata percipi potuerunt.*

12 *Quando creditor non locat rem pignoratam, vel fructus non percipit qui percipi potuerunt contra eum datur actio in factum.*

13 *Non habens plenum ius in re tenetur stare Colono.*

14 *Creditor, & vnusquisque qui non habent rei dominium, licet habeant hypothecam non dicuntur habere plenum, sed semiplenum ius in re.*

15 *Succedens per Iudicis decretum, & illius vigore in aliqua re tenetur stare Colono, & ampliatur.*

16 *Semper quod quis succedit per decretum succedit ex præambulo, pacto, vel aliquo iure precedente alias decretum esset nullum.*

17 *Actus regulariter denominatur à causa proxima non autem remota.*

18 *Sententia debet intelligi secundum subiectam materiam.*

19 *In dubio actus præsumitur factus quod intelligatur gestus secundum dispositionē iuris communis, & subiectam materiam.*

20 *Ea interpretatio est adhibenda ex qua vtriq; parti consultum, & satisfactū sit.*

21 *Illa interpretatio est sumenda qua contrahentium alter damnum non sentiat, nec decipiatur.*

22 *Locator quando facit pactum de non expellendo conductorem intelligitur quatenus in futurum pensio persoluatur.*

23 *Conductor non sibi, sed Domino, vel possessori possidet.*

24 *Quando casus est ommissus in pacto, vel sententia remanet in dispositione iuris.*

25 *Pactum vsurariū esset quod creditor possideret, & reciperet per se fructus ad sui vtilitatem non compensando in credito.*

26 *Quis cogitur facere quod sibi non nocet, & alteri prodest.*

CONSILIVM XXVI.

Pro Ill. Principe *Bisiniani : contra* D. *Comitem Morconi. Creditor pignoris conuentionalis immissus in possessionem bonorum, debitoris tenetur stare Colono, & in quibus parificentur creditor pignoris prætorij cum creditore pignoris conuentionalis.*

In

IN causa mota pro parte Ill. Principis Bisiniani, contra D. Comitem Morconi assumptum principale quod teneatur D. Comes stare locationibus vtiliter factis de Ciuitate Tricarici, & Terræ Morani, antequam ipse earundem Terrarum possessionem, seu detentionem adeptus esset pro suo credito. S.R.C. decreto pcedente ex infra scriptis fundatur.

1 Primò, quia creditor immissus in possessionem bonorum debitoris tenetur stare Colono, nec potest locationē prius per debitorem factā rescindere, est tex. & ibi Bar. in l. in vēditione §. 1. ff. de bon. aucto. Iud. possid. vbi et Pomares in add. ad Bar. inquit quod alias ita fuit decisū. Ias. latè in l. diuortio nu. 34. ff. sol. matr. & nouissimè Vinc. Carot. in tract. de locat. & cond. in tit. de bon. auct. Iud. poss. nu. 2. cuius quidem §. j. dispositio loqns in pignore prætorio, multo magis vendicat sibi locum in pignore conuentionali vt sentit expressè Areti. in cons. 159. col. 10. sub nu. 16. vers. sed si iste contractus per tradita per Bar. & Moder. in l. si filio familias §. si vir in quinquennium ff. sol. matr. & in specie consuluit Alex. in cons. 141. nu. 12. lib. 5. & ratio est, quia deterioris conditionis est creditor in pignore conuentionali quam in pignore prætorio, vt est tex. in l. prætor §. est præte-

2 rea ff. de bon. auct. Iud. poss. creditor .n. habens pignus prætorium tenetur tantummodo ad fructus perceptos, non autem percipiendos, Spec. in tit. de primo decr. §. iam de effectu vers. missus ergo nisi non percipiatur eius dolo, vel lata culpa gl. in d. §. 1. legis in venditione, & optimè declarat more suo in hac materia Ant. Niguſ. in tract. de pignor. par. 5. memb. 5. nu. 5. At creditor in pignore conuentionali tenetur ne dū ad fructus perceptos, sed et ad illos qui percipi potuerunt l. 2. C. de pign. act. vbi Bar. & nouiter sequitur Sebast. Med. in tract. de cōpens. par. 2. q. 9. nu. 6. post glo. & Abb.

3 in loco vt per eum. Insuper creditor in pignore prætorio tenetur tantum de dolo, & lata culpa; at creditor conuentionalis pignoris ne dum de dolo, & lata culpa, sed et de leui dicto §. est præterea vbi per glosell. in verb. pignore, & Bar. in d. §. 1. ac Nicos. vbi supra. Si ergo est deterior conditio creditoris conuentionalis pignoris quam prætorij, & cre-

4 ditor prætorij pignoris tenetur stare colono, absurdum esset dicere quod multo magis non teneatur stare colono creditor qui habet pignus conuentionale.

5 Præterea si creditor in pignore prætorio dicitur versari in dolo non locando rem quam detinet, vt est gl. in d. §. 1. in verb. ex culpa, vbi etiam Bar. ac Nicos. vbi supra, ergo multo magis diceretur esse in dolo creditor pignoris conuentionalis si non locaret, & consequenter in pposito si locationibus tam vtiliter ini-

6 tus non staret. Insuper ideo creditor qui possidet pignus tenetur locare quia cēsetur Administrator, & Procurator in re ipsa per eum detempta, vt tradit Alex. in d. §. si vir in quinquennium col. penul. & infra quoque clarius comprobabitur, ergo idem est dicendum, nec diuersa ratio allegari potest in habente pignus cōuentionale, si est eadem ratio, & maior, ergo idem ius iuribus vulgaribus. Item si lo-

7 cationi factæ per creditorem qui non habet plenum ius in re, vt infra demonstrabitur tenetur stare Dominus vt d. §. 1. l. si in venditione, multo magis tenebitur stare creditor qui sunt correlatiui ad tex. in l. fi. C. de indict. viduit. toll. Præ-

8 terea creditor in pignore dicitur procurator debitoris l. creditori vbi Castr. & Ias. nu. 2. ff. de nou. oper. nunc. & Neguſ. in d. tract. p. 6. memb. 1. nu. 135. At pro-

9 curator non faciendo quod facere inceperat, vel debebat dicitur esse in dolo

10 l. dolus ff. mand. Igitur creditor non locando rem, prout locare tenetur, vt visū est, & in specie firmat Alex. in d. cōs. 141 num. 13. lib. 5. diceretur esse in dolo, & multo magis si locationes iam factas rescinderet. Postremo est animaduertendum et pro interesse creditoris, ad id quod tradit Bar. in l. 2. C. de pign. act. dū

red-

11 reddit rationẽ quare creditor teneatur ad fructus ẽt qui percipi potuerũt dum inquit formaliter, quia probare quod sint percepti est difficile, sed probare quod percipi potuerunt est facilè, quia potest dici quod potuit tantum locari cum itaq; iam locationes factę sint multum vtiles si vellet eas infringere D.Comes, & fructus per se percipere iurisdictioneq; locata iam vti, cuius occasione certum est quod maior pensio constituta est,laboraret contra propria comoda cũ minus perciperet & in plus teneretur prout dicitur de eo qui inhabitauit domũ,vel percipit fructus colũbratij, & nõ locauit,quia tenetur ad soluendum pensionem quantum locare poterat, vt est glo.in l.5.is qui §.1.in ver. habitandoq; ff.de pignor.& sequitur Neguſ.d.membr.5.nu.7.8. vbi ampliat ẽt in renon lo-
12 cabili & tunc qñ non locauit,vel fructus non percipit qui percipi potuerunt datur actio in factum contra creditorem vt est tex. in d.l. Prætor §.est præterea vers.in eum ff.de bon.auct. Iud.poss.

Secundo,principaliter quatenus pręmissa non conferrent,prout re vera con ferunt,certa est iuris conclusio quod nõ
13 habens plenum ius in re tenetur stare Colono,Bar.in d.§.1.l.si in venditione, & in d.§.si vir sub num.1. vbi etiam alij Scribentes Bal.in cap.quoniam frequenter §.fi.vt lit.non contest.Aret.d.consil. 159.col.10.Ias.d.l.diuortio nu.34. Carot.d.tract. tit. De sing.success. nu.14. & nouissimè oculatissimus D.Vinc.de Franch. meritissimus Præses S. C. decis. 226.nu.2.sed creditor imò quilibet qui
14 nõ habet rei dominium,licet habeat hypotecam non dicitur habere plenum, sed semiplenum ius in re,vt tradunt Bal. Castr.& Ias. in l.cum debitoris in fin.C. de Iud.& Neguſ. d. tract.par.3. memb. 2.nu.28.igitur creditor etiam hypothecarius tenetur stare Colono.

15 Tertio & vltimo,succedens per Iudicis decretum, & illius vigore in aliqua re tenetur stare Colono, Bal. in d. cap. quoniam frequenter §.fi.in fi.Ias.in d.l. diuortio num.34. Pomates, & Parisius in addi.ad Bar.in d.§.1. l. si in venditione decis. Pedemon.82, nu.6. & Caroc. d.tit.De sing.success.num.19.imò etiam si succederet ex secundo decreto, & sic pleno iure Bar.d.§.1.nu.2.quem sequitur Ias.post Alex.vbi supra: Cęterum D.Comes successit in dicta re Iudicis decreto vt supra in facto clarè patet, ergo tenetur stare Colono. Nec obstat si replicaretur quod successit vi pacti, quia hoc nihil est tum quia certum est quod
16 semper ꝙ quis succedit per decretũ succedit ex præambulo pacto, vel aliquo iure præcedente alias decretum esset notoriè iniustum, & consequenter nullum iuribus vulgaribus, tum quoniam
17 actus denominatur regulariter à causa proxima,non autem à causa remota eiq; attribuitur,tradunt DD.in rub.ff.si cert. peta.Bal.in l.ex placito q 1.C.de rerum permut.Crau.cons.163.sub nu.4.lib.1. per tex.in l.socium qui in eo ff.pro soc. sed causa proxima fuit, & est decretum Sac. Reg. Cons. ergo ista immissio debet denominari ab eodem decreto, eiq; attribui,& non pacto. Per quæ duo posteriora media res clarissima efficitur, nã licet tex. in d. §. 1. l. si in venditione locum tantum sibi vendicaret in pignore prætorio, prout etiam in conuentionali, & multo magis procedere supra comprobatum est,tamen quia negari nõ potest quod D. Comes non habeat plenum ius in re, & quod non successerit ex decreto cum Dominus dictarum rerum effectus non sit, cumq; ex actis liqueat vigore decreti in possessionem immissum fuisse sequitur necessario qđ stare debeat Colonis, & quod imò etiã si res locata non esset,ad locandum cogi posset. Et quatenus ex prædictis virtualiter sublata quoq; sint opposita pro parte D.Comitis v3. quia ratione pacti de quo supra in facto,& ratione decreti per se prætendat detinere dictam Ciuitatem,& Terram. Tamen vt res dilucidior reddatur breuiter,& formaliter te-
18 spondetur quod pactum de ingrediendo,& fructus percipiendo,& consequẽter sententia debet intelligi secundum

subie-

subiectam materiam vʒ. quod possit per se detinere, ac vti & frui non reperto conductore, vel si antequam detentionem nactus esset res locatæ non inuenirentur ex pluribus medijs.

19 Et Primò, quia in dubio actus præsumitur factus, & ita interpretari debet qđ intelligatur gestus secundum dispositionem iuris communis, & subiectam materiam l. quæro §. inter locatorem ff. locati & Crauett. cons. 91. n. 8. & cons. 4. n. 23. & latè Menoch. de arb. Iud. cas. 199. nu. 2. & seq. sed de iure creditor tenetur stare Colono, & locare vt supra dictũ est, igitur & pactum, & sententia ita sunt interpretanda.

20 Secundò, nam ea interpretatio est adhibenda ex qua vtriq; parti consultum, satisfactũq; sit l. adoptiuus §. 1. ff. de rit. nup. cum alijs aduct. per Menoch. d. cas. 199. nu. 13. At vtriq; parti consulitur ꝑ locationem, & multo magis creditori q̃ non tenebitur diligentiam magnam adhibere in percipiendis fructibus, neq; ex pluribus corporibus particulares solutiones recipere, neq; etiam minus, sed ab vnoquoq; conductore poterit satisfieri, merito ita & pactum & sententia sunt intelligenda.

21 Tertiò, illa interpretatio est sumenda qua contrahentium alter damnum non sentiat, nec decipiatur, latè Menoch. vbi supra nu. 15. & seq post alios per ipsum allegatos, sed Dominus Princeps damnum sentiret ex interpretatione pacti, & decreti quod rescinderentur locationes tum quia teneretur conductoribus ad interesse saltim intrinsecum vt notorij iuris est, & latè tradit Caroc. in materia d. tract. in tit. de eo quod interest in princ. & cū glos. in l. emptorem C. locati, tum etiam quia minus perciperetur si iurisdictio exerceretur à creditore cum certum sit illam locatam fuisse, & ex locatione illius maiorem pensionem oblatã fuisse insuper decipi faciliter posset in recognoscendo quantitatem fructuum perceptorum, vt de se patet, & animaduertit Bar. in d. l. 2. C. de pign. act. Igitur talis interpretatio penitus submouenda est, & contraria amplectenda quod .s. ex pacto & sententia non censeatur derogatum locationi faciendæ, & cum ista interpretatio sapiat equitatem quam S. C. semper amplecti solet & sequi, in proprosito quoq; admitti debet ad tradita per Menoc. d. cas. 199. nu. 4. & seq.

22 nam sicuti locator quãdo facit pactum de non expellendo conductorem intelligi debet quatenus in futurum pensio persoluatur, vt est tex. in d. §. inter locatorem q̃m ampliat Caroc. in tit. de euict. nu. 12. cum plurib. seq. ita quoq; intelligi debet alterum pactum, & successiuè sententia quod detineat creditor, & collat nisi locatorem inueniat præcipuè cũ ex quo poterit exigere pensionem à cõductoribus non dicitur dimittere rem

23 cum conductor non sibi, sed Domino, vel possessori possideat, l. malè agitur C. de præscr. trigin. vel. quatrag. ann. cum vulgaribus etiam si Dominus conduceret a creditore, l. si pignus ff. de pignor. act. & sic tunc sua non interest locare rem. Est enim casus ommissus iste

24 in pacto & sententia, quod .s. teneatur creditor stare locationi quatenus res locata reperiatur vel debeat locare quatenus locata non esset, & cum nullum verbum factum sit in eis de hoc: Igitur debet remanere in dispositione iuris, l. si extraneus ff. de cond. ob caus. cum adductis in materia per Tiraquell. de iur. primogen. q. 40. num. 194. quo iure attento visum est quod non habens plenum ius in re stare debet Colono, ꝑ ut qui succedit ex decreto Iudicis, vel iure creditoris.

Vltimò, animaduertendum est ad vnũ quod ponit rem extra omnem difficultatem, namq; aut volumus interpretari pa-

25 ctum, & successiuè sententiam quod creditor possideat, & recipiat per se fructus ad sui vtilitatem non compensando in credito, & hoc esse non potest, quia esset pactum vsurarium, & non præsumitur, vt tradit Aret. in d. cõs. 159. col. 9. sub num. 16. vers. sed istud pactum, Neguf. d. memb. 5. nu. 10. Ioa. Bap. Lup. in tract. de vsur. in repet. cap. nauiganti §. fi. n. 10

&

& passim DD. aut volumus interpretari quod detineat fructus quæ percipiat, vt compensentur, & tunc cum vt supra visum est magis intersit locatoris, & cõductoris quod res ipse locentur, & in proposito locatæ remaneant respectu iurisdictionis dicendum est, quod cogi deberet ex omni equitate ad standum locationi per iam dicta, & ex
26 regula vulgata quod quis cogatur facere quod sibi non nocet, & alteri prodest, ad tradita in l. 2. ff. solu. matr. & est bonus tex. in l. in creditore in fin. ibi qđ sine dispendio creditoris futurum est ff. de euict. quod multo magis debet procedere cum vtriq; afferatur commodũ.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Flumen licet non nauigabile, & priuatũ tamen est publicum, quando est perenne.*

2 *A flumine publico aquam diuertere non est de iure permissum nisi cum Principis licentia.*

3 *Quod procedit in concessione aquæ faciẽdæ eis qui in aqua prædicta nullum ius habent.*

4 *Ius aquæ est priuilegium quod est priuata lex.*

5 *Sedes Apostolica licet sit Regni proprietaria per inuestiturã tamen prædecessoribus Regibus factã transtulit aquas, & flumina eorumq; iura, & comoditates etiam totius Regni.*

6 *Rex noster sine alia licentia Apostolicæ Sedis etiam directę Dominę potest aquas fluminum Regni ducere, & si Summus Pontifex prohiberet contra eum agi posset per Regem actione ex inuestitura.*

7 *Flumina omnia Regni etiam perennia cum sint Regis ex forma communi priuilegiorum Baronibus ipsius concessorum in Barones illa translata sunt ex illa clausula cum aquis, & aquarum decursibus.*

8 *Deriuatio aquæ à flumine in Regno non est licita nisi præcedente Regis in terris ipsius, vel Baronis similiter in eius Terris licentia.*

9 *Tex. in l. si quis per diuinam & l. fi. C. de aquæd. lib. 11. loquuntur non in flumine publico, sed in aquæductu qui pergebat ad domum Principis tempore promulgationis illarum legum.*

10 *Tex. in l. 1. §. permittitur ff. de aqu. quotid. & æsti. est intelligendus in flumine publico, sed perendi ipsius Principis, nam in priuato eius licentia nõ est necessaria in publico simpliciter nequaquam quia sunt communia, & cuiq; de iure gentium licitum est piscari.*

11 *Inter iura vtilia connumeratur commoditas & vtilitas aquarum.*

12 *Reges Serenissimi Regni concedunt, & cõcesserunt castra, & alia in quibus sũt flumina, ac ipsa flumina Baronibus sine alio Sedis Apostolicæ assensu.*

13 *Flumina Regni ex communi forma priuilegiorum Regum huius Regni fuerunt, & sunt Baronum, illaq; sunt in libera eorum dispositione sine alia Regis licentia, & multo magis hoc militat in Serenijs. Rege nostro.*

14 *Regis licentia est necessaria in ducendo aquas à fluminibus regni nostri, non autem Summi Pontificis.*

15 *Regnum Neapol. est tributarium Sedis Apostolicæ.*

CONSILIVM XXVII.

Pro Serenijs. Rege nostro Hispaniarum: in causa aquæ Sereni. Aqua non potest diuerti à flumine publico, & perendi absque Principis licentia, quod procedit in concessione aquæ facienda eis qui in aqua prædicta nullum ius habent.

IN hoc articulo ductus partis Aquæ Sereni sine incommodo Beneuentanorum ad Ciuitatem Neapol. pro eius publica vtilitate ad instantiam Sereniss. & Catholic. Maiestatis Regis Hispaniarum, perspexi Dominorum Consulentium votorum concordiam in hoc licere eidẽ Cath. Maie-

P sta-

stati id ipsum exequi id quod si mihi cō-
cessum esset alijs medijs, iurium, & DD.
authoritatibus cōprobassem, perpēdi tñ
p Reu. D. Auditorem Pegnam cōtrouer
ti, & in medium adduci articulum non
adhuc auditum scilicet licere Seren. Re-
gi construere dictū aqueductum præuia
tamen licentia Sedis Apost. tamquā pro
1 prietariæ huius Regni, ea rōne quia cum
flumen de quo agitur licet nō nauigabi-
le & priuatum, tñ sit publicum cū fuerit
perēdæ, ex reg. tex. in l. j. §. fluminū ff. de
2 flumin. ab eo aquā diuertere nō esse de
iure permissum nisi cū Principis licentia
iux. tex. in l. si quis per diuinam liberali-
tatem, & in l. fi. vbi Luc. de Pen. de aquę
ductu li. 11. C. & in l. 1. §. permittitur cū
concor. allegatis per g'o. ibi in ver. Prin-
cipi ff. de aqu. quor. & æsti. qbus iuribus
fretus, Affl. ita scripsit in c. 1. §. flumina
nu. 9. quæ sint regal.

Sed ex infra dicēdis clarissimè demon
strabitur huiusmodi prætensionē de iu-
re non esse admittendam. Primò id sua-
detur, si quidem iura prænarrata loquū-
3 tur in cōcessione aquæ facienda eis q in
aqua prędicta nullū ius habent, id depro
mitur ex dictis l. si quis per diuinam libe
ralitatem ad cuius consummationem suc-
cessit dispos. d. l. fi. vt ibid. in princ. testa-
tur Luc. de Pen. ponderādo primo illud
verbum liberalitatem iux. glo. in c. relatū
in ver. liberaliter ext. de præb. & dign. &
latè scripta per Tiraq. in l. si vnquam in
ver. omnia vel partē aliquam n. 11. & in
ver. donatione largitus n. 1. C. de reuoc.
don. Secundo ponderādo illud verbum
4 ius aquæ q Luc. exponit .i. priuilegium
q est priuata lex in d. l. si quis per diuinā
in ver. ius aquæ. Tertiò, verba posita in
d. §. pmittitur, ius aquæ dandæ ergo nō
datæ. Quo fit vt præmisso hoc vero non
possint adaptari iura prædicta ad thema
præsens quo prætendit Seren. Rex aquā
5 prædictam ducere, inquem & si Sedes
Apost. sit Regni proprietaria per inuesti
turā prædecessoribus Regibus factā illa
transtulit aquas, & flumina, eorūq; iura,
& comoditates ēt totius Regni, ex reg.
6 tex. in l. 1. ff. de superfic. & sic Rex ipsæ
sine alia licentia Apost. Sedis ēt directæ
Dominæ pōt aquam prænarratam vt su-
pra ducere: Quinimò si Summus Ponti-
fex prohiberet contra eū agi posset per
Regem actione ex dicta inuestitura ita
tradidit tex. in d. l. 1. in §. qui superficiē
ff. de superfic. Hinc depromptum est à
7 DD. quod cum flumina omnia Regni ēt
perennia fuerint Regis, & ex forma cō-
muni priuilegiorū Baronibus ipsius con
cessorum in Barones illa translata ex illa
clausula cum aquis, & aquarum decursi-
bus, prout scripsit Lucas in l. vsum aquę
de aquedu. lib. 11. Cod. & in l. quicūq;
de fund. limitr. eo. lib. 11. C. & Capy. in
sua inuestit. feud. in verb. fontibus in
vers. aquæ tamen omnes fol. 107. deri-
8 uationem aquæ à flumine non esse lici-
tam, nisi præcedente Regis in Terris ip-
sius, vel Baronis similiter in eius Terris
licentia, Affl. in dec. 388. nu. 13. Capyc.
in d. inuest. feud in ver. fluminibus in
vers. ex fluminibus circa fin. fol. 105.

Secundo, asseuerarur iura prædicta
non posse adaptari ad casum nostrū alia
ratione, quia text. in l. si quis per diui-
9 nam, & in l. fi. loquuntur non in flumine
publico, sed in aqueductu qui pergebat
ad domum Principis tempore promul-
gationis illarum legum vt testatur Luc.
de Pen. in d. l. si quis per diuinam col. 2.
vers. tertio demum, vbi legitur hæc ver-
ba v. 3. *& tales aquæ sumebātur de aque-
ductu qui ad Imperiale palatium defluebat*, non mirū si illius consensus requiri-
tur: Insuper tex. in §. pmittitur, est intel-
10 ligendus in flumine publico, sed peren-
ni ipsius Principis, nam in priuato eius
licentia non est necessaria in publico sim
pliciter nequaquam quia sunt commu-
nia, & cuiq; de iure gentium licitum est
piscari, & alia facere §. flumina, & §.
riparum instit. de rer. diuis.

Tertiò id suadetur etenim si prænarra
ta licentia opus foret, esset necessario as
seuerandū ex inuest. pfata minimè fuisse
11 in Regē translata iura vtilia Regni inter
quæ annumeratur comoditas, & vtilitas
aquarum prædictarū contra disposi. tex.
in d. l. 1. §. qui superficiem ridiculosum
quip-

quippè esset dicere Regem cōstruere volentem molendina, vel alia similia iuxta flumen Garigliani, & alia huius Regni, & successiuè necessario deriuātem ab eis aquam; id sibi non licere sine Summi Pontificis licentia, quod à seculo nō est auditum. Quibus accedit quod adeo iura vtilia sunt liberè translata in ipsum Re-
12 gem. Cum videamus Serenifs. Regem & alios concessisse, & concedere: castra & alia in quibus sunt flumina ac ipsa flumina ex causa prædicta priuilegiorum forma, Baronibus sine alio sedis Apostolicæ assensu.

Quartò, confirmatur; nam si Lucas in
13 locis prædictis scripsit flumina prædicta ex cōmuni forma priuilegiorum Regū huius Regni fuisse, & esse Baronū, illaq; esse in libera Baronum dispositione, sine alia Regis licentia, vt per Capy. & Affl. vbi supra: ergo multo magis id in Serenifs. Rege militabit, & si propria sunt Baronum habentium causam à Rege, ergo multo magis erunt propria ipsius Regis, & in ipsius libera dispositione reposita.

Quintò, & nouissimè confutatur prætensio prænarrata ex dictis per Affl. in d. §. flumina nu. 9. quæ sint regal. super cuius dicto se fundat Dominus Consules
14 qui in his testatur Regis licentiam necessariam non tamen dicit Summi Pontificis, & non ambigitur Affl. sciuisse Regnū
15 tributarium Sedi Apost. tum vti Regis Consiliarius & Minister, tum vti legum Doctor, ex traditis in cap. ad Apostolicę de re iud. in 6. Ex quibus cum appareat dictam opinionem à iure non receptam asseueratur, super ea esse silendum.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas vectigalium à iure fisco concessa non transit in fisci conductorem.*

2 *Colonus rerum Ecclesiarum est obnoxius solutioni decimarum pro rata fructuū ad eum spectantium.*

3 *An immunitas concessa rebus, seu fructibus feudalibus sit personalis, vel realis. & nu. 4.*

5 *Bona à fructibus feudalibus empta sunt exempta à solutione collectarum.*

6 *Boues & alia animalia parata causa seu di immunia sūt à solutione collectarū.*

CONSILIVM XXVIII.

Pro Ill. Marchione Salicis. Immunitas concessa rebus, seu fructibus feudalibus an sit personalis, vel realis, adeo quod sicut Baro non tenetur soluere collectas vniuersitati, ita etiam non teneantur eius affictatores, seu coloni pro rata fructuum, ad eos spectantium.

MArchio Salicis, in Terris Salicis, & Guagnani possidens nonnulla clausoria, ac territoria feudalia, quæ alijs colenda concedit, videns illorū Affictatores, seu Colonos molestari ab vniuersitatibus prædictis super solutione collectarum, illos defendens, comparuit in Regia Camera Summariæ, & petijt medijs prouisionibus mandari eisdem vniuersitatibus, quod respectu fructuum recolligendorum, seu recollectorum ex dictis territorijs conductores seu colonos iam dictos minimè desuper molestent.

Et licet ex aduerso adduci possit tex. in l. licitatio §. fiscus ff. de publ. & vecti.
1 disponens immunitatem vectigalium à iure fisco concessam non transire in fisci conductorem, & in cap. tua nobis, &
2 in cap. licet extra de decim. asseuerantes colonum rerum ecclesiarum obnoxium solutioni decimarum pro rata fructuum ad eum spectantium, & nonnull. DD. authoritates aductæ à Rolan. à Val. in cons. 61. nu. 14. vol. 4.

Nihilominus asseueramus conductores, & colonos p̄narratos minimè obnoxios solutioni collectarum prætensarum pro rata fructuum ad ipsos peruentorū fundamentum namq; huius conclusio-
3 nis dependet ex illa decis. an immunitas concessa rebus, seu fructibus feudalibus sit personalis, vel realis, etenim si perso-

nalis succedũt omnia iura, & DD. etiam authoritates supra adductæ, & in specie doctrina Cardin. in clemen. 1. quæst. 22. & 23. de decim. sin autem immunitas prædicta erit realis, vt quia rebus, fructibus, ac prædijs de iure concessa sit partes Reg. Cam. consistent in prouisione iuxta petita v3. Conductores, & Colonos prænarratos minimè obligatos fore cõtributioni iam dictæ, idem Rol. à Vall. latissimè firmat in d. cons. 61. n. 11. cum seq. vol. 4. & scripsit Card. vbi supra.

4 Reliquum est modo fundare immunitatem iam dictam inspici de iure, non personalem, sed realem v3. ipsis bonis feudalibus concessam, id quod fundatur ex cap. Regni edito per Regem Carolum II. quod incip. P*orrecta culmini*, super solutione collectarum, à quarum solutione excipit bona feudalia his verbis videlicet: *Exclusis ab ipso apprezio bonis omnibus feudalibus omnium, & singulorum Comitum, Baronum &c.* Ex quibus verbis lucè clarius fundatur immunitatem huiusmodi fuisse concessam nõ personis Baronum; sed ipsis bonis feudalibus, & sic illam inspici realem, non personalem, quibus accedit Andr. in c. 1. in §. & plaustrorũ n. 58. ver. vnde dic. fructus feudi perceptos esse feudales, qui asseuerat adeo immunitatem hanc esse
5 realem, vt iure fundauit bona ex fructibus feudalibus empta similiter exempta à solutione collectarum.

6 Item eodem nu. 58. in principio firmauit Boues, & alia animalia parata causa feudi immunia à solutione collectarum prænarratarum ex reg. tex. in l. 2. C. de verb. sign. Cumq; ex prædictis iam fundatum sit immunitatẽ cõcessam bonis feudalibus, realem non personalem; supplicatur prouideri iuxta petita p Marchionem, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Assassinus ille nuncupatur qui pecuniam accepit, vel ei promittitur ad hominem Christianum occidendum.*

2 *In delicto non atroci conatus solus nec et pęna extraordinaria punitur.*

3 *Qui præstat auxilium ad aliquẽ euadendum post delictum simpliciter, nullo pręcedente consilio malefactori datò ante patratum delictum vt illud committat non punitur eadem pœna, sed mitiori.*

4 *Mitiorĩ pœna est plectẽdus qui simplicem fauorem delicto dedit.*

5 *Assassinus recipiens pecuniam, & deueniens ad locum proximum delicti non exequens delictum, vel quia noluit, vel quia offendẽdus non pertransijt mitiori pęna erit affligendus, etiam si deuenerit ad actum proximum.*

6 *Tortura repeti non potest nullis nouis indicijs superuenientibus.*

CONSILIVM XXIX.

Pro Laurentio Rossi, & alijs Florentinis. Suscipiens mãdatum ad euadendum delinquentem post delictum commissum nullo præcedente consilio malefactori dato ante patratum delictum, vt illud committat qua pœna plectatur, & si pro hac euasione recepit promissionem pecuniæ, an dicatur assassinus.

INquiruntur Petrus Franciscus de Ioanne, Laurentius Rossi, Iulianus Landi, & Iacobus Silli, prætextu quod requisitus dictus Petrus Franciscus die 25. Augusti 1586. à quodam tali, vt saluum faceret, seu euaderet quendã hominẽ occisurum Frãciscum de Sij mane sequenti in pertinẽtijs S. Luciæ maris, idẽ Petrus Franciscus cum dictis Laurentio, Iuliano, & Iacobo, iuxta conclusionem inter ipsos initã sero p̃cedenti se contulissent cum cimba ad maritimam dictæ Ecclesię ibiq; cimba cum nautis relicta appetijssẽt dictam Ecclesiam vbi morabãtur expectantes dictum hominẽ per ipsos euadendum, id quod non successit, fuit nempè dictus homo captus ab eodem Frãcisco offendendo, nulla tamen offensione sequuta. Hoc factum à Reg. fisco sic prę-

tensum

tensum confitentur prænarrati Petrus Franciscus Laurentius,& Iulianus in tortura,Iacobus verò similiter tortus nihil fuit confessus. Vnde quæstionis est modo, qua pęna veniant plectendi,& de Iacobo non confitente quid agendum.

Quoad confessos,ad necessarium fundamentum infra narrandorum asseueramus tria esse in facto vera, & quartum in iure,nec per Reg.fiscum posse illa tergiuersari : quorum Primum est,quod dicti inquisiti,nec vnquam viderunt, neq; nouerunt Thomam de Sosa delinquentem,neq; cum eo loquuti fuerunt, insuper quod talis qui conduxit Petr. Franciscum ad euadendum delinquentem non aliter notificauit eidem Petro Francisco delinquentem illum interfecturum Franciscum de Sij pecunia mediante, id q luce meridiana clarissimè excipitur ex depositionibus prędictorum inquisitorum,ac dicti Thomę delinquentis, & ex recognitione facta per dictum Thomã cõtra eosdem inquisitos cum neminem illorum recognouerit.

Secundũ est clarissimũ,& depromitur ex depositione prædicti Thomæ delinquentis v3. Quod ipse delinquens exequutus fuisset delictum prædictum omnino sine promissione hominum prædictorum vt supra repertorum ad ipsum euadendum,nam fatetur delinquens ipse quod requisitus à quodam tali,vt reperiret aliquem pro effectu prædicto peragendo se illi vltro obtulisse, ipsummet facinus prædictum patraturum, quodque mane diei 26. eidem delinquenti fuisse à tali oblatos dictos homines ad ipsum euadendum,& hoc non ex voluntate Thomæ, sed ex libera oblatione dicti talis ne delictum panderetur.

Tertium, hos inquisitos nobiles esse prout clarissimis eorum defensionibus manifestum est.

Prætere a Quartum & nouissimum in iure fundandũ similiter verissimum est hos inquisitos, & si pro exequutione præmissorum promissionem receperint certè pecuniarum quantitatis , non per hoc posse assassinos nominari. Primò ,

1 quia assassinus ille de iure nuncupatur qui pecuniam accepit,vel promittitur ad hominem Christianum occidendum, ita Bar. in l. non solum §. si mandato meo n.14.ff.de iniur.Paul.de Cast.in l.j.§.fi. ff.de eo p quem factum erit,Bal.&Saly. in l.nõ ideo minus col.pen.C.de accus. Hippol.in sua prax.crim.in §. examinanda nu.21.& in l.vnic.num.103.de rap. virg. & copiosissimè vt nihil addi possit Petrus à Plaz.in epith.crim.lib.1. c.19. nu.2.vers.pleriq; tamen alij.

His prælibatis firmamus dictos inquisitos confessos , vel nulla fore pœna dignos cum de assassinio non sint notati, sed tantum de mãdato suscepto ad euadendum delinquentem post delictũ,&

2 sic nõ sumus in delicto atroci quo casu conatus solus de iure,nec etiam pœna extraordinaria punitur , prout larissimè Fely.vltra dicta in suo solemni tract.de conatu tradidit in c.1.num.9. vers.fallit quinto ext.de præsump. est glo. singul. in cap.nullus Episcopus il 1.in 2.glo.1. q.1.Bal.in l.si quis non dicam rapere in 2.col.C.de Epis.& cler. Vel si aliqua pęna plectẽdi fortè venirent illa erit le-

3 uissima. Primò,quia ille qui præstat auxilium ad aliquem euadendum post delictum simpliciter, nullo præcedente consil. malefactori dato ante patratum delictum , vt illud committat audacter ex quo ipsum saluum faceret non punitur eadem pœna, sed mitiori verba Bar. per illum tex.in l.3. §.si quisquam ff. ad Senat.Consul.Sill. idem Bar. in l. furtũ commictit num.2.ff.de furt.& magis latius in l.in furti §.ope n.4.eo.tit.de fur. & est glo.in clem.1.in ver. defensauerit vers.circa tertium de pęnis,& Carrer.latissimè , vt nihil addi possit in sua prax. crim. in cap.quod incip. post verò factũ maleficium nu.1.2.& 3.cum seq.f.128. qui omnes locis prædictis vnico ære affirmant eo casu opem non præstari delicto commisso.

Secundò,id ipsum firmatur,nam prędictus Thomas delinquens omnino delictum commisisset absq; conductione

præ-

prædictorum inquisitorũ ad ipsum euadẽdum,quo fit, vt prædicti inquisiti sim
4 plicem fauorẽ,& opem præstaturi erant cum ex fauore, & ope vt supra nihil addebatur delicto, igitur mitiori pęna essent affligendi,ita loquitur glo.Io.And. singul. in cap. fęlicis §. illud declarans etiam simplicem opem,& fauorem, quam glo. ibid. sectantur Gemin. Imol. & cæt. de pęn.in 6.Ang.in l.furti §.ope nu.3.de furt.& in l.is qui opem num.4 eod.tit.qui declarat illa verba glo.quod delicto non sit auctum.s.quod delictum ita esset exequutum,& si non intercessisset illud auxiliũ, fauor, vel opus, Innoc. in cap.sicut dignum col.1. vers. sed tantum iuit, vt psonam liberaret.de homic. latissimè Carrer.in d. sua prax.crim. in cap.incip. circa secundum quando quis de auxilio teneatur nu.23.fo.132. Boe. copiosissimè in dec.167.num.2. Barth. Cęp.in cons.27. num.8. & Cyn. in l.1. vers. quid dicemus, C. de nyhager.non rump.dicit hos media esse pęna puniendos,quibus additur tex.sing. in l.1. §.q puero ff.de var.& extraor.crim.loquens in accomodante domũ subagitanti puerum,& sic in atrocioribus puniendo pęna extraordinaria. Et si omnia pdicta pcedunt ope ad effectum deducta, quanto magis mitiori pęna plectendi erunt isti inquisiti ope non consumata vt sup.

quibus omnibus ad dictam pęnam
5 molliendam addatur quod assassinus recipiens pecuniam, & deueniens ad locũ proximum delicti non exequens delictum,vel quia noluit,vel quia offendendus non pertransijt mitiori pęna erit affligendus & sic in atrocioribus,ita singulariter Bal.in l.propter insidias C.qui ac cus.non poss.Ioa.Fab.in §.item l.Cornelia de Sicar.nu.2.inst.de publ.Iud.& ita in prax. per tot. Italiam obseruari testatur Ludou.Gomes.in tit.de homic.n.xj. fol.316.Io.And.& Franc. in c.1. de homic.& idem Io. And.in cap. in pęnis de reg.iur.in 6. copiosè Ioa.Niger Camp. in prælud.comment.cap.Regn.num 43. fol.5. & in cap.Regn. ad peruersorum nu.44.qui dicit esse opinionem commu nem etiam si assassinus deuenit ad actũ proximum,& fuisse originariam opiniõnem Dyn.& Ang.in l. Item apud Labeonem §.si curauerit ff.de iniur.idemq;copiosè scriptum reliquit Barth. Cęp. in cons.80. nu.5. qui dicit eadem lege sed nòn eadem pęna assassinum hunc esse plectendum.

Nouissimè affirmo Iaco.Sill.grauiter tortum omnino esse absoluendum,nempè contra ipsum nulla adest conuictionis probatio, sed confessiones tantummodo in tortura prædictorum Petri Francisci, Laurentij, & Iuliani ex quibus inditium tantum de iure inducitur, quod ex tam graui tortura iam fuit
6 euacuatũ,quæ tortura de iure repeti nõ poterit nullis inditijs nouis superueniẽtibus, prout DD. oẽs concludunt quos refert Boer.in dec.163.nu.10.11.12.& tanto magis non erit repetenda tortura, cum maior esset pęna torturę quam delicti principalis si fortè confessus fuisset prout ex supra narratis manifestissimè patet, itaq; in omnibus de iure respondendum,& iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num.1. videatur D. de Franch. in decis. 176. vbi dicit assassinum esse qui pro premio, vel spe premij homicidium committit etiam si premium sit incertum,& quod assassinus sit etiam ille cui loco pecuniæ detur,seu promittatur alia res, dicunt Capyc.in dec.155. num.11. ver.6.dubitatio,& num.17.21. & 22.& Gram.vot.9.in princ. & ad nu.5. videatur Farinac.in 2.to.2. par.in q.123. in spec.4.nu.95. vbi dicit quod in iudicando nõ recederet ab hac opinione D.Patrui; At in Regno habemus prag.1. in tit.de assass. vbi mandatur quod si assassinus deuenerit ad actũ proximũ, dummodo vulnerauerit etiã ꝙ mors offensi non sequatur tam mandatarius quam mandans puniantur pæna mortis naturalis,quam latè more suo exornat D.Rouit.& ad nu.6.adde quod quando contra inquisitum vrgent inditia adeo grauia,qđ per primam torturam non apparent

rêt probabiliter euacuata poterit iterum torqueri etiam quod alia inditia non superuenerint, decisio est Bar. in l. vnius §. 1. nu. 2. ff. de quæst. & vide latè differentem Fatin. in tit. de indit. & tort. q. 38. à nu. 79. vsq; ad nu. 82. & D. de Franch. in decis. 538. nu. 17. in fi. & dec. 577. in fin. par. 4. vbi etiam dicit quod tunc reus licet bis tortus, & non confessus solet in pænam extraordinariam condemnari, & ita passim seruatur in Mag. Cur. Vic. & in alijs Regijs Tribunalibus Regni, prout ego dum essem Auditor in Reg. Audiẽtijs pluries seruaui, & vidi seruatum.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Ex interdictione administrationis apparet declaratio qualitatis prodigalitatis.*

2 *Contra prodigum non potest agi via ritus liquidationis.*

3 *Ritus liquidationis contra pupillum, ac minorem non procedit.*

4 *Prodigus equiparatur pupillo, ac minori.*

5 *Ex causa delicti in ommittendo de iure non obligatur prodigus, sicut nec obligatur minor.*

6 *Actio ritus liquidationis instrumenti requirit moram.*

7 *Concesso legitimo impedimento cessat mora non soluendi.*

8 *Impossibilitas excusat à mora, & à periurio super quibus ritus liquidationis fundatur. & nu. 11.*

9 *In debitore quantitatis difficultas non excusat à mora, secus si fuerit impossibilitas.*

10 *Impossibilium nulla est obligatio.*

12 *Prodigus non potest esse constitutus in mora cum tempus ei non currat.*

13 *Minor prodigus, & aliæ personæ quæ pro alio reguntur nunquam de iure constituitur in mora nisi citentur ipsi, ac eorum tutor siue Administrator.*

14 *Prodigus non potest citari solus quando legitimam personam standi in iudicio non habet.*

15 *In personam prodigi cessat periurium super quo ad agendum criminaliter ritus liquidationis dispositio fundatur.*

16 *Ritus liquidationis inheret criminalitati propter iuramentum pęnam, & periurium.*

17 *Prodigus iuramento non obligatur.*

18 *Prodigus caret voluntate, & iudicio.*

19 *In iuramento requiritur iudiciũ veritas & iustitia.*

20 *Iuramentum est quid spirituale ligans animam.*

21 *De iure non debet attendi status personæ debitoris tempore contractus, sed tempore conuentionis.*

22 *Decisio præsentis causæ.*

CONSILIVM XXX.

Pro Magnif. Andrea Franchone Barone Lateani: Contra prodigum an possit liquidari instrumentum via ritus, & multa de periurio, & mora.

MAgnif. Scipio Gomes, & Daniel Centurionus creditores tettiarum Mag. Andreæ Franchoni Baronis Lateani eundem debitorem ex defectu solutionis prænarratarum tertiarum citarsit super rescissione instrumẽtorum, quæstionis est modo an contra dictum Baronem vti prodigum procedi possit via ritus, & quidem ex infra dicendis in iure inrefragabilibus argumentis nulli anceps dubiauè fiet pars negatiua. Assumptum enim qualitatis prodigalitatis sumitur ex scriptutis, & decretis S. C. iam Curia pro Tribunali sedente exhibitis, quibus apparet S. C. fuisse eundem Baronem prohibitum contrahere debita eandemq; prouisionem omnibus Notarijs Neap. degentibus fuisse notificatam, insuper prouisum demonstratur eidem dãdum curatorem capta prius informatione de idonietate agnatorum & cognatorum iam capta, & prouisio facta non fuit ob impedimentum Consiliarij Riccardi ad præsens causæ commissarij.

1 Ex prædictis oĩbus apparet interdictio ad-

administrationis,& sic declaratio qualitatis prodigalitatis,iuxta scripta per Bar. in l.is cui bonis nu.3. vbi cæteri ff. de verb.oblig.Quinimò sola prouisio curatoris quæ vicem interdictionis substinet sufficit,ita tex.sing.in l.1. ff.de curat. furios. Et non ab re ita fuit prouisum per S. C. nempè in processu ibidem agitato apparet eundem Baronem notorium Prodigum,cum infra 11.Menses dissipauerit ducatos circiter 40.mil.ex publicis documentis.

Hoc iacto fundamento asseueramus
2 non potuisse,nec posse via ritus agi cōtra præfatum Baronem vti prodigum ad hunc modum scripsere Berardinus Pandus Grauinensis in tract. liquid.instr. in 2.par.declar.19.&Bened.de Barzis in tract.de quarantig.instr.in 3.q. Conclusio huiusmodi, ac assumptum prænarratorum DD.coadiuuatur: Primò,nempè
3 sicut contra pupillum,ac minorem ritus hic non procedit,ex traditis per Frec.in tract.liquid.instr.in 11.par.q.7.sic etiam
4 cessabit contra prodigum à iure pupillo ac minori adequatum, ita tex.sing. in l. fulcinius §.adeo §.planè,& §. idemq; ff. ex quib.caus.in poss.eatur,& glo.in l.2. C.de curat.furios.ea ratione scripsit Prodigum dignum omnibus priuilegijs minori concessis, quam glo. cæteri sectantur,& præcipuè Imol. in l. Imperatores ff.de re iud.

Secundò, siquidem huiusmodi citatio seu liquidatio proposita est ratione defectus solutionis tertiarum prætensarum,
5 & sic ex causa delicti in ommittendo,ex quo de iure non obligatur prodigus,sicut nec obligatur minor,ita tradidit Iureconsul.in d.l.fulcinius §.adeo. §.planè & §.idemque ex quib.caus. in poss. eat. disponens quod sicut minor non patitur missionem in possessionem ex latitatione,quæ est contumacia, & sic delictum in ommittendo, ita prodigus, & furiosus,sic etiam notat Angel.ibi, & tradidèrunt communiter DD. & præcipuè Iaso. num. 17. in d. l. is cui bonis ff.de verb.oblig.& fusius Titaq.in tract. de pænis caus.44.nu.46. & præses de Franch.dec.461.nu.2.

6 Tertiò,nempe actio huius ritus requirit moram,sic scripsit Frec.in d. tract. liquid.instr.q.3.quę mora ex infrascriptis cessat in personam prodigi: Primo,quia hic Baro caruit,& caret administratione suorum bonorum decreto S. C. ex quibus creditoribus de tertijs prænarratis erat,ac est satisfaciendum,quo fit,vt cō-
7 cesso legitimo impedimento cessat mora prædicta non soluēdi,ita scripsit quidam author incerti nominis in tract. liquid.instr.limit.xj.ad fin. ex congestis p Alex.in cons.92. col.6. vers. & per hoc bene facit glo.vol.1.& quod impossibi-
8 litas excuset à mora & à periurio, super quibus ritus fundatur,est tex.in cap.breui de iure iur. latè DD. in l. quod te vbi Rip.nu.38.&nu.55.ff.si cert.pet.Iacob. Menoch.in tract.de arb.iud.cas.220.nu. 47.& est tex.in l.sedet si ff.de vsur.

9 Et si dicatur, quod in debitore quantitatis difficultas non excusat à mora, vt per Bar.in d.l.quod te nu.14. Ias. num. 32.Rip.nu.52.cum congestis per Anto. Gabr.lib.6.com.opi.in tit.de solut.cōcl. 9.nu.24.Respondetur quod ad præsens agitur non de difficultate,sed de impossibilitate ex interdictione præfata,impos
10 sibilium namq; nulla est obligatio,l.impossibilium ff.de reg.iur. quæ impoten-
11 tia excusat à mora,& à periurio,ita Bal. in c.1.§.portò sub nu.5. quæ fuit prima caus.benef.amitt. quem refert, & sectatur, Affl.in tract.iuris prothom.§.2. nu. 16. ver. facit illud,& per DD.in l.si quis maior vbi Cagn.sub nu.186. & seq. C.
12 de transact. Secundo,quippè quia prodigus nunquam dici potest esse constitutus in mora, cum tempus illi non currat,& in hoc melioris est conditionis minore, cui tempus currit, sed restituitur, ita post alios scripsit Alex.in l.si curatorem habens nu.4. C.de in integr. restit. minor.Tertiò,quia quemadmodum mi-
13 nor, & aliæ psonæ,quæ pro alio reguntur nunquam de iure constituuntur in mora,nisi citentur, seu requirantur ipsi, ac eorū Tutor, siuè administrator,l.sed si ex stipulatu ff.de verb.oblig.Ias.in l.si

ex legati causa, quam legit cum d. l. sed si ex stipulatu nu. 8. ff. de verb. obl. & in l. si pupillus nu. 1. ff. cod. sic & ipse Prodigus curatoris auxilio indigens ex supra congestis.

Quartò, huiusmodi liquidatio nõ procedit, siquidẽ Baro hic pdigus solus ci-
14 tatus est, qui solus citari nõ poterat, qñquidem legitimam personam standi in iuditio non habeat, ad hunc modum latè scripsit Sebast. Vant. in tract. nullitatum in tit. de nullit. ex defectu personæ n. 23. ex dispositione tex. in d. l. fulcinius §. adeo §. planè, & §. idemq; loquens in omnibus personis alterius auxilio indigentibus, Bal. omnino videndus in l. qui neq; ff. de reb. eor. & Iaso. in d. l. si ex legati cã, & in l. si pupillus ff. de verb. obl.

Quintò, & nouissimè quoniam in per-
15 sonam huius Prodigi cessat periurium super quo ad agendum criminaliter, ritus dispositio fundatur, ita Frecc. in d. tract. par. 11. quęst. 5. 6. 7. 8. & 9. & latius par. 6. in princ. affirmans ritum hunc in-
16 hærere criminalitati propter iuramentũ
17 pęnam, & periurium. At Prodigus iuramento non obligatur, ita Rip. in d. l. is cui bonis n. 58. Alcia. in cap. cum contingat nu. 132. de iur. iur. Eman. Suar. in thesau. recep. senten. lit. P. nu. 327. & dixit communem, Franc. Viui. com. opin. opi. 183. id quod procedit de iure et si adsit Curator, ita in specie Bald. in cap. pen. nu. 3. de consuet. Alex. in d. l. is cui bonis nu. 27. & ibi Franch. Curt. in add.
18 ad eum, & ratio est, quia cum Prodigus careat voluntate, & iuditio, l. furiosi vbi DD. ff. de reg. iur. & in iuramento requi-
19 ritur iuditium, veritas, & iustitia, cap. & si Christus de iur. iur. Igitur cessante voluntate, & sic veritate, cessat iuramẽtum;
20 Insuper quia iuramentum est quid spirituale ligans animã, quo casu nõ curatur de persona curatoris, ita Bal. in d. c. pen.

Nec pdictis ita fundatis obstabit, contractus inhitos inter Baronem. prædictũ & prænarratos Aduersarios, validos esse, obligatumq; tunc Baronem iuramẽto, vti legitimam personam habentem: Nẽpè faciliter respondetur, & non negatur contractus prædictos validos, sed id de quo disceptatur illud est, vigore contractuum ad pñs non posse agi via ritus, cũ
21 de iure nõ debeat attẽdi status personæ Baronis tpe contractus, sed hoc tpe cõuentionis, ita post Bal. Ang. & Imol. scripsit latè Alex. in l. nemo potest nu. 32. ff. de leg. j. quem in proposito ex regnicolis defendit nouiter addit. ad Franc. Ant. de Iudice Roberto in tract. super eod. ritu liquid. instr. consid. 4. nu. 71. & vide Felin. in c. si. nu. 14. ext. de const. Quare ex prædictis non est cõtra dictum Baronem Prodigum via ritus procedendum, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

Pro decisione huius causæ videatur Doctissimus, & insignis Iureconsf. D. Scipio Rouitus (qui ob eximiam doctrinam, ac maximam rectitudinem, & integritatẽ proprio motu Suæ Maestat. ad Senatoriam dignitatem in S.R.C. Neap. fuit assumptus tempore quo omnes aulæ S. C. erant plenè Consiliarijs ordinarijs cuius laudes cum omnibus sint, notissimè silebo) in prag. 4. sub tit. de instrum. liquid. à nu. 17. vsque ad fin. qui pro contraria parte scripsit, & de prædicta decis. memi nit in fin. & vide D. de Franch. in decis. 672. p. 4. qui videtur tenere opinionem D. Patrui pro Prodigo quam latè defendit, licet ibi non fuerit causa decisa.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum quem esse filium legitimũ & naturalem non sufficit præsumpta probatio, sed oportet probari per apertas probationes, & sic sponsalitia intercessisse.*

2 *Matrimonium debet probari per veras, & apertas probationes, & non per præsumptiones cum sit Sacramentum, & res spiritualis.*

3 *Ad probandum matrimonium testes debent esse omni exceptione maiores.*

4 *Actore non probante reus absoluitur.*

5 *Dubia probatio semper interpretatur contra actorem.*

6 *Iudex quoties viderit partium iura obscura debet iudicare pro reo.*

7 *Quando aliquis est positus sub conditione si sine filijs, & nõ in dispositione ex propria persona tunc procedit alienatio bonorum facta per filios, & hæredes testatoris.*

8 *Non dicitur testator vocasse filios suorum filiorum, & hæredum quando in eorum persona non addidit qualitatem masculorum.*

9 *Quando in testamento est facta mentio filiorum, & hæredum requiritur in vocatis qualitas hæreditaria.*

10 *Quando portiones sunt alienatæ inter eo hæredes etiam quod in testamento prohibeatur alienatio sunt validæ.*

11 *prohibitio legalis testamentaria, & statutaria equiparantur.*

12 *Quando testator prohibet alienationem bonorum non censetur prohibuisse inter filios, sed in extraneos.*

13 *Intellectus ad tex. in l. peto in § fratre, ff. de leg. 2. & nu. 15.*

14 *Prohibitio realis tunc dicitur quando impersonaliter est facta.*

16 *Dictio aliquis habet vim inducendi dispositionem separatam in vnoquoque hæredum quia est de meris distributiua.*

17 *Dictio pro se est separatiua, & distributiua vnicuique.*

18 *Prohibitio subsequens immediatè post substitutionem censetur facta eo modo, & forma quo substitutio ꝑcedens facta est.*

19 *Quando liberi primi gradus grauantur sub conditione si decesserint sine liberis possunt detrahere statim legitimam, & adueniente postea conditione trebellianicam.*

20 *Filius grauatus potest testari de legitima & trebellianica institutis etiam extraneis.*

21 *Alienata per hæredem debent imputari in quartam.*

22 *In liberis primi gradus trebellianica prohiberi non potest.*

23 *Liberi primi gradus non computant fructus quos perceperint ex hæreditate paterna in trebellianicam.*

24 *Liberi primi gradus non ammictunt trebellianicam si non confecerunt inuentarium.*

25 *Dum hæres grauatus expendit in rebus restitutioni subiectis non censetur fecisse animo donandi, sed potius repetendi in casu restitutionis faciendæ, & ideo tales meliorationes non compensantur cum fructibus perceptis ex dictis rebus*

26 *Hæres grauatus de restituendo qui percepit fructus, illos percepit ex rebus quæ tunc temporis dicebantur suæ, & ideo tales fructus facit suos.*

CONSILIVM XXXI.

Pro *Iulia Viuelaqua: contra* Paulum *Suffiano. Ad probandum quem esse filium legitimum, & naturalem non sufficit præsumpta probatio, sed requiruntur apertè probationes, & sic sponsalitia intercessisse, & quomodo probetur matrimonium, & an positi in conditione si sine liberis, & non in dispositione ex propria persona possint annullare alienationem bonorum factam per filios, & hæredes testatoris.*

PAulus Suffiano vti filius q. Annæ Annicchiæ prętensę filię q. Antonelli Annicchi; Petijt in Curia Magnif. Capitanei Ciuitatis Litij mediante cõparitione, sibi relaxari massariam in actis deductam tanq̃ de hæreditate q. Georgij Annichi, ex cuius Annæ ꝑsona veluti vltima de familia, Paulus prædictus prætẽdit bona dicti q. Georgij ad se spectare tãquam subiecta fideicommisso. Et ad fundandam suam Intentionem, affert testamentum prædicti q. Georgij, in quo inter cætera apparet instituisse hæredes vniuersales Antonellũ, Stefanum, Rauccium, & Pirrum eius filios, eosq; ad inuicem, si sine filijs decesserint substituisse, cum prohibitione etiam quod nõ possint alienare bona in quibus fuerunt instituti hæredes, sed quod illa conseruare habeant pro se, & hæredibus ipsorum. Et dato termino in causa, Actor inter cætera nititur probare matrimonium,

vt

vt prætenditur contractum inter prædictum q. Antonellum Annicchium ex vna,& q.Ricellam de Tarento ex altera, & successiuè ex dicto matrimonio filiationem dictæ quond. Annæ matris dicti Pauli, vt ex nonnullis testibus. Ex quibus asseuerat fundasse suam intentionem virtute dicti testamenti.

Aduersus quam prætendentiam conuentæ ad excludendam intentionem Actoris inter cætera ponunt, quod Antonellus non habuit vxorem,neq; concubinam,vt testantur plures testes.Qui testes coniuncti cum alio teste partis aduersæ,arguunt vanam esse prætendentiã Actoris,qui ex prædictis,& infra dicẽdis apparet, nõ esse inprobatis, cum omnes testes vltra ꝙ sunt singulares varij, non concludentes,non reddunt causam sufficientem,maximè quia sunt personæ viles,& coniuncti dicti pupilli, & tãquam suspecti de eis nulla ratio haberi potest, & quatenus diceretur quod ex prædictis probationibus resultaret talis,qualis præsumptiua probatio; Dico illam non sufficere ad obtinendum, tum quia per conuentas est probata negatiua, per q̃ est euacuata illa præsumpta probatio, tũ
1 etiam quia ad probandum quem esse filium legitimum,& naturalem, non sufficit illa præsumpta probatio,sed oportet probari per apertas probationes, & sic probare sponsalitia præcessisse,vt per Innoc.in cap.ex parte de restit.spoliat.vn-
2 dè cum matrimonium sit Sacramentum, & res spiritualis,illud debet probari per veras,& apertas probationes,& non per præsumptiones, cap. illud extr.de præs. vt ibi notat glo.Ioa.Andr.atque Host.& per glo.in l.1. §. si ea ff. de vent.in poss. mitt.vt plenè habetur per Alex. in cons. 236. vol.2. Maximè quia in materia ca-
3 sus nostri,testes debent esse omni exceptione maiores,secundum gl.in c.1.ext. de consang. & affin. & per Felin. in c.1. col.2.vt lit.non contest.vbi concor. adducit,quod non est in casu nostro,ergo non potest pars aduersa obtinere, & sic cõcluditur conuentas debere absolui, ꝑ
4 regul.Actore nõ probante, reum debere absolui,l.Actor C.de probat.l.ei qui eod.tit.ff.& l.qui accusare C.de edend. Insuper ad corroborationem præmissorum,quatenus Actor assereret,quod dicta talis, qualis probatio præsumpta sufficeret ad obtinendum (quod non con-
5 ceditur)dico ꝙ est dubia probatio, quæ sẽper interpretatur contra Actorem, vt in c.inter dilectos in fi.extr. de fid.instr. cap.ex literis,& cap.in præsentia ext.de prob.& per Bar.in l.2.nu.7.ff.de duob. reis,& per eũdem in l.inter stipulantem in §.si stichum nu.6.ff.de verb. obl. vn-
6 dè Iudex quoties viderit partium iura obscura,debet iudicare pro reo, vt in l.Arianus ff.de act.& obl. Sed dato, & non concesso quod prædicta q. Anna sit filia q.Antonelli Annicchi, est tãtum
7 posita in conditione ibi:si sine filijs,quo casu nõ est posita in dispositione ex ꝓpria persona,& sic procedit alienatio, & dispositio prædictorum bonorum ꝑ filios,& hæredes dicti q.Raucci testatoris, inter quos adfuit prædictus q.Antonellus prætensus pater prædictæ q. Annæ ex communi regula iuris per glo.fi. in l.Lutius la 2.ff.de hæred.inst. quam sequuntur ibid.Bar.& Im.& Dec.in l.1.C. de pact.& quãplures alij DD. quos oẽs refert Iul.Clar.in 3.lib.senten.in §.testamentum q.77. ad quem molestiæ causa euitãdæ me remitto: Quibus additur ex eo impensius colligi mentem Georgij
8 testatoris, non vocasse filios suorum filiorum,& hæredum,cum in eorum persona nõ addiderit qualitatem masculorum, imò ex testamento prædicto apparet vocatam Hieronymam fœminam filiam ipsius testatoris,ex his quæ tradidit Guid.Pap.in dec.184. & idem Iul.Clar. in loco præcitato q.77. Præterea principaliter affertur vanam esse prætẽsionem Actoris,si quidem quando prænarrata non subsisterent (quod non creditur) eidem agenti obstat exceptio, quem de euictione tenet actio, de qua in l. vendicantem ff. de euiction. etenim inspi-
9 citur filiorum, & hæredum factam mentionem fuisse, quo casu requiritur in vocatis qualitas hæreditaria,

ita Bar. Im. in ver. tangit tertiò, qui dicit ita Angel. tenere, Castr. in fin. col. ver. sed si poneretur, & Rip. in l. ex facto in §. si. ff. ad treb.

Tandem ex dicto iure, quando prædicta de iure non subsisterent, sunt deducendæ tres portiones alienatæ inter ipsos cohæredes, ac etiam clausoria empta p q. Pirrum Annichium, de quibus portionibus potuit Pirrus ad libitum dispo-
10 nere, cum tres portiones alienatæ inter ipsos cohæredes, constat iure permitten te fuisse factas, p tex. in l. pater in §. quindecim ff. de leg. 3. & in l. voluntas C. de fideicom. cum alijs concor. allegatis per Rom. in consi. 299. incip. Præsens Statuti pars col. vlt. in 2. dub. vndè cum res fuerit semel legitimè alienata, potuit postea Pirrus in alios extraneos alienare, etiam contra voluntatem testatoris prohibentis alienationem, vt expressè habetur in d. §. quindecim. Nec obstat si dicatur quod prohibitio testatoris fuerit vniuersalis, quia in quacunque materia prohi-
11 bitionis generalis, siue sit prohibitio legalis, siue testamentaria, vel statutaria, cũ omnes æquiparentur, secundum Bal. in l. ea lege in 2. col. C. de cond. ob caus.
12 nunquam talis prohibitio comprehẽdit filios inter se: Apparet enim testatorem sentijsse ne in extraneos alienarent, non in se ipsos, vt pulcrè per plura cõcludit Old. in cõs. 95. & Bal. in cõs. 498. in 1. lib. & idem in consi. 37. col. 2. lib. 3. vt latè probat Tiraq. in tract. de vtroq; retract. in præf. nu. 51. cum plurib. alijs seq. vbi plures alios DD. idem tenentes, adducit & idem Tiraq. in eod. tract. in §. 9. glo. 6. nu. 9. & seq. Nec afficit dispositio tex. in l. peto in §. fratre ff. de leg. 2. qui videtur de diametro repugnare nostræ dispositioni, quia huic difficultati pluribus modis satisfit.

Et primo, quia dictus §. fratre vendi-
13 cat sibi locum, quando prohibitio testatoris fuerit facta in rem, puto, nolo fundum Sempronianum alienari, sicut est in d. §. *fratre*, vndè non potest applicari nostræ dispositioni, vbi apparet quod prohibitio sit personalis, vt in d. §. quindecim, vbi facta est prohibitio in personam hęredum, ne alienarent, vt ibi tenet Bar. nu. 5. & in d. §. fratre nu. 3. & per Alex. in l. 1. nu. 87. ff. de offic. eius. Quod autẽ in casu nostro facta sit prohibitio in personam, & non in rem, patet ibi dum dicit quod nullo modo possint, & valeant vendere, cum seq. quæ verba referuntur ad personas hæredum, & non ad rem legatam, vndè non potest dici, quod prohibitio sit realis, cum dicta verba concernant personas hæredum, & non ipsam
14 rem legatam, quia tunc prohibitio realis diceretur quãdo impersonaliter fuisset facta, vt vouit Alex. in d. l. 1. nu. 87. de offic. eius, & sic d. §. fratre non vendicat sibi locum in nostra dispositione, & ideo non meretur allegari.

Alia ẽt ratione d. §. fratre non obstat, quia dictus §. haberet locũ, quoties sim-
15 pliciter tota res, vel solidum ipsius rei est prohibitum alienari, secus vero quando vnicuiq; hæredum prohibitũ sit alienare p portione sua, vt tenet idem Bar. in d. §. fratre, & Paul. in l. voluntas nu. 7. C. de fid. ac Ias. in l. filiofamil. in §. diui in 2. lect. nu. 95. & Dec. in consi. 88. in fi. vers. 2. ad tex. & idem Ias. in d. l. voluntas nu. 10. & 11. Quod autem hic facta fuerit prohibitio vnicuiq; pro eius rata, & sic sumus in dispositione d. §. quindecim patet ex verbis testatoris à princip. vsq; ad fin. ibi, dum dicit quod si aliquis ipsorum decesserit, quod vnus succedat alteri, considerando illam dictionem *aliquis*
16 quæ vim habet inducendi dispositionẽ separatam in vnoquoq; hæredum, cum sit de meris distributiuis, secũdum Bar. & alios in l. hóc articulo. ff. de hære. inst. nu. 4. & per eundem in l. qui filiabus in §. si quis ita, & ibi Alex. nu. 2. & Ias. ibid. nu. 7. & per DD. in l. hæredes mei in §. cum ita, vbi per Alex. nu. 20. ff. ad treb. & per Ias. in l. penul. n. 3. cum seq. C. de imp. & alijs subst. Præterea hoc apparet ex alijs verbis subsequentibus in prohibitione ibi, dum dicit, quod ea debeant conseruari pro se, & hæredibus; quæ di-
17 ctio *pro se*, similiter est separatiua, & distributiua vnicuiq; & eadem dictione

vti-

vtitur Iureconsul.in d.§.quindecim,vbi *sibiq;habere,& possidere volo, ea lege,& conditione ne quis partem suam vendere, donare aliudue quid facere aliquis velit.* licet in prohibitione pdicta nõ adesset dicta dictio *pro se*, sed esset simpliciter facta adhuc tñ intelligeretur diuisisse,vnicuiq; hæredũ,quia debet regulari secundum præcedentem substitutionem,quæ separatim de per se, cuiusq; hæredis loquitur vt supra demonstratum est; Pro-
18 hibitio enim subsequẽs immediatè post substitutionem censetur facta eo modo & forma,quo substitutio præcedens facta est,vt eleganter probat Dec. in cons. 636.nu.7.Sed vt penitus omnis dubitatio tollaturprohibitionem factam esse vnicuiq; pro parte, expressè legitur in vltimis ibi, dum dicit & si fortè alter ipsorum hæredũ vendiderit bona, in quibus est institutus hæres (& sic loquitur de portione sua) dicti hæredes,vel alter ipsorum,qui non vendiderit,accipere debeat portionem illius,cum sequen.Ex quibus patet casum nostrum subiacere dispositioni d. §. quindecim, & non, §. fratre,& per consequens rectè fuisse alienatas portiones inter ipsos cohęredes, & successiuè Pirrum de dictis portionibus potuisse disponere, institutis extraneis,excluso prædicto Paulo nepote ex filia prætensa prædicti q.Antonelli; ex qbus oĩbus patet respõsio ad portiones alienatas inter ipsos cohæredes.

Quo verò ad portionem Pirri,quę nõ fuit alienata inter cohæredes cõiunctos dico q ex portione d. Pirri, detrahenda est legitima, & trebellianica,quia quan-
19 do liberi primi gradus, grauantur sub cõditione,si decesserint sine liberis,possunt detrahere statim legitimam,& adueniente postea conditione trebellianicam ita tenet glos. in l. Papinianus §. meminisse in ver. falcidiæ ff. de inoff. testam. & ibi Bar.& gl.in l.quãquam C.ad leg. falcid. per tex.in cap.Rainaldus,& in c. Raínuntius,&ibi glo.in verb.trebel.ext. de testib.quam opinionem sequitur latè Bal. in l. filium in vers. vltimo quæritur C.famil.herc. & eam comprobat ibi Ias. n.6.cum plurib.seq.& idem Ias.in auth. res quæ C.commun.deleg.& Alex.in l. ratione in §.quod vulgo nu.10. vbi refert quãplures alios DD.idem tenentes ff.ad l.falcid. quam opinionem tãquam communem, & benigniorem sequitur Angel.in l.cohæredi in §.cum filiæ ff. de vulg.& pup. & eam etiam sequitur Dec. in cons.55.nu.8.& 202.nu.8. & secundum istam opinionem refert Vrsill. in addit.ad Affl.in dec.367.nu.9. fuisse iudicatum p S. C. & proinde prædictus
20 Pirrus legitimè potuit testari de dictis duabus quartis, nempè legitima, & trebellianica institutis etiam extraneis ad libitum, per tex. in cap. Rainaldus in §. dilectus ext. de test. pro quibus portionibus hæredes instituti per Pirrum, habent ius retentionis, secundum Alex.in cons.178. incip.actentis vol. 3. maximè
21 quia alienata per hæredem,debet imputari in quartam,secundum Bal.in l.iubemus C.ad trebel.& etiam tenet Paul.de Castr.in cons.14. & eum sequitur Alex. in l.in quartam nu.12.ff.ad leg.falc.& in l.Marcellus in §.res quæ.& ibi Ias.n.12. & 13.ff.ad trebel. Quod autem dicitur respectu portionis alienatæ per dictum Pirrum,idem dico respectu aliarum portionum alienatarum inter cohæredes, quando primus articulus de iure nõ subsisteret, nec afficit qđ dictus Pirrus fuerit prohibitus alienare,& sic non potuisse secundum vnum intellectum DD.detrahere trebellianicam; quia in liberis
22 primi gradus trebellianica prohiberi nõ potest,per tex.iuncta glo.in l. vt allegas C.ad leg.falcid.vt per Bal.latè in l.iubemus in 1.& 3.col.& ibi Salyc.&Paul.de Cast.C.ad treb.& ita tenet Rom.in cõs. 206. incip. licet ex communi, & in l. marcellus ff.ad trebel.& ibi Ias.num.53. cũ seq.quam opinionem etiam sequitur Dec.in cons.85.num.3. & in cons.118. nu.5.& secundum hanc opinionem refert Vrsill. fuisse iudicatum in dicta add. ad decis.Affl.367.

Similiter non afficit si dicatur fructus debere imputari in trebellianicam, quia
23 filij primi gradus non cõputant fructus quos

quos perceperint ex hæreditate paterna in treb.vt in l.in fideicom.in princ. ff.ad trebell.& ibi gl.& in l.iubemus in prin. C.ad trebell.& ibi gl. in verb.hæreditarijs,quam ibid.sequuntur Bar.Bal.Alex. & Ias.in l.Gallus in 1.lct.n.45.ff.de lib. & posth.Alex.in d.l.in fideicommissaria nu.2. ff.ad trebel.

Nec obstat quod dictus Pirrus, & alij hęredes non confecerint inuentarium & sic videantur approbasse contenta in testamento,quia non per hoc priuantur
24 legitima,& trebellianica, cum in liberis primi gradus receptum est communiter per DD.secundum veram,& magis communem opinionem,non ammictere trebellianicam,reprobata opinione nonnullorũ DD. contrariam opinionem tenentium,vt tenet Bar.sm Iacob.de Beluis.in auth. sed cum testator C. ad leg.falcid. nu. 12.& eam opinionem pluribus authoritatibus probat Ias. in d.l.marcellus in prin.nu.55.& ita etiam probat mod. Doct.Frãc.Portel.in suo tract.de inuẽt. c.6. vbi examinat quæstionem ad partes per 8.col. & tandem concludit cum ista opinione, quam etiam tenet Vrsill. qui examinat quæstionem ad partes, & tandem concludit non ammittere trebellianicam, & ita refert fuisse iudicatum per S.C.in d.dec.367.

Tandem ex dicta quota parte ruris nõ alienata,hæredes dicti q.Pirri possunt detrahere meliorationes factas per Pirrum in rebus restitutioni subiectis ex persona
25 dicti Pirri,quia dum hæres grauatus expendit in rebus restitutioni subiectis,nõ censetur illud fecisse animo donãdi, sed potius repetendi in casu restitutionis faciendæ,& ideo tales meliorationes non cõpensantur cum fructibus perceptis ex rebus restitutioni subiectis ,quia dum
26 hæres tales fructus percepit,illos percepit ex rebus, quæ tũc temporis dicuntur suæ,& ideo tales fructus facit suos , vt p gl.in l.emptor in prin.in verb.superfluũ in vers.sed quid si pendente,quã sequũtur cõmuniter DD. Bar.Bal.Imol.Cum. Paul.de Cast.Alex.Ias.in l.domos ff. de leg. 1.& ita consulendo tenuit idem Alex.in cons.123.vol.1.& eam etiam sequuntur DD.in l.Insulam in §.1.ff.solut.matr.& ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num.22.adde quod hanc quæstionem disputat ad partes D. de Franch.in dec. 11.à num.10. vsq; ad nu.20. vbi relatis hinc inde opinionibus tãdem refert fuisse per S.C.decisum posse trebellianicam prohiberi etiam in liberis primi gradus ad quod vide Molin.de primog.hispan. lib.1.c.17.num.12.vers.quod autem,& Menoch.in cons.271.vol.3.& ad nu.23 videatur idem de Frãch.d.dec.11.n.xj. & ad nu.24.vide in d.decis.11.num.22. & 23.vbi fuit per S.C.decisum iusta hãc opinionẽ D.Patrui.s.non ammicti trebellianicã ob non confectionem inuẽtarij. & quod trebellianica in liberis primi gradus possit prohiberi nõ solum espresse, sed etiam tacitè,refert decisum idem de Franch.dec.612.par.4.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Baroniæ est nomen vniuersale sub se continens plura feuda.*
2 *Baronia cognominatur quadam prouintia.*
3 *Baronia constituitur Regis destinatione, vt contineat in se plura feuda, & castra.*
4 *In feudis viuitur iure Francborum quod ius est indiuisibile.*
5 *Stante lesione pactum de retrouendendo licet temporale reputatur de iure perpetuum.*
6 *Lesio est à iure remissa Iudicis arbitrio, vt etiam in sexta parte, & minori sufficiat.*
7 *Ius reemendi non solum consistit in agendo, verum etiam in excipiendo.*
8 *Natura exceptionis est perpetua, & nulla temporis præscriptione tollitur.*
9 *Ius reemendi exceptioni coniunctum per viam exceptionis, & retentionis opponi potest, & quemadmodum ius offerẽdi quod iuri excipiendi coniunctum est nun-*

nunquam præscribitur.

10 *Venditio facta à minore citra balij autho ritatem, ac non militantibus omnibus solemnitatibus à iure requisitis in venditione bonorum minoris non tenet.*

CONSILIVM XXXII.

Pro Magnif. Barone Nohę. Feudum si per venditionem diuiditur à Baronia, cum qua est vnitum efficit venditionem nullam si in eo viuitur iure Francorum, & in prorogatione pacti de retrouendendo alicuius feudi non requiritur assensus, & pactum de retrouendendo licet temporale reputatur perpetuum stante læsione.

Magnif. Baro Nohæ media comparitione super qua fuit datus terminus, petijt per M. C. declarari contractum venditionis feudi Franchauillæ, factæ per D. Nicolaum de Noha fratrem Notario Philenio Pipio pro duc. 700. cum pacto de retrouendẽdo (licet tẽporale) declarari nullum, & successiuè condemnari illum ad relaxandum dictũ feudum, vna cum fructibus, ea potissimum ratione quia dictum feudum fuit ꝑ alienationem prænarratam diuisum à Baronia Nohæ, cui apparet vnitum, & gradatim conditionaliter, & successiuè condẽnari ad sibi illud relaxandum, vigore prædicti pacti de retrouendendo, stante deposito pretij prænarrati, vtrumq; caput sic gradatim, & conditionaliter intẽtatum, habet iuris, & facti validissima fundamenta. In facto tamen respectu primi capitis apparet fides Cedularij Reg. Cam. ex qua colligitur feudum prædictum Frãcauillæ esse vnitè taxatum cum Baronia Nohæ respectu Regiæ adohæ. Respectu tamen secundi capitis apparet ex processu prædictum pactum semper fuisse prorogatum infra tempora pacti per dictum Philenum vsque ad diem petitionis prædictæ, in quibus prorogationibus nullus apparet Regius assẽsus impetratus. Secundò, liquet ex processu prædicto maxima læsio venditoris in venditione prædicta.

Quod attinet ad Primum, fundatur dictum feudum esse vnitum Baroniæ Nohæ, id quod cernitur ex fide Cedularij Regiæ adohæ, in quo cernitur feudum prædictum taxatum coniunctim cum dicta Baronia: Quo fit vt dictum feudum censeatur membrum
1 dictæ Baroniæ, nempè illud nomen Baronia est vniuersalis facti, sub se continens plura feuda, sicut territorium, ita scripsit Frecc. in lib. 2. subfeu. in cap. quis dicatur Comes nu. 25. fol. 74. à ter. in antiq. quod fundat quinq, Andr. autho
2 ritatibus: Hinc sequitur quod DD. tradidere Baroniam cognominari quãdam Prouinciam, Hostien. in cap. nimis de iur. iur. Petr. Belluc. in Spec. Princ. in §. sed pone rubr. 23. nu. 16. fol. 130. quos refert, & sectatur idem Frec. in loc. præ
3 citato: & huiusmodi Baronia cõstituitur Regis Domini destinatione vt contineat in se plura feuda, ac castra sicut vult, ẽt in diuersis locis, ita scriptum reliquit Andr. in c. 1. nu. 2. ver. potest Rex qual. vasall. iur. deb. fidel. arg. text. in l. quid in rem §. fi. ff. de leg. 1. & in l. si quis duas §. 1. ff. de seruit. rust. præd. quem referũt & sectantur Glo. Paris. nimis copiosè in §. 2. glo. 4 nu. 30. fol. 110. à ter. & Paris in tract. reintegr. feud. in cap. incip. Aliqua verò sunt bona tit. demanial. feud. nu. 3. fol. 3. Rex est qui vnitè illa posuit in cedulario, qui vnionem facere potuit sui, vti veri Domini feudorum à principio, destinatione vt supra, ergò quis dubitat fundatam vnionem feudi Francauillæ cum Baronia Nohæ, ex vnione sequitur vera iuris conclusio, contractum prænarratum fuisse nullum, cum simus
4 in feudo in quo viuitur iure Francorum quod est indiuisibile, ita Andr. in c. 1. §. præterea nu. 36. vers. vtrum feudum possit diuidi de prohib. feud. alien. per Fed. & tradidit copiosè Camer. in d. c. Imperialem. 24. col. 4. in fi. ver. nec obstat tertium argumentum vt fol. 75. in princ. Id quod considerans Carolus V.

fel.

fel.record. quam sit pernitiosum media pragmatica sanctione nouem capitum edita in anno 1531. . . . prohibuit Ill.& Excel.Dñis Proregibus super contractibus huiusmodi assentiri nomine Regio, ex cuius contractus necessitate condemnatio fructuum de iure clarissima cernitur, ex dispositione tex.in l.1. cum concord.vbi Bar.de fid.instr.& iur. hast.fisc.lib.10.Cod.

Quod vero attinet ad 2. artic. ille ex pluribus firmatur in fauorem actricis. Primò, apparente pacti prædicti prorogatione facta per Philenium, ad cuius validitatē non requiritur Regius assensus, cum sit idem pactum, iuxta tradita per Frec. latissimè in 2.lib.subfeu.q.17.f.14 in antiq. Secundò,& si prorogatio præ-
5 dicta non adesset stante dicta læsione, pactum prædictum de retrouendendo licet temporale, & triennale, reputatur de iure perpetuum, quemadmodum de iure à DD. sancitum est, in venditione annuorum introituum cum pacto de retrouendendo ad tempus, cōcurrente in vtroq; eadem contractus suspictione ex causa modicitatis pretij, & pacto de retrouendendo, ac concurrente eadem ratione voluntatis alienandi liberè, sed cum eo pacto sperantes alienantes in tēpore pacti ipsos idoneos pro reēptione facienda, nec alias sine eo essent vendituri, licet postea ex calamitatibus eis occurrentibus, aliter eis succedat, prout singulariter considerat Nicol.Bella.in cons.37.incip.tria sunt in fi.ad hunc modum scriptum reliquerunt Hostien.in summa in tit. de vsur. §. an aliquo casu ver.9. Bal. qui tenuit negatiuam in l.2.de pact. int. empt. & vend.& in l.2. nu.9.de rescin.vend.huic læsionis dicto consentit in c.1.de feud.dat.in vic. leg. commiss.quos refert, & sectatur Iacob. de S.Georg.in l.2.quæ incip.mutuum in princ.ff.si cert.per.Bertra.in cons.88. & cons.115.vol.1.& cons.111. volu.3. Cassan.cons.11.nu.40.& in consuetud. Burgun.fol.203.à ter.& nu.22. seu 42. in addit.seq.Nic.Bell.in d.cons.37. Cagnol.q. tenuit negatiuam in l.2.de pact. int.emp.& vend. Similiter prædictis cōsentijt in d.l.2.nu.35. in 2.limit. vbi refert hanc esse cōem opinionem, & Ioan. Ant.de Nigr.in cap. Regni quod incip. Pro publici n.36.vers.quæro vsq; ad fi. & læsione prædicta stante in proposita quæst.nulla fuit differentia siue altercatio inter antiquos, & recentiores DD.q̄
6 læsionē iura remiserunt Iudicis arbitrio, vt ēt in 6.p. & minori sufficiat iuxta copiosè tradita per Guid.Pap.in sing. suo 1438.& Cagn. tradidit pro differentia remed.l.2.de resc. vend. & dictæ facultatis reemendi in d.l.2.n.35.in fi.2.lim. C.de pact.int.emp.& vend.

Ad quorum corroborationem in
7 medium affertur q̄ istud ius reemēdi nō solū consistit in agendo, & in iure actionis, verum etiam in excipiēdo siue facultate exceptionis, vnde sicut natura exce-
8 ptionis est perpetua, & nulla t̄pis præscriptione tollitur, l.pænæ in fi. ff. de dol.excep.ita & ius hoc reemēdi exceptioni coniunctum, & q̄ per viam exceptionis, vel retentionis opponi potest, &
9 & quemadmodum ius offerendi, quod iuri excipiendi coniunctum est, nūquam p̄scribitur, Bar.in l.pignori ff. de vsucap. Nicol.in tract.pign.par.5.memb.3.in fi. Franc. Balb.in tract.præscr.4 par. 5.par. q.2.& ita explicat Tiraq.omnino videndus in tract.retract.tit.2.§.1.glo.2.n.29 cum seq.& alij in locis dicti tractatus, & Couar.lib.1. var.resol.c.9.nu.9. & per tot.in hoc puncto sic breuibus pertransire volui, cū desuper nulla sit inter DD. altercatio, vt supra fundaui. Ex quibus dictis cessat obiectum aduersariorum dicentium prorogationem prædictam nullius momenti, cum fuerit facta à Philenio non vero Domino, q̄a citra dictā prorogationem ex supra congestis, pactum, licet temporale, inspicitur perpetuum.

Prædicta omnia eo faciliora redduntur
10 stāte nullitate contractus venditionis p̄dictæ factæ à minore citra Balij authoritatē, ac non militantibus, sed cessantibus omnibus solemnitatibus à iure requisitis in vēditione bonorum stabilium minoris,

noris, de quibus in l. ob æs, & in tot. tit. C. de præd. mino. & per Capyc. in decis. 113. per tot. & Deci. in cons. 60.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Quando articulus litis est dubius transactio potest habere locum, & nu. 7.*

2 *Qualitas, seu conditio viduitatis apposita in institutione non censetur repetita in legato, & quomodo intelligatur.*

3 *Dictio item vel insuper sunt repilogatiua & repetitionem inducunt.*

4 *Ex coniectura ta testatoris voluntate cōditio viduitatis apposita in institutione censetur repetita in legato.*

5 *Quando aliqua ratio, vel verisimilis mēs testatoris suadet repetitionem conditionis, tunc etiam quod capitula sint distincta inducitur repetitio.*

6 *Semper dicitur repetita conditio licet capitula sint distincta quando eadem, vel maior viget ratio.*

7 *Transactio etiam habet locum quando læsio est in dimidia.*

CONSILIVM XXXIII.

Pro Magnif. Marco Antonio Gaeta: contra Magn. Ioannam de Spiritu. Qualitas, seu conditio viduitatis apposita in institutione censetur repetita in legato ex coniectura ta voluntate testatoris, & transactio super articulo litis dubio potest habere locum etiam si læsio esset in dimidia.

ANnis præteritis decessit Magnif. Marcus Anton. Gaeta Cosentinus condito testamento, in quo Primo, reliquit hæredē vniuersalem Magnif. Ioannam de Spiritu eius vita durante, & donec vidua erit, & lectum viduale seruauerit, ea autem ad secunda vota transeunte alios substituit plures gradus substitutionum conscribens. Secundo censuit post prædicta omnes introitus omnium suorum bonorum conuerti in emptionem, ac etiam capitalia affrancāda in beneficium substitutorum, & aliorum, prout ex dicto testamento: Adeo quod perspicitur huc vsque inanis prædicta institutio, præterq; in quibusdam mobilibus domi suæ tunc existentibus, tū quia iussit omnes introitus conuerti in emptionem, tum quia prohibuit bona alienari, & Ioannæ prædictæ alios substituit, post prædicta eidem Ioannæ legat habitationem in suis domibus in appartamento, in quo ad præsens habitat, & insuper annuos duc. 200. pro eius alimētis sic simpliciter nulla viduitatis conditione expressa. Demum Ioanna transeunte ad secunda vota de dictis alimentis transegit cum Magn. Mutio de Gaeta hærede substituto pro summa annuorum duc. 100. Rebus sic existentibus, trāsactis nōnullis annis eadem Ioanna absoluta à iuramentis in dicta transactione interpositis, egit in S.C. petens Mutiū condēnari ad sibi soluendū in præteritū cōplementū eorūdem duc. 200. & singulis annis in futurū ad eandē summā sibi correspondendum nō obstante dicta transactione.

E conuerso Mutius præfatus prætendit inane præfatum iudicium ex duobus capitibus. Primò ex quo prætendit de iure conditionem viduitatis appositam in institutione esse repetitam in dicto alimentorum legato. Secundo, quod vel articulus ex infra dicendis erit clarus ꝓ Mutio, & res erit in sui beneficium sopi-

1 ta, vel saltim dubius, & iure transactio sustinebitur, ex reg. tex. in l. 1. ff. de trāsact. & ex his, quæ scripsit Afft. in decis. 220. vbi Addentes etiā si vera esset opinio illa dari læsionem in transactione, cū non fuerit læsio enormissima, nec excedēs summam vltra dimidiam, ex his quę Addentes scripsere in d. decis.

Quod attinet ad primum asseueratur

2 quod licet qualitas, seu conditio viduitatis apposita in institutione non censeatur repetita in legato, ex his quæ scripsere Bar. in cons. 39. incip. Cola, & Dec. fusius in cons. 190. Attamen firmatur coniecturam hanc repetitionis dependere, ac regulari à voluntate testatoris, tex. est exspressus in l. licet Imperator ff. de leg. 1. l. si seruus plurium in §. 1. ff.

eod.tit. l.Iulius Paulus ff. de condict. & demonst. cum alijs congestis per Manticam lib.10. de coniect.vlt.volun.tit.6. nu.15.& Decia.consi.102.nu.11.vol.2. & Marc.Ant.Peregr.in tract.de fideico. art.16.nu.10. At in proposito, cum prædicta conditio viduitatis sit multum conteplata à testatore in nonnullis partibus dicti testamenti,& respectu institutionis, illa locum habere non poterat, stante exinanitione institutionis vt supra fundatum extat,vt illa locum habeat iuxta testatoris voluntatem opus est,vt conijciamus mentem Marci Antonij testatoris fuisse in legato alimetorum, à quo tantum commodum sentiebat, vt repetita censeretur.qualitas viduitatis, alias conditio prædicta in totum inanis reddita fuisset,idq; non est ferendum.

Secúndò,id ipsum suadetur ex qualitate contentorum in dicto legato,dum in eo relinquitur habitatio in eo appartamento domorum suarum, in qua ad præsens habitat,mens namq; Marci Antonij ea fuit, & ea præsumenda est, vt Ioanna habitasset vidua in domo prædicta,non autem cum eius viro, tum quia secundus vir eam tracturus erat ad suam propriam domum, si quidem omnes, & præcipuè Nobiles habent proprias domos in dicta ciuitate Cusentiæ, nec maritata,ea de causa poterat habitare in dicta domo, etiam quia maiorem familiam oportebat habere, pro qua dicta Pars non erat sufficiens,tum etiam quia decens non erat,vt in eadem domo habitassent hæredes, ac ipsa Ioãna cum secundo viro,& eius familia,& proinde ex prædictis conijciẽdum erit repetitam qualitatem dictæ viduitatis in dicto legato,& successiuè in dicto legato annuorum duc. 200. pro eius alimentis insimul, & sub vnica oratione concepto, etiam quia inspicitur dictio *di più*, quæ sonat latinè, Item, seu insuper, quæ est

3 repilogatiua sicut item,vltima,& similes quæ repetitionem inducunt text. in l. Seia,vbi glo. de dote prælegata scripsit, Bal.in l.cum seruus in fi.ff.de.cond.inst. & fusius Simon de Pet.in tract. de coniect.vltim.volunt.lib.2.fol.1.alias 2.nu. 134.fol.169.& Mantic.vbi supra nu.12 fol.272.à ter.& Bar.in l.in repet.ff.de

4 leg.3.ex qua coniecturata testatoris voluntate huiusmodi qualitatem, ac viduitatis conditionem conscriptam in institutione esse repetitam in legato scripsit Castr.in consi.11.col.fi. vol.2. & Thom. Dorius cons. 64. in indiuiduo quorum meminit, & sectatur Peregr. vbi supra d.nu.10. & ideo Castr.Socc.& Ias. docere in l.3.§.filius ff. de lib.& posth. ꝗ

5 quando aliqua ratio, vel verisimilis mẽs testatoris suadet repetitionem cõditionis,tũc ẽt quod oratio, seu capitula sint distincta,& separata de iure inducitur repetitio,quos refert, & sectatur Masc. in tit.de prob.vol.3.concl.765.n.13.qbus Primò accedit ꝗ si repetitio pdictã non admitteretur vtiq; effectus viduitatis cõtemplatus per testatorẽ non succederet & mulier legatũ,seu cõmodũ consequeretur, nẽpè Ioanna ex institutione nullũ cõmodũ reportans qualitatẽ prædictã in ea appositã reijceret ac non adimpleret, & legatũ alimẽtorũ consequeretur,& sic diuersi effectꝰ,ab eis q̃ à testatore contẽplati,& dispositi sũt succederẽt,ita fusissimè cõprobat Masc.vbi sup.n.22.Secũdò,etenim cũ ex supra cõgestis fundatũ sit ẽt ex mẽte testatoris in d.legato conditionẽ prænarratã congruere, necessariò affirmandum est eandem qualitatem in dicto legato fuisse repetitam, vt Mascard.comprobat vbi supra nu.37.

Tertiò principaliter,principale assumptũ repetitionis d.qualitatis fundatur ex verissima iuris regula,nẽpè DD.admise-

6 rũt qualitatis huiusmodi repetitionẽ ex mẽte testatoris sẽper ꝗ eadẽ rõ,vel maior viget in vtroq; capitulo licet separato,sic Decia.in cõs.102. n.13.vol.2.Cast. in d.consi.xj.in 2.dub.vol.2. Rub.Alex. cons.84.nu.9.& Masc.vbi sup.n.43.sed sic est,ꝗ in pñti legato alimẽtorũ maior est rõ mentis testatoris q̃ in institutione pdicta,in qua est viduitatis conditio apposita ex ea ratione, quia Ioãna nullum ex institutione cõmodũ est consequutura, & Marci Ant. hæredicas nullũ patiebat incõmodum,& ex legato maximum commodum habitationis v3.& alimentorum

torum

torum, igitur asseuerandum est ex mente dicti testatoris eo impensius præsumi repetitam conditionem prædictam in dicto legato.

Quartò, & nouissimè prædicta repetitio suffulcitur optima ratione, etenim legatum prædictum apparet subrogatũ loco institutionis, in qua adiecta erat qualitas viduitatis, quandoquidem perpendens Marcus Antonius testator, ex institutione præfata nullum Ioanna consequutura erat commodum vt supra fundatum est, loco illius processit ad faciendum dictũ legatum Ioanne, & sic legatum præfatum subrogationem quãdam continuit dictæ institutionis, quo fit, vt de iure repetitio prædicta admittenda sit, vt comprobat Dec. copiosiss. in d. cons. 190. per tot.

Absoluto articulo prædicto in fauorem conuenti, secundus articulus transactionis clarus redditur, si quidem si verum est de iure assumptum repetitionis dictæ conditionis asseueratur conuentum ex transactione læsum, sin autem non ita clarum, tunc dubium, & si dubium non datur de iure Actori remedium læsionis intentatum, tum quia
7 in re dubia cadit transactio, l. 1. de transact. l. in summa §. 1. ff. de condict. indeb. cum concord. contra quam non datur remedium l. 2. C. de rescind. vendit. ex his quæ censuit Sacrum Consilium contra opinionem Bart. in d. l. 2. teste Affl. in d. decis. 220. in 1. dub. Tum etiam quando prædicta opinio non esset vera minimè adest læsio vltra dimidiam, excessiua, & enormissima si quidem pro legato annuorum duc. 200. fuit transa-
8 ctum pro annuis duc. 160. quam admiserunt DD. tenentes contrariam opinionem habito respectu ad dubium litis futurum euentum, vt Addentes ad dictam decis. Affl. 220. fusius collegerunt. Ex quibus sic in iure fundatis nulli Iudicantium anceps dubiauè fieri poterit Mutij conuenti absolutio, & ita de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

S V M M A R I V M.

1 *De iure qualibet res allodialis, & non feudalis præsumitur.*
2 *Alleganti rem feudalem incumbit onus probandi.*
3 *Datio in feudum facti est.*
4 *Possessio continuata cum perceptione fructuum arguit verum dominium.*
5 *Collatio, seu inuestitura subfeudi spectat ad illam Curiam ad quam deuolui debet subfeudum.*
6 *Territorium feudale per mortem domini deuoluitur Curiæ Baronali.*
7 *Soluens adoham non potest in regno ex hoc solo facere de allodio feudum.*
8 *Inuestitura vt arguat feudum, & fidem faciat inueniri debet penes feudatarios & verificari.*
9 *Subfeudatarij non possunt facere de allodio feudum non fundata aliter subfeudali qualitate quam per inuestituram: & nu. 10.*
11 *Si non fuerit aliter fundata qualitas feudalis assensus non facit de allodio feudum, & ratio.*

CONSILIVM XXXIV.

Pro Mag. D. Alexandro de Montibus contra Ill. Principem Casertæ. Qualibet res allodialis, & non feudalis præsumitur, & allegãti rem feudalẽ incũbit onus probãdi & ansolutio adoha inuestitura, & assensus impetratio arguant territoriũ feudalem nõ aliter fundatã qualitate feudali.

QVod territorium de quo agitur, attẽta primordiali sui natura sit allodiale Actor habet iuris præsumptionem, quæ quæli-
1 bet res allodialis, & non feudalis pſumitur DD. post Io. Andr. in c. nimis de iur. iur. in c. fi. de iud. in c. 2. si de feud. fuer. contr. int. dom. & agnat. in c. 1. de cont. int. masc. & fœm. & vtrobiq; Andr. Bal. in l. libertus ff. de stat. hom. p tex. in l. altius
2 C. de seru. in l. fi. ff. eod. & alleganti rem feudalem incumbit onus probandi,

cap. si vasallus feudum si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. c. si de leg. Corrad. latè Dom. de Pont. congerit in cōs. 95. nu. 1. Cum talis allegatio sit fundamentum suæ intentionis, & regulariter ei qui dicit incumbit onus probandi, l. ei qui ff. de prob. l. mattem cum ibi not.
3 C. eod. Hinc sæpè dixit Andr. quod datio in feudum facti est in c. j. §. huius aūt generis in fi. col. ex quib. caus. feu. amitt. vt sic nisi probetur hoc territorium fuisse datum in subfeudū non præsumatur. Possiderunt. n. semper prædecessores fratres de Montibus territorium istud; &
4 & ex eo fructus perceperunt, ex hoc præsumitur, quod vt veri Domini perceperint, l. filiusfamilias §. Diuus vers. idem Princeps ff. de leg. 1. quem ad hoc notat ibi Ang. & in l. Titia ff. de solu. Bal. in l. 2. q. 9. C. de seru. & aqu. glo. & DD. in l. 2. C. de acquir. poss. hoc quoq; arguit vēditio facta per Reg. Cur. Mag. Corneliæ de Castellis in anno 1571. post deuolutionem ipsi Reg. Cur. dicti territorij, quod vtiq; si teneretur à Comitali Curia Ca-
5 sertæ, collatio siue inuestitura spectaret ad ipsam ad quam deuolui deberet quatenus esset subfeudum, ex hoc per Froc. in 2. lib. subfeu. auth. 29.

Quibus additur non obstare fundamenta ex aduerso deducta ad fundandā prætensam qualitatem feudalem.

Et Primò, solutiones adoharum factas Curiæ Casert. per Corneliam, & releuiū solutum per mortem Mag. Mutij Suardi filij primogeniti dictę Cornelię, si quidē Cornelia dolo id fecit, cum iam perpenderat dominium dicti territorij acquisitum in beneficium dictorum fratrum ex supra congestis ex qualitate ipsius allodiali, & vt illud acquireret Mutio dolosè ostendere voluit territorium esse feudale, vt euitaret præfatam iuris dispositionem fundatam in beneficium dictorū fratrum, & qđ hoc sit verum aduertatur Primò, quia pro territorio prædicto nūquam apparet adoham fuisse per antea solutam tam per dictum D. Pompeum vltimum possessorem, quam per eius prædecessores dictæ Comitali Curiæ. Secundò, aduertatur ad contractum emptionis prædicti territorij stipulatum per Reg. Cur. in quo apparet territoriū iam dictum venditum vti allodiale, & non feudale, quod si fuisset feudale pertinuis-
6 set ad Curiam Baronalem Casertæ per mortem D. Pompei, eiq; fuisset deuolutum non autem Reg. Cur. vt dicit tex. in cap. illud de prohib. feud. alien. per Fed. & dicit Andr. in cap. si quis hominem de pac. ten. & Affl. in d. dec. 282. nu. 12. & scripsit Andr. in Const. Regn. si quando in tit. de pen. foriu. in fi. col. vbi addit. Consiliarij de Bottis, idem Andr. in c. 1. de vasall. decrep. ætat. & in Const. Regni post mortem. Cumq; nō appareat aliundè qualitas feudalis prænarrata illa non fundatur ex solutione prætensæ adohæ,
7 nempè Cornelia soluendo adoham nō potuit facere de allodio feudum in Regno, ex dictis per Andr. in c. 1. num. 11. vers. videtur quod si voluntate Regis de controuers. feud. apud par. termin. idem And. in cap. si vero contingerit in tit. de allod. & Dom. de Pont. in d. cons. 95. num. 10.

Nec nouissimè obstat prætensa inuestitura facta per Comitissam Casertę, D. Octauiano, & alijs fratribus de Mōtibus in anno 1534. nempe illa non habuit ef-
8 fectum tanquam non reperta penes dictos fratres de Montibus, sed penes aduersarios, nec verificata, & successiuè nullam fidem facit, ad quod fundandum faciunt congesta in probatione similium scripturarum per Io. Vinc. Ann. alleg. 125. nu. 2. 3. & 4. vol. 2. Insuper ex abundanti quādo verè interuenisset dicta inuestitura prætensa adhuc asseueratur illam nō probare qualitatem subfeudalem, cum dicendum sit illam interuenisse præuia petitione subfeudatariorum
9 qui non poterant facere de allodio feudū, non fundata aliter subfeudali qualitate, quam per dictam inuestituram, ex supra congestis, prout fuit bis per R. C. sic decisum in feudo Ardicellæ contra Regium Fiscum, teste Dom. de Pont. in d. cons. 95. in qua causa nō modo fiscus adduxit inuestituræ priuilegium expeditum

tum à R. C. verum etiam assertionem quandam illorum de Capua super dicta qualitate feudali, in quadam permutatione, vt legitur in d.consi.95.in 1. & 2. colu. quod Consilium quæuè decreta R. C. ponunt gladium ad radicem præsentis causæ.

Nec assensus Ill. Comitis Casertæ impetratus super venditione prædicta facit territorium prædictũ feudale, quia Cornelia mater eadem fraude mota fuit ad impetrandum dictum assensum; Quæ nõ
10 potuit facere territorium prædictum allodiale feudale, Comesq; prædictus ad id potestate caruit ex dictis per And. in c.1.de controu.feud.apud par.term. vltra q non fuit expressum. Insuper assensus prædictus nõ fundat qualitatem
11 feudalem, nempè non aliter probata qualitate feudali, assensus non facit de allodio feudum, ex quo assensus in nihilo præiudicat, & videtur esse sicut verba superflua adiecta in stipulatione, vt arma virumq; canó, verba sunt Andr. in c.1.§. sed nec est alia iustior post num. 38. quæ sit prim.caus.benef.amitt. quem refert & sectatur D. de Pont. in d.consi.95 num.8. Ex quibus cum liquidò constet dictum territorium esse allodiale, iudicandum erit, è R.C. illud non feudale, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatus est incapax successionis, & non potest acquirere.*
2 *Ex consuetudine si qua mulier, dispositum est mulierem habere os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum; & declaratur nu.14.*
3 *Foriudicatus nihil potest acquirere quando est foriudicatus ante mortem testatoris, & an sit verum nu.22.*
4 *Filiæ in dubio intelliguntur dotata de bonis paternis.*
5 *Ad finem vt alia filia nupta etiam in vita matris debeat excludi à portione bonorum maternorum opus est vt de maternis bonis dotetur.*
6 *Id quod procedit etiam si non modo fuisset dotata à patre, verum etiam a fratre de proprijs ipsorum bonis.*
7 *Vt fœmina excludatur à successione morientis necesse est, vt de eius bonis reperiatur dotata.*
8 *Sorori non ita est debita successio fraterna sicut materna.*
9 *Renunciatio non transgreditur personas quarum contemplatione, & causa fit dotatio.*
10 *Consuet. si qua mulier est esorbitans à iure cõmuni, & debet intelligi in non nupta, & de dispositione dictæ consuetudinis.*
11 *Soror si die votorum consequuta fuit paragium paternum potest petere paragium maternum.*
12 *Mortua matre si soror à fratre non dotetur de paragio materno tunc frater excluditur à portione sororis.*
13 *Ius commune admittit filias equaliter ad succedendum cum masculis.*
15 *Ratio consuetud. si qua moriens in quibus fundetur.*
16 *Foriudicatio si est opposita in supplicatione, etiam post supplicationem opposita intelligitur.*
17 *Non valenti agere non currit præscriptio.*
18 *Incusatio contumaciæ quando fieri debeat.*
19 *Ommissio formæ vitiat actum.*
20 *Ab opinione Andr. vti in Regno Monarcha non est recedendum.*
21 *Prorex Regni est Regis Vicarius, & omnia potest quæ Rex præter exceptuata.*
23 *Exitus præsentis causæ.*

CONSILIVM XXXV.

Pro Hæredibus Scipionis de Sangro: contra Ascanium Filomarinum. Tractatur latè de consuetudine si qua mulier disponente sorores dotandas esse de paragio, & aliqua de Proregis potestate.

POst præsentem causam relatã per Consiliarium de Põte, ad instãtiam Ascanij Filomarini super petitione quartæ partis

tis dotium Isabellæ Brancatiæ eius matris, iuxta comparitionem ipsius, & post mea scripta vt supra in cons. 9. ac post informationes omnibus Iudicātibus ab vtraque parte adhibitas nouissimè audiuimus reuoluto mantello ex aduerso pretendi dimidiam partem dictarum dotiū iuxta eius supplicationem, supponendo quod licet ex primo & secundo matrimonio per Isabellam contracto nati fuerint tres masculi inter quos fuit Scipio Sangrius, ac tres fœminæ: Nihilominus nec Scipionem, nec fœminas esse ascribendas in portionibus earūdem dotium seruata forma consuet. si qua mulier habēs. Primus, tanquam incapax vti foriudicatus tēpore mortis Isabellæ non obstante eiusdem institutione si ille postmodum gratiam cōsequutus fuerit iux. tex. in l. in tēpus ff. de hæred. inst. asseuerās illius tex. dispositionem cessare in materia harum consuetud. quarum
2 causa dispositum extat mulierem habere os clausum, manus ligatas, & arbitriū refrenatum, iux. tradita per Napodan. in consuetu. si qua moriens in ver. tantum nu. 14. fol. 199. & secundæ tanquam maritatæ, & dotatæ in vita prædictæ Isabellæ cū amplissimis renūtiationibus, & successiuè duobus reliquis masculis Ascanio ipso, & Berardino capacibus existētibus dotium iam dictarum dicit medietatem ad se spectare. Inuehit secundò, aduersus per nos oppositam exceptionē nullitatis foriudicationis prætensæ dicti Scipionis: Primò, dicens per lapsum prætensum ann. 33. pscriptum esse iuri nullitatis. Secundò, incusationem primæ contumaciæ q̄ nos nullam fundauimus dicit validam prætēdens quod licet debuisset incusari die 7. Ianuarij ritæ tamē fuit incusata die 8. eò quod dies 7. fuit festiua. Tertiò, vtitur dec. Præs. de Frāch. 213. vbi testatur de consuetudine foriudicationis posse fieri tempore sic abbreuiato. Tertiò, aduersus Scipionis amplissimam Indulgentiam, & restitutionem obijcit duo: Primum, illam non potuisse fieri ab Excel. Prorege. Secundò vero indulgentiam prædictam non iuuare Scipionem cum nil amiserit per foriudicationem stante quod tempore mortis
3 Isabellæ tanquam foriudicatus nil acquisiuerit, ex his q̄ tradidit Præs. de Frāch. in d. dec. 213. nu. 2. ex dictis per And. in c. 1. nu. 14. vers. item si Princeps indulsisset quæ fuit prim. caus. benef. amitt.

At conuentæ affirmant ex infra dicendis omnia prænarrata non subsistere, & aduersus primum obiectum dicunt Primò, Ascanium non posse venire contra eius confessionem apparētem in dicta comparitione acceptatā per conuentas, non fuisse ex aduerso fundatum sorores prædictas maritatas, & dotatas in vita Isabellæ, cum renuntiationibus in præsenti processu ex quo causa præsens est decidēda maximè cum cōuentæ sint hæredes, etiā quia si scripturæ exiberentur non essent recipiendæ post causam relatam, & meritis vtriq; partis patefactis, ac etiam quando tempora largirentur competeret conuentis aduersus illas defensio & impugnatio. Tertiò, ex abūdanti non tamen necessario cōuentæ dicunt quod & si cōstaret illas nuptui traditās in vita Isabel æ actorem id non iuuaret cum oportuisset probari, vel fuisse nuptui traditas per patrem, & matrem pmissa per ipsos dote certa, licet incerta in quota ad vnumquemq; ipsorum spectante quod intelligeretur p rata matrimonij, & bonorum, iux. consuet. si constante matrimonio, vel à patre cum promissione dotis certæ etiā respectu quotæ ipsius spectantis ad matrem, cum in dubio, & sine expressione illius quotæ
4 intelligerētur dotatæ de bonis paternis, iux. dispos. tex. in l. fi. C. de dot. promiss. & iux. tradita per Afflict. in dec. 178. in 9. dub. huiusmodi dotatio materna nō apparet, nec verbo cessantibus ad id scripturis, nec re cum partitæ solutionum factarum Lucretiæ loquuntur in causa dotium promissarum, nō loquor de Diana cum fuerit maritata post mortem Beatricis matris, idq; totum, cum ad finem,
5 vt filia nupta etiam in vita matris debeat excludi à portione bonorum maternorum opus est vt de maternis bonis dote-

dotetur: Ita in materia d.consuetud.si
qua mulier habet scripsit ibid. Neapod.
in verb.fratribus nu.10. in 1.vers. & si-
cut excludatur, per tex.in l.quoniam no
uella in fi.C.de inoff.test. idem affirma-
uit Andr.in const. in aliquibus colu.13.
6 vers. & per hoc patet quod si filia, id quod
procedit etiam si non modo fuisset do-
tata à patre, verum etiam à fratre de pro
prijs ipsorum bonis, idem Andr.in dict.
const.in aliquibus colu.13. vers. quid si
frater patre viuo, & procedit regulari-
7 ter, vt fœmina excludatur à successione
morientis, necessè est, vt de eius bonis
reperiatur dotata d.l. quoniam nouella
in fi.& si in Regno est dispositum in for-
tiori casu in successione fraterna quæ
8 non est ita debita sorori sicut materna
per Pragm.Reginæ Ioannæ *detta la fer-
lingeria*, affirmamus etiam id procedere
vt etiam si appareret renuntiatum bonis
maternis nequaquam excluderétur cum
fuisset renuntiatio concepta in benefi-
cium hæredum Hieronymi Patris dotā-
tis, vel fratrum dotantium quorum non
esset hæres Ascanius, & sic renuntiatio
9 non transgrederetur personas quarum
contemplatione & causa fieret dotatio
sic scripsit Neapod.in cōsuet.si moriatur
in verb.ipsi successores nu.31.sed audio
quod aduersarius asseuerat iudicantium suf
ficere tantum esse filias maritatas cum
10 consuetud. illa si qua mulier habens, sit
esorbitans à iure communi, & debet in-
telligi in casu.s.in non nupta cum dispo-
nat fratrem sororem dotare debere de
paragio, id quod videtur repugnare rub.
dictæ consuetud. in princ. dum genera-
liter loquitur filios, & filias equaliter suc
cedere sine sexus discrettione, & dum
sequitur tex. perfecta prima dispositio-
nis generalis oratione: *ita tamen quod si
ex aliquo ex ipsis maritis habeat filios,
& filias non dotatas portiones filiarum
accrescunt fratribus ipsarum filiarum
vtrinque coniunctis dummodo teneantur
fratres ipsi sorores dotare*: in hac con-
suetud. prædicta nil aliud voluit indu-
cere nisi declarare onus à lege impositū
ipsis fratribus, quod quæ hoc sit verum
legatur Neapod.in d.consuetu.si qua
mulier habens in fi. nu.25. qui dicit: quod
11 si die votorum soror consequuta fuit
paragium paternū potest tamen petere
paragium maternum: igitur intelligitur
dictum Neapod. quando viua erat ma-
12 ter tempore dotationis, nam mortua
matre si soror à fratre non dotetur de
paragio materno tunc excluderetur à
portione sororis, ita dicit Neapod. in
d. consuetud.si qua mulier habens in
verb.dummodo nu. 16. vers. aut frater
non vult ipsam maritare, propterea non
est verum assumptum quod cōsuetudo
sit contra ius commune quinimò est se-
13 cundum ius commune dum admictit fi-
lias equaliter ad succedendum cum ma-
sculis, l.maximum vitium C.de liber.præ
terit. insuper si verū esset partis absuntū
non ne filia fraudaretur paragio mater-
no cum consuetudo nil aliud desuper
disponat quam qđ ei equalis portio tri-
buatur, & nouissimè respectu nullitatis
institutionis Scipionis asseuerant cōuen
tæ hoc nō nocere tum cū Scipioni iure
proprio acquisita fuit portio propria per
restitutionem, & indulgentiam obtétam
vt in aliis allegationibus fundauimus, &
in antea firmabimus tum etiam nem-
14 pe dictum Neapoda. intelligitur respe-
ctu personarum extranearum, ac in nu-
mero filiorum eius non abscriptarum,
& respectu portionis inequalis inter fi-
lios prædictos, nempè Neapod.in loco
præcitato in ver.tantum nu.24. firmauit
15 rationem d.consuet.si qua moriēs fun-
dari in duobus. Primo, in existentia li-
berorum. Secundo, in sexus muliebris
fragilitate, & sic cū adsit filiorum fauor
ac de iure communi non sit prohibita
d.institutio per tex.in l.in tempus ff. de
hæred.inst.obiectum cessabit.

Nec subsistent tria obiecta in 2.cap.
seq.nempè Primum, cursus temporis an
norum 30. non subsistit cum exceptio
nullitatis iam dictæ fuerit inclusa inex
ceptione carētiæ, & in cōpetentiæ actio-
16 nis si in supplicatione fuerit opposita
foriudicatio iā opposita staret post sup-
plicationem in anno 73. ex dictis per Bar.
in

SVMMARIVM.

1 *In mutatione qualitatis feudorum duo consensus dispositiui desiderantur vasalli, & Regis de quorum in hoc interesse agitur.*

2 *Verba priuilegij volumus, decernimus, & mandamus probant dispositiuum consensum Regium.*

3 Princeps *potest postmodum eius concessioni, & eius qualitatibus cum consensu eorum quibus est facta concessio in totũ, vel in partem derogare.*

4 *Fructus feudi separati à solo sunt burgensatici, & an possint obligari creditoribus quando adest fideicommissum super feudo.*

5 *Verba, ac dispositiones cum effectu, & vt aliquid operentur sunt intelligenda, & interpretanda.*

6 *Lex non est imposita verbis, sed effectui, ac rebus.*

7 *Possessor rerum fideicommisso subiectorum, ac feudorum ex pacto, & prouidentia non hereditariorum potest vendere, & obligare fructus vita ipsius dumtaxat perdurante.*

8 *Fiscus in rebus fideicommisso subiectis possessis per delinquentem, ex delinquentis persona eius vita durante fructus vendicat, sed fallit quando adest duplex prohibitio alienandi legis scilicet & hominis.*

9 *Expressa prohibitio obligationis operatur de iure auocationem bonorum obligatorum, ac illorum vendicationem in casũ contrauentionis, etiam in vita contrauenientis.*

10 *Quando nulla prohibitio alienandi, vel obligandi apparet, auocatio, & vendicatio non permittitur nisi fideicommissi die adueniente.*

11 *Quando cum expressa prohibitione alienationis concurrit ratio conseruationis bonorum in familia, tunc statim contrauentione sequuta auocatio sequitur morte contrauenientis aliter non expectata.*

12 *In generali obligatione non veniunt bona feudalia fideicommisso subiecta, ac ex pacto, & prouidentia non hereditaria, & hoc quomodo limitetur.*

13 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CONSILIVM XXXVI.

Pro Ill. Marchione Triuici, cum Creditoribus. Fructus feudi an possint obligari Creditoribus quando adest fideicommissũ super feudo, & expressa prohibitio obligationis operatur auocationem bonorum obligatorum, ac illorum vendicationem in casum contrauentionis etiam in vita contrauenientis maxime quando concurrit ratio cõseruationis bonorũ in familia.

ILLVSTR. Ferdinandus Loffredus nouissimus Marchio Triuici ꝓspiciens maximam molẽ creditorũ propriorum, ac suorum prædecessorum absorbentium ferè ex temporis lapsu, & tertiarum, ac interesse decurso omne patrimonium non subiectum pro auito fideicõmisso, petijt media supplicatione per Sacrum Consilium graduari creditores prænarratos, vendique bona omnia, exceptis bonis fideicommisso subiectis, videlicet Ciuitate, & terris Triuici Sancti Soffi, Zunculi, & Montisfalconis, ad finem satisfaciendi dictis creditoribus de prætensis eorum creditis; Tande mũdum processum fuisset ad graduationẽ præfatam, & bonorum venditionem mediis duobus voluminosis processibus, & prouisum ad instantiam dictorum Creditorum per Dominum Gizzarellum, quod Erarij dictarum Ciuitatis, & terrarum facerent depositum fructuum earundem terrarum per eos exactorum, D. Carolus Loffredus tunc immediatus successor in patrimonio fideicommissario duo perspiciens videlicet Intromissionem certorum præfatorum Creditorum in fructibus iam dictis, in quibus eisdem nullum ius competit, vt inferiùs subnectetur, ac etiam contrauentionem factam dicto fideicommisso per Ill. Marchionem Ferdinandum, ac eius prædecessores, obligando terras, & Ciuitatem iam dictas, media supplicatione duo de-

S duxit.

duxit. Primum reclamationem à decreto prædicto. Secundum verò auocationem dictæ obligationis iuncta petitione declarationis, bona prænarrata fideicommisso subiecta, & eorum fructus ad ipsũ spectare; Nato post prædicta Ill. Cicco Iuniore, Domina Marchionissa eius mater, ac legitima curatrix media alia supplicatione deduxit prosequutionem dicti iuditij per eundem D. Carolum propositi, super quo iam apparet compilatus processus, ad præsens quod de eius expeditione agitur, Ill. Ciccus suam ipsius intentionem sic fundat. Primo probauit se descendentem ex Ill. Cicco Seniore, & Beatrice Caracciola. Secundo produxit fideicommissum apparens ex priuilegio Cęsareæ Maiestatis Caroli V. ad petitionem eorundem coniugum tria disponens, & continens, quorum primũ est assensus dispositioni pari, vel dispari per eos faciendæ eorum bonorum præsentium tunc, & futurorum in beneficiũ vnius, vel omnium eorum filiorum, vel nepotis. Secundum est mutatio dispositiua qualitatis, & naturæ dictorum feudorum apparentis pro se, & hæredibus vtriusq; in naturam masculinam, videlicet pro masculis tantũ fœminis exclusis, donec masculus quantumuis in remotiori gradu existens adfuerit. Tertium strictissimum fideicommissum continet cum annexa strictissima prohibitione nõ alienandi, ac obligandi ex quauis vrgentissima causa etiam ad tempus, etiam pro redimenda persona vtilium dominorum, ac dotis restituendæ, vel constituendæ, nisi in subsidiũ videlicet qñ aliter dotibus prouideri non potuisset, & tunc statutum fuit posse tantum fructus obligari duorum annorũ, & non pluriũ, quinimmo, si aliter exequutũ fuisset (id quod in excessu dispositũ apparet) censuit obligationẽ eo casu nullam esse, ex cuius priuilegij scriptura duo colliguntur; Quorum primum futile, & inanum videlicet assensus super dispositione pari, vel inpari eorundem feudorum facienda per dictos coniuges in vnum, vel plures propriorũ filiorum, & nepotis, cũ nulla adfuerit, seu intercesserit desuper dispositio, alterum vero prosiguũ, quod est formatum, & existens eorũdẽ bonorum fideicommissum, ac prohibitio alienandi, obligandi &c. ex dispositiua mutatione naturæ feudorũ pro se, & hæredibus vtriusq; in masculinam, & pro se, & hæredibus, in naturã feudi ex pacto, & prouidentia, cum strictissima alienãdi, & obligandi prohibitione vt sup. etiam nulla existente desuper alia dispositione facta per dictos coniuges. Quartum, & nouissimũ est potestas auocandi alienationes, obligationes, & alios quosuis cõtractus concessa immediatis successoribus, etiam quod super obligationibus alienationibus, & alijs quibusuis contractibus Regis, vel Proregis assensus fuisset impetratus, nouissimè deduxit contrauentionem factam per præfatum Ill. Marchionem Ferdinandũ dicto fidei. cõmisso ex causa obligarionum ciuitatem Ciuitatis, & terrarũ medijs contractibus in tertio processu deductis, ac ex alijs in primo, & secundo voluminosis processibus apparẽtibus. Id quod fundatur ex verbis illis dispositiuis apparẽtibus in dicto priuilegio, dum qualitas mutata fuit, & fideicõmissum institutum videlicet *volumus, decernimus, & mandamus*, quæ non sapiunt Cęsaris assensum, sed fideicommissi institutionẽ, nam in primo capite disparis, vel paris dispositionis in filios &c. in quo pręstatur assẽsus, Cęs. M. non fuit vsa illis verbis dispositiuis, sed permissiuis ibi, *iam dictis Cicco, & Beatrici concedimus, & plenum posse impartimur, quod possitis, & valeatis omnes vestras terras &c*, & quidẽ id totum iustè

1 procedit, nam in mutatione qualitatis feudorũ duo consensus dispositiui desiderantur, vassalli, & Regis, de quorũ in hoc interesse agitur, qui duo cõsensus dispositiui in iam dicto priuilegio legũtur *ibi cupitis &c.* quæ respiciũt personã Cicci, & Beatricis præfatorũ. Secundo ibi *vo-*

2 *lumus, decernimus, & mandamus*, quæ probant dispositiuum consensum Regiũ cuius in hoc de iure cernitur etiam interesse, ita scripsit Andr. in cap. 1. nu. 4. de con-

controuer. feud. apud pares terminan.
3 Quemadmodum potuisset Cæsarea Maiestas postmodum eidem concessioni, & eius qualitatibus, sic vt supra institutis cum consensu eorundem coniugum in totum, vel in partem derogare, iuxta latissimè congesta per Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 6. in princ. nu. 1. vers. id verò fit à Principe cum consensu possessoris fol mihi 246.

His sic iuris, & facti iactis fundamentis, iustissima quidem redditur reclamatio proposita à decreto iam dicto, apparet namque in specie prohibitam omnem fructuum iam dictarum Ciuitatis, & Terrarum obligationem tàm ad tempus, quàm in perpetuum, nisi, & dumtaxat in casu dotis constituendæ, vel restituendæ curriculo annorum duorum, & ea de causa non poterunt aduersarij se iuuari dicto Camerarij in cap. Imperialem fol. 17. lit. O. R. S. de prohib.
4 feud. alienat. per Federic. quod fructus separati à solo sunt burgensatici, & cum sint dicti Marchionis successiuè venient in obligationem creditorum, siquidem respondetur Primo, quod dum Ciccus, Beatrix, & Cæsarea Maiestas communi dispositiuo consensu prohibuerint fructuum prædictorum obligationem etiam ad tempus, nisi in vno casu dotis tantum, & non simpliciter, sed in subsidium, mens eorum ea fuit, vt fructus etiam à solo separati cederent in beneficium possessorum descendentium, ad finem vt commodè viuere potuissent, & etiam nè ex necessitate victus aliquid commisissent, quod tendisset in dedecus familiæ tàm nobilissimæ de Loffredo, ac etiam familiæ Caracciolæ maternæ, & auitæ; id quod luce clarius fundatur ex prohibitione obligationis fructuum in casum redimendæ personæ eorum descendentium à manibus infidelium, & dotium fæminarum, nisi curriculo annorum duorum cum abrogatione obligationis eorundem fructuum pro maiori tempore, nonnè hi fructus sic temporaliter obligati considerantur in exitu, ac obligationis exequutione vti separati à solo, & nihilominus adest desuper prohibitio. Secundo quod hic intellectus, ac sensus vsquequaque verissimus sit, ex eo demonstratur quod si aliter sentiremus, nonne resultaret maximum absurdum, quod Illustr. Ciccus senior vir sua tempestate doctissimus, Præses Sacri Consilij, qui hunc casum cogitauit, prætulisset creditores extraneos fœminis descendentibus respectu dotium ipsarum de iure priuilegiatarum, etiam respectu honoris familiæ conseruandi, & non solum fęminis vt supra, sed masculis in casum calamitatis eorum existentium pœnes Infideles, id quod apud omnes leges absonum habitum fuit ex regul. text. in l. quidam cum filium ff. de hæredib. instit. Quodque fructus dictarum Terrarum Ciccus dispositiuè submisuerit tantum victui eorundem masculorum vocatorum. Tertio quam perlucidè patefit ex eo, quod prohibuit illorum obligationem pro redimenda persona vtilium Dominorum eorumdem feudorum, quorum futuri erant dicti fructus nam noluit mutare causam vsus victus ad redemptionem tam priuilegiatam à manibus infidelium.

Quarto nam si verum esset partis assumptum inanis redderetur, ac fuisset in effectu prohibitio obligationis fructuū, vt fructus non potuissent obligari in beneficium creditorum, & postmodum consideratis fructibus à solo separatis: illi cederent in beneficium eorundem creditorum, & non ipsorum descendentium, quorum beneficium est contemplatum, nec ipsi (vt inferius subnectetur) potuissent in hac obligatione
5 successores obligare, verba namque ac dispositiones cum effectu, & vt aliquid operentur sunt intelligenda, & interpretanda, ad textum in l. si quando ff. de leg. 1. Insuper dispositio huiusmodi appareret verbalis, ac in verbis consistens, & non realis, seu rei, ac effectui adhærens quod legibus est contrarium. Lex enim non est imposita

S 2 verbis,

verbis, sed effectui, ac rebus, vulgatis Iuribus, & quod peius sonaret hic intellectus contra mentem dictorum fideicommissum vt supra instituetium cum tanta animi deliberatione, & maturitate.

Quinto nam verum est, quod Ciccus doctissimus sciebat iuris dispositionem
7 possessorem rerum fideicommisso subiectorum, ac feudorum ex pacto, & prouidentia non hæreditariorum posse vendere, & obligare fructus vita ipsius dūtaxat per durante. Primū testatur text. in l. peto §. prædium ff. de leg. 2. & in l. codicillis §. instituto ff. de leg. 2. & copiosè Molin. lib. 1. primogen. Hisp. c. 21. nu. 1. & 2. fol. 157. à ter. Secundum verò testatur Camer. ex mente Andr. in c. Imperialem fol. 17. lit. L. vers. 6. conclus. de proh. feud. alien. per Feder. Bar. Bald. Imol. & ceteri in d. §. instituto, & Molin. vbi supra nu. 24. & 25. in 3. & vlt. spec. fol. 160. & vt euitaret obligationem iam dictam, & vt disponeret fructus in alimoniam descendētium, ratione de qua supra, ea de causa prohibuit etiam temporalem eorundem fructuū obligationem vniuersalem, & prægnantem etiam in casibus à iure priuilegiatis. Insuperq; censuit obligationem prænarratam, nec in contrauenientis vita valere.

Quodque omnia prædicta redantur vsquequaque verissima. Sexto, & nouissimè considerent Iudicantes in his inspici duplicem prohibitionē legis dum sumus in rebus fideicōmisso, sic formaliter instituto subiectis, insuper & hominis, ex hac duplici prohibitione nascitur, quod fructus debent cedere in beneficium, vel prędictorum descendentium debitorum, ommisso commodo creditorum illorum, vel subsequētis in gradum quemadmodum iure sancitum extat fi-
8 scum in rebus, fideicommisso subiectis possessis per delinquentē, ex delinquentis persona eius vita durante fructus vēdicantem, ex regul. text. l. statius Florus in §. Cornelio felici ff. de iur. fisc. Illos non vendicare, stante prænarrata duplici prohibitione alienandi, ad hunc modū scripsit Bar. in l. Imperator nu. 1. ff. de fideicommiss. libert. Alex. latissimè in conf. 23. nu. 3. vol. 1. Ripa in l. filiusfam. §. diui nu. 47. ff. de leg. 1. Gram. dec. 105 nu. 31. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 78 quos, & alios refert, ac sectatur Molin. lib. 1. primog. Hisp. c. 20. nu. 8. fol. 155. Et si predicta procedunt exiltēte duplici prohibitione alienandi, multo magis cum prædictis prohibitionibus concurrente prohibitione obligandi dictos fructus ita prægnanti.

Quod verò attinet ad secundum caput auocationis dictorum feudorum etiam in vita Ill. Marchionis patris, illud fundatur ex expressa prohibitione obligandi bona prædicta, ex qua per indirectum eorundem bonorum alienatio sequeretur, quæ etiam in specie fuit prohibita vt supra, ac ex obligatione generali omnium bonorum feudalium præsentium, & futurorum dictarum Ciuitatis, & Terrarum, vt supra fundata. Et q̄d in specie sit obligata Ciuitas prædicta apparet ex contractibus prædictis dum dicitur *bonorum feudalium etiam titulatorū nullis alijs in posse Marchionis Ferdinandi terris titulatis, nisi dicta Ciuitate Triuici titulo Marchionis decorata*, ex reg. text. in l. fundus qui locatus cum concord. ff. de fund. instr. & instrum. legat. prout in indiuiduo scripsit Præs. de Franch. in decis. 89. nu. 4. & nu. 5. quæ
9 expressa prohibitio obligationis operatur de iure auocationem bonorum obligatorum, ac illorum vendicationem in casum contrauentionis, etiam in vita Ill. Marchionis contrauenientis, ita scripsit Iureconsult. in l. cum pater in §. libertis, iuncta glo. ibi, nè id alienet, quam ibidē sectatur Bar. nu. 2. ff. de leg. 2. & Decian. resp. 1. nu. 79. 2. vol. vbi nu. . . late tractat alios effectus istius duplicis prohibitionis, eamdem glos. sectatur Alex. in conf. 23, nu. 12. vers. non obstant vol. 1. tantò magis desuper apparente expressa dispositione dictorum fideicommissum instituentium, secus autem nulla pro-
10 hibitione alienandi, vel obligandi apparente, nam eo casu auocatio, & vendicatio nō permitteretur, nisi fideicommissi

dic

die adueniente, ita Imperator statuit in l.fin.§.sed cum nostra Maiestas, & in §. fin autem C.communia de legatis. Ad hunc modum, ac sub fœdere prænarratæ distinctionis iura prædicta communiter à Doctoribus concordiam receperunt. Huiusmodi distinctio fuit originaria Iacobi de Beluis. in §. quamobrē 1.quæst. in auth.de restit.& ea quæ parit.quam sectantur Castrens. nu.7. Ripa num.47. Ambros.de Opizo.nu.4. Claud.Seisell. nu.12. Crot.nu.36. omnes in l.filiusfamil. §. diui ff.de leg.1. eosq; sequuntur omnes Hispani, quos refert,& sectatur, vti communem Ludouic. Molin. lib.1. primogen. Hispan. cap. 16. num. 32. & 33.fol.mihi 130. Eo impensius, quia
11 cum dicta expressa prohibitione concurrit ratio conseruationis bonorum prædictorum in familia Loffreda, vt patesit ex dicta scriptura, quo fit vt statim controuentione sequuta auocatio sequatur morte controuenientis aliter non expectata, ita Aret. Soccin. & cæteri in d.§. diui, & eam vti communem latè testatur, & sectatur Decian.in conf. 60. nu.10. 1.vol. Nec prædictis obsta-
12 bit, in generali obligatione non venire bona hæc feudalia fideicommisso subiecta, ac ex pacto,& prouidentia non hæreditaria, ex reg.tex.in l.obligatione generali ff.de pignor. & iuxta theoricam Bart. quam sectantur communiter Scribentes in l.codicillis §.instituto nu.5.ff. de leg.2.idem Bart.& Bal.in l.1. C.quæ res pignor.obligar.possunt,& latè Nicosant. in tract. pignor.in 2.memb. 2.par. princ.nu.42. & Dec.in conf.422. nu.7. nempè apparet obiectum prænarratum corruere ex clausulis, *obligauit omnia bona burgensatica, & feudalia etiam titulata, & ea quæ in generali obligatione non venirent, & præter, & contra legem,* ex his quæ scripsit idem Nicosant.vbi supra num.41.

Paulus Staibanus.

13 Hæc causa fuit decisa in Sacro Consilio in fauorem Illustr. Marchionis Triuici. Cicci Loffredi iunioris, iuxta hoc consilium in banca de Felice.

Paulus Staibanus Iunior.

SVMMARIVM.

1 *In subfeudo misto requiritur assensus Baronis, & Regis, & sic deficiente* Regio *assensu corruit venditio.*
2 *Expressum dicitur specialiter quod generalibus verbis continetur.*
3 *Illud dicitur expressum quod sequitur ex dispositis, & narratis, & ex eo quod est expressum.*
4 *Licet subfeudum per ante sit quaternatū simpliciter, seu secundum quid attamen quando Rex vult quod immediate, & in capite recognoscatur à Barone, & deleatur à quinternionibus Regiæ Curiæ, tunc efficitur simplex planum, & de tabula.*
5 *Et tunc in venditione dicti subfeudi solus assensus Baronis requiritur.*
6 *Constitutio Regni Constit. diuæ memoriæ vendicat sibi locum in feudis quaternatis, non autem in feudis planis, & de tabula.*
7 *Dominus faciens simpliciter vicarium censetur de iure ad omnia, & signanter ad assentiendum illum constituere.*
8 *Quando in mandato procurationis adest clausula, (& omnia alia faciendū quæ ipse constituens) tunc veniunt omnia quæ de iure speciale mandatum exposcunt.*
9 *Iura exituræ, seu portus licet requirant specialem expressionem cum sint de regalibus, tamen comprehenduntur in illo contractu, in quo aliorum regalium est facta expressa mentio.*
10 *Vicarius Domino absente potest assensus, & licentias impartiri, & nu.13.*
11 *In remotis degente Episcopo, eius generalis Vicarius ordinandi licentiam quæ ab Episcopo requirebatur, tribuere pōt.*
12 *Vbi est de consuetudine quod assensus Regis, Comitis, vel Archiepiscopi ante electionem requiratur, & prædicti absentes sint sufficit assensus talium personarum Vicarij, seu substituti.*

14 Vi-

14 *Vicarius Episcopi eo absente potest permutationibus iuris patronatus consentire.*

15 *Ubi Rex est absens eius Vicarius simpliciter, siue generaliter constitutus potest rei feudalis alienationi assensum præstare.*

16 *Locumtenens* Ducis, *seu Baronis eo absente potest assensum rei feudalis alienationi præstare.*

17 *An dictum Federici de Senis in consil. 264. & Ludouici Romani in singulari 703. sit verum.*

CONSILIVM XXXVII.

Pro Vniuersitate Bitontina, contra Regium Fiscum. Tractatur de feudi simplicis plani, & de tabula natura, & de vi clausulæ appositæ in procurationibus, (& denique omnia alia faciendi quæ ipse constituens) & an Domino absente eius Vicarius possit licentias, & assensus impartiri, & an Rege absente eius Vicarius simpliciter constitutus possit rei feudalis alienationi assensum præstare.

POST citationem ad dicendum expeditam ad instantiam Vniuersitatis Bitontinæ contra Regium Fiscum, idem Regius Fiscus produxit copiam comparitionis factæ per procuratorem Bitonti, in qua asserit siluam esse feudalem. Item quandam fidem captam à libro intitulato Informationũ, vbi describitur Dux Atriæ per Bitonto, & inter alia per la selua sic simpliciter, anni 1465. Et licet prædicta de iure nõ nocerent ipsi Vniuersitati ad probandum qualitatem feudalem prędictæ siluæ, attamen vt euitetur discussio, & temporis iactura, Vniuersitas prædicta dicit ipsam possedisse dictam siluã, etiam vti feudalem legitimo iure.

Ad quod fundandũ, Vniuersitas prędicta dicit territoriũ siluæ prædictæ ipsam emisse à Mariano, & Antonello Bunello interuenientibus pro Ioanne, & Bartholomeo fratribus pro pretio ducatorum 300. in anno 1511. 28. Nouembris iuxta instrumentum dictæ venditionis: Fundat secundo Regem Federicum siluam prænarratam vti feudalem vendidisse Petro Bunello pro ducatis 150. die 22. Octobris 1496. Tertio in medium affert concessionem Ciuitatis Bitonti cum feudis, & subfeudis factam per Regem Catholicũ Duci Suessæ Magno Capitaneo cũ clausula, quod omnes feudatarij tenentes feuda quaternata, & non quaternata, plana, & de tabula, in territorio dictæ Terræ, & si in quinternionibus Regijs annotata fuerint, immediatè, & in capite recognoscãt ab ipso Duce Suessæ, ipsiq; adoghare habeant, illique illa quomodocumque, & quando aperiri contigerit vti immediato Domino, in anno 1507. Ex quibus priuilegij verbis cessat vna ex obiectionibus per d. Regentem Fornarium propositis, feudum hoc seu subfeudum in concessione facta per Regem Catholicum magno Capitaneo non includi, vt inferius patebit. Quarto ex quo ob cõcessionem prædictam requirebatur non assensus Regius, sed assensus dicti Ducis Suessæ, adducit assensum super emptione facta per ipsam Ciuitatem à dictis de Bunello Ioannis de Tufo Locũtenentis dicti Ducis die 27. Martij 1513. quod que dictus Ioannes fuerit Locumtenẽs, & Procurator generalis dicti Ducis apparet per procurationem factam 5. Decembris 1509.

Aduersus prædicta Regens Fornarius obijciendo dubitauit de aliquibus, omnibus ad tria principaliter tendentibus. Primo an feudum siluæ sit comprehensum in generali concessione facta à Rege Catholico magno Capitaneo Ciuitatis Bitontinæ, vti situm intus ipsius territorium. Secundo an feudum siluæ fuerit subfeudum mistum, in quo ex communi feudistarum sententia requiritur
1 assensus vtriusque Baronis scilicet, & Regis iuxta Constit. Regni post mortem vbi Andr. adeò quod deficiẽte Regio assensu corruerit venditio Vniuersitati Bitontinæ facta per ipsos de Bunello. Tertio

tio an in generali procuratione facta per magnum Capitaneum Ioanni de Tufo veniat potestas assentiendi venditioni prædictæ Vniuersitati factæ, quæ nunquam moritur, quæ facillimis respõsionibus dilucidantur.

Prima igitur difficultas non subsistit si quidem ex priuilegio prædicto apparet concessa omnia feuda sita intus territorium Bitontinum, & successiuè hoc feudum siluæ tanquã intus idem territoriũ positũ, quinimo censuit Rex, quod omnes feudatarij, seu subfeudatarij correspõderent dicto magno Capitaneo in omnibus, ab ipsoq; feuda iam dicta tenerent immediatè, & in capite, sub verbis prægnãtibus in priuilegio apparentibus, insuper Rex mandauit illa descripta in quinternionibus Regijs ab ipsis deleri, & cassari, ex quibus verbis apparet dictũ feudum siluæ non solum Includi in generali concessione prænarrata, verum etiam specialiter esse concessum, licet illius specifica mentio facta non fuerit, etiam ex illis verbis *omnes tenentes feuda quaternata, vel non quaternata in territorio dictarum Ciuitatum &c.* quale cernitur feudũ hoc situm in dicto territorio etenim de iure expressum dicitur specialiter, quod generalibus verbis continetur, sic scripsit Bart. in l. 1. nu. 7. ff. de vulg. & pupill. subst. ex tex. in l. fin. quod cum eo, & in l. generaliter C. de non numer. pecun. quinimò de iure illud dicitur expressum, quod sequitur ex dispositis, & narratis, & ex eo quod est expressum, ita copiosè Aymo. Crauet. in cons. 149. nu. 11. ex text. in l. 1. ff. quod met. caus. & in cap. cum super de offic. deleg.

Secunda namque difficultas tollitur primo nempe Rex Catholicus in priuilegio iam dicto disposuit omnia feuda tam quaternata, quam non quaternata debere recognosci immediatè, & in capite à præfato magno Capitaneo delerique à quinternionibus Regię Curiæ quo fit, vt & si subfeudum prænarratum fuerit per antea quaternatũ simpliciter, seu secundum quid attamen per dictam dispositionem Regiam fuit effectum sub feudum simplex planum & de tabula, vti deletum à quinternionibus, exemptum à Regia subiectione, & collatione, sed summissum Baronis dictioni, & collationi tantum, illique excadunt, & adoghant, iuxta dicta per And. in Constit. Regni post mortem, & expressius in cap. 1. §. ille tamen nu. 9. in fin. & nu. 10. vbi additio copiosa Episcopi Nicoteræ in ver. officio Iudicis, & ibidem Affl. col. 13. in fin. vers. sed etiam si Dominus, & col. 14. de controuers. feud. apud pares term. Camerar. in cap. Imperialẽ fol. 69. lit. A. de prohib. feud. alien. per Federic. & Paris. de reintegrat. feud. copiosissime fol. 2. à ter. in cap. quæ dicantur feuda plana, & de tabula. Quo fit vt solius assensus magni Capitanei satis superque fuerit, sic scripsit Andr. in d. cap. Imperialem nu. 8. in fin. vbi Camerar. fol. 68. lit. A. qui desuper recenset quinq; Doctorũ authoritates, & I.Q. fol. 67. à ter. Frecc. lib. 2. subfeud. in 1. authorit. nu. 2. & 3. copiosè fol. 101. in antiquis, iuxta quam sententiam censuit nostrum Sacrum Consilium teste Affl. in dec. 243. & 283. Constitutio namque Constitutionem diuæ memoriæ vendicat sibi locum in feudis quaternatis, non autem in feudis planis & de tabula, sic scripsere glos. in verb. licentia in d. Constit. Constitutionem diuæ memoriæ, vbi etiam And. in verb. licentia, & Frecc. lib. 2. subfeud. in 13. limitat. eiusdem Constitutionis nu. 38. fol. 113. in antiquis idem Frecc. eod. lib. 2. subfeud. in 11. differ. feud. quater. & plani fol. 240. & differ. 25. fol. 242. in nouis, Io. Vinc. Annius in repet. d. Constit. Constitutionem diuæ memoriæ nu. 116. & in rubr. de vasall. decrep. ætat. nu. 109.

Tertium, & nouissimum obiectum nec obstat, si quidem Dominus faciens simpliciter Vicarium, censetur de iure ad omnia, & signanter ad assentiendum illum constituere, vassalli namque magni Capitanei, qui degebant in partibus Hispaniæ, ac in alijs mundi partibus non tenebãtur eum quærere extra Regnum, quem-

quemadmodum in proposito themate scripsit And. in c.Imperialẽ nu.13.vers. satis videtur quod omnia transeant, de prohib.feud.alie.per Feder.& ea de causa necesse fuit Cęsareæ Maiestati in anno 1531. volenti restringere sui Vicarij desuper potestatem circa assensus in nouem capitibus, edere desuper pragmaticam nuncupatam nouem capitum.

Ad quorum confirmationem adducitur secundo mandatum generalis procurationis in actis exhibitum factum per magnũ Capitaneum in personam Io. de Tufo continere expressionem casuum particularium, in quibus requirebatur speciale mandatum, ac etiam subsequen
8 tem generalem clausulam. *Et omnia alia faciendum quæ ipse constituens &c.* quo casu veniunt omnia, quæ de iure speciale mandatum exposcunt, text. est in cap. qui ad agendum de procurat. in 6. vbi Gemin. in §.sed si quis in 3.not.& rogo legatur Roman.in cons.271. qui fundat
9 iura exituræ seu portus, quæ requirunt specialem expressionem, cum sint de regalibus, vt per Loffred. latè in cap.1. §. filij circa finem vers.per quod manifestè apparet si de feud.milit. fuer. controu. qui meminit Roman.in d.cons.271.cõprehensa fuisse in contractu venditionis Terræ Sancti Lucidi per Regem Ladislaum, ea ratione, quia in dicto contractu erat facta aliorum regalium expressa mentio, & glos. Paris.in §.14. num.13. Tertio prædicta omnia roborantur ex infrascriptis iurium,& Doctorum autho
10 ritatibus, quibus fundatur Domino absente, eius Vicarium posse assensus,& licentias impartiri, primo tex. in cap.cum nullus in vers.Episcopo autẽ de tempor.
11 ordin.in 6.vbi in remotis degente Episcopo, eius generalem Vicarium ordinandi licentiam, quę ab Episcopo requirebatur tribuere posse. Secundo pulchra decisio Compostellæ in cap. quod sicut de elect. quã refert, & sequitur Archid. in cap.reatina 63. distinct. qđ vbi est de
12 consuetudine qđ assensus Regis, Comitis, vel Archiepiscopi ante electionem requiratur, & prædicti absentes sint, vel Rex à Regno, vel Comes à Comitatu, vel Archiepiscopus ab Archiepiscopatu sufficit assensus talium personarum Vicarij, seu substituti, ita D.Compostella in causa Canturiensis Episcopi,& Canonicorum Rosentium obtinuisse refert, eandem decisionem sequutus fuit Bal. in cap. cum venerabilis de cõsuetudine,
13 dicens qđ vbi principalis est absens, sufficit eius Vicarij, siue Locumtenentis assensum requiri. Idem voluit Anton. de Butr.in d.cap. quod sicut de elect. circa finem, allegat tex. in cap. ex frequẽtibus de instit. Angel.in l.si quis prior §. à Titio ff.qui potio.in pign.habean.Felyn.in cap.penult.in vers.an autem absente eo de constitut.Affl.in cap.Imperialem sub vers.16. quarto nu.15. de prohib.feud. alien.pro hac opinione facit, quod dixit Archid.in cap. fin. de offic. Vicarij in 6.
14 qđ Vicarius Episcopi eo absente potest permutationibus iuris patronatus consentire. Quarto Camer.in d.c. Imperialẽ f.78.in lit.S.post And. ibidẽ nu.13. vbi Affl.vers.18.quarto n.10.& seqq.Capy. circa finem, & Paris.de reintegrat.feud.
15 in c. an Vicarius fol.145. q. vbi Rex est absens, eius Vicarius simpliciter siue generaliter constitutus potest rei feudalis alienationi assensum præstare. Quinto, & vltimo hanc opinionẽ in proprijs terminis tenet Iacob. de S.Georg. in tract. de feud. in cap. Vicarius perpetuus sub
16 nu.8. concludens Locumtenentem Ducis,& sic Baronis eo absente posse assensum rei feudalis alienationi præstare,
17 Nec obstat quod dixit Federic. de Sen. cons.264.& Ludouic.Roman. singular. 703. incipiente ex longeua,& inueterata, Nam ex prædictis patet, ac etiam ex adductis per Felyn.in d.cap.fin. de constit. qđ communis opinio est aduersus eos,& eis per Fely. respondetur, ex quibus concludo, qđ assensus pręstitus per Ioannem de Tufo satis superq; fuerit, Nec obstabit præstitum fuisse assensum in beneficium Vniuersitatis Bitontinæ, quæ nunquam moritur, Nam dupliciter respondetur. Primo quia assensus præfatus fuit concessus, ac pręstitus in

anno

anno 1513. & sic ante annum 1531. quo fuit dicta Pragm. edita, quo quidē tempore Proreges assentiebantur, & assentiri poterant alienationibus feudalibus in beneficium similium personarum factis, & ea de causa necessaria fuit editio dictæ Pragmaticæ. Secundo quia de defectu assensus nullus conqueri poterat, nec potest, nisi solus magnus Capitaneus, in cuius beneficium caducitas succedebat, tum ex supra congestis, tum etiam quia Rex nil iuris sibi reseruauit, omnia transferens in beneficium eiusdem magni Capitanei, vt ex dicto priuilegio, in cuius locum, ac eius iura integra, & indiminuta successit dicta Vniuersitas, vt ex priuilegio demanij, Et sic ille qui conqueri posset, esset ipsamet Vniuersitas possessor dicti feudi, quæ ex causa dicti priuilegij cōfirmauit sibi possessionem dicti feudi.

Ex quibus sic fundatis, & contrarijs reiectis supplicatur prouideri per Regiam Cameram Vniuersitatem prænarratam esse absoluendam ab impetitione Regij Fisci respectu dicti feudi della selua, & ita in omnibus de iure respōdendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Quando ambo litigantes habent titulum ab eodem Rege cessat dispositio l. bene à Zenone C. de quadrien. præscriptione, & pragm. edita Thori, & nu. 2.*

3 *Pragmatica edita Thori iuuat habentem priuilegium posterius etiam quod priuilegia fuerint facta à pluribus Regibus.*

4 *Pragmatica edita Thori requirit nouam dispositionem Regis Federici, & aliorū Regum in ea mentionatorum.*

5 *A prohemio elicitur clara mens statuentis, seu disponentis.*

6 *Ratio restringit, & ampliat dictum, seu dispositionem, quæ secundum eam intelligi debet.*

7 *Ex veteris feudi inuestitura nulla noua dispositio nascitur, sed tantum veteris iuris confirmatio, seu conseruatio.*

8 *Non tribuitur ius in feudo ex veteri inuestitura, sed conseruatur acquisitum, & sic confirmatio prius habita roborat.*

9 *Minor qui alienare non potest ea de causa veteris feudi inuestituram facere potest, quemadmodum Baro, vel Rex minor assentire potest alienationibus.*

10 *Assensus est noua concessio.*

11 *Verba in priuilegio apposita, (& quatenus opus est de nouo concedimus) declarantur.*

12 *Clausula (& quatenus opus est de nouo concedimus) est conditionalis, & suum effectum non sortitur nisi possessione probata.*

13 *Confirmatio in forma communi, nihil dat nihil noui iuris confert, nec inualidum validat, & ratio.*

14 *si confirmans ita producit rem in esse quod dat rei originem, tunc dat alias secus.*

15 *Clausula (ex certa scientia) nihil operatur.*

16 *Verba in priuilegio apposita, (& quatenus opus est de nouo concedimus) nihil operantur, & per ea nulla inducitur dispositio, seu concessio.*

17 *Verba (eatenus in possessione fuit, & est) conditionem important.*

18 *Semper quod priuilegium de alio facit mentionem non probat quando id verba non patiuntur, & ratio.*

19 *Non creditur Regi asserenti priuilegium adesse ex relatione alterius siue partis.*

20 *Quando in scriptura sigillo, & alijs possent deprehendi vitia in originali, quæ deprehendi non possent in trāscripto priuilegium non probat.*

21 *Ex lapsu annorum centum præsumitur assensum interuenisse.*

22 *Concessio feudi facta nullo Regis, vel iuris præsumpto assensu apparente, vel interueniente est nulla.*

CONSILIVM XXXVIII.

Pro Ill. Principe Bisiniani, contra Mag. Flaminium Castrocuccum. Pragmatica

edita Thori, cessat quando ambo litigantes habent titulum ab eodem Rege, & in quibus alijs casibus cesset, & ex inuestitura veteri non tribuitur ius in feudo sed conseruatur acquisitum.

MOTA lite per Ill. Principem Bisiniani, contra Mag. Flaminium Castrocuccum, super relaxatione Terræ Castri noui; Idem Mag. Flaminius malam causã fauens transeundo ad mẽdicata suffragia opposuit exceptionẽ Regię Pragmat. editæ Thori in secundo capite ex causa prætensi priuilegij Regis Federici confirmationis inuestituræ in forma communi cum clausula, quatenus in possessione existit, & cum alia clausula, quatenus opus est de nouo concedimus apparentis in personam Baldaxaris Pappacodæ die 13. Octobris 1496.

Ill. Princeps dicit triplici fundamento huiusmodi exceptionẽ apparere vanam. Primo siquidem priuilegiũ, super quo Ill. Princeps se fundat in sui petitione apparet fuisse concessum ab eodem Serenissimo Rege Federico 11. Nouembris 1496. quo fit vt cum ambo habeãt
1 titulum ab eodem Rege cesset pragmaticæ exceptio exemplo dispositionis l. benè Azenone C. de quadriẽ. pręscript. similis dispositionis Regiæ Pragmaticæ si quidem post quadriennium prohibet ius redi. ita Roman. in cons. 298. in antiquis incipiente omnipotentis Dei postulato suffragio circa pręmissa, per tex. in cap. Abbbate sanè, in vers. pro parte de re iudic. in 6. & vltra Roman. quando
2 tam actor, quam reus habent titulum vnius Regis q̃d cessat l. bene Azenone seu pragmatica nostra cum pari passu ambulent circa prohibitionem, ne ius fiat, seu circa impositionem silentij declarat, & firmat Curt. Iun. in cons. 143. incipiente post expeditum col. 2. vers. sed quid fortius, & vers. puta igitur, & vers. sed quid opus, & facit etiam ad hoc propositum text. in l. prædia C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. & in proprijs nostris terminis Pragmaticæ præfatæ, ita scriptum reliquit Grammat. in decis. 65. nu. 43. eo impensius prædicta procedunt, cum in-
3 spiciatur nostrum priuilegium posterius quo fit, vt exceptio Pragmaticæ iuuet Principem, non autem aduersarium, ita copiosè scriptum reliquit Io. Vincent. Annius in sua alleg. 64. nu. 9. vers. secundum infertur corrolarium firmãs id procedere non solum in priuilegijs factis ab vno, eodemq; Rege, verum etiam à pluribus Regibus.

Secundo tollitur exceptio prædicta, nempe ea fundari non potest ex dicto prætenso priuilegio vti inuestituram cõ-
4 cedente, etenim pragmatica prænarrata requirit nouam dispositionem Regis Federici, & aliorum Regum in ea mentionatorum id, quod colligitur. Primo ex illis verbis dispositiuis in ea apparentibus videlicet *per eosdem prænominatos reges capta, erepta in fiscum redapta data, donata, vendita, concessa, seu alio quouis modo disposita, dispensata, & ordinata*. Secundo ex dictæ Pragmaticæ prohemio, & narratione, ibi *aduertentes in isto Siciliæ Regno nostro quamplures esse, qui à Regibus prædecessoribus nostris se feudis, Baronijs tam feudalibus, quam burgensaticis iure, vel iniuria spoliatos esse prætendunt, ac propterea lites contra præsentes eorundem possessores essent moturi*. Item ex sequentibus verbis ibi *vt qui diu in pace vixerunt reformari, mutari, constituere, & benè disponere opor-*
5 *tet*, à quo prohemio elicitur clara mens disponentis, seu statuentis, ex reg. text. in l. fin. vbi Bal. de hæred. institu. in l. regula est §. si quis ff. de iur. & fact. ignorant. & in l. cum hi in princ. ff. de transact. & Capy. copiosè in feudali inuestitura in verb. feudorũ clausulæ 1. col. vers. nitor sidereus fol. 93. Tertio ex sola ratione dictæ Pragmaticæ in dicto prohemio scripta in illis verbis *nihilominus ab eisdem Alphonso, & Ferdinando Regibus decretum, & statutum fuisse credendum, quod ad communem huius Regni vtilitatem, tranquillitatem, & rectam gu-*
6 *bernationem attinet*, ratio, namque re-

strin-

ſtringit, & ampliat dictum, ſeu diſpoſitionem, quæ ſecundum eam intelligi, eique accomodari debet, iuxta tradita in l.cum pater in §.dulciſſimis, vbi gloſ. in verſ.nequam, & ibi Bart.& cæteri ff. de legat.2. ex quibus ita ponderatis luce meridiana clarius apparet fundatum, Pragmaticam iam dictam requirere nouam diſpoſitionem illorum Regum.

Hoc ſic facto fundamento reſolutio dictæ negatiuæ concluſionis veriſſima de iure inſpicitur,quandoquidem ex di-
7 ctis veteris feudi inueſtitura nulla noua diſpoſitio ex iuris cenſura naſcitur, ſed tantum veteris iuris confirmatio, ſeu conſeruatio, ſi ergo vaſſallus habet ius in re proficit inueſtitura,alias nō,nam nō
8 tribuitur ius in feudo ex veteri inueſtitura,ſed cōſeruatur acquiſitū,& ſic cōfirmatio prius habita roborat ex regu.tex. in c.inter dilectos de fide inſtr.& in c.1. & 2. de confirmat. vtili, vel inutili verba ſunt formalia,And. per illum text.in c.1. verſ.ſed dicitur confirmatio poſſeſſionis iuſtè, vbi Afflict.in 3. notab. per quos fiat inueſtitura, & in cap. 1. in princip. ibi eſt quædam confirmatio, & num. 3. ibi vel veteris quæ eſt confirmatio, de capitulis Corrad. & in cap. 1. col.2. num.2. verſ.hoc vero in rationabiliter dicitur, quia inueſtitura in ſucceſſione eſt affirmatio, ſeu confirmatio veteris inueſtituræ,quo tempore miles. vbi copioſa apoſtilla Domini Liparoli in verſ. confirmatio, ex qua fiunt nota omnia loca num. 13. Dom. Andreæ ab eo fideliter relata, in quibus idem ſcriptum reliquit, quæ iuſtis rationibus referre ommiſi Capyc. latè in feudali inueſtit. in verſic. feudorum confirmatio fol. 137. colum. 1. & 2. verſic. confirmans, qui allegat text. in l. ſi donatæ §. 1. ff. de donat. inter virum, & vxor. idem ſectatus fuit Frecc. copioſè in tract. ſubfeud. in 3. auth. num. 12. fol. 183. à terg. & 184. Camerar. more ſolito idem copioſiſſimè tuetur in cap. Imperialem fol. 90. colu. 2. verſ. 3. concluſ. & magis, clarè ibi inueſtitura, non enim per quodcumque verbum confirmationis in fine col.vbi conſtanter aſſeuerat ideo prænarrata vera eſſe etiam ſi eſſet dictum, & quatenus opus eſt de nouo concedimus, niſi appareat Regem de nouo concedere, non tantum confirmare voluiſſe de prohib. feud. alien. per Federic. immò Andr. in dict.cap.1. verſ.veterem ergo inueſtituram per quos fiat inueſtitura,tradit qđ
9 minor qui alienare non poteſt ea de cauſa veteris feudi inueſtituram præfatā facere poteſt,quemadmodū etiam Baro, vel Rex minor aſſentire poteſt alienationibus,vt per Affl.in d.c.imperialem in 12.not.num. 13.& 43. de prohib. feud.
10 alien. per Feder. quia aſſenſus eſt noua conceſſio, iuxta copioſè ſcripta per Afflict.in Conſtit. Regni cum circa iuſtitiæ in 8.not.& audio fuiſſe iudicatum aſſenſum non fundaſſe except.Reg.Pragm.

11 Nec obſtabunt illa verba, *& quatenus opus eſt de nouo concedimus*,quibus faciliter reſpondetur,aſſeueratur,namq; illa inſpici in priuilegio dictę inueſtituræ factæ per Regem Federicum Baldaxari in forma tamen communi, id quod ſuadetur,quia in eo non exprimitur ad longū tenor prætenſæ primæ inueſtituræ contentæ in priuilegio Regis Ferdinādi cuius confirmatio fuit petita: legatur ſatis notanter hoc firmans gloſ. Pariſien.in §.5.nu.88.in fin.verſ.dicitur autem confirmatio fol.184.ſed Rex ille confirmās ſe refert ad prætenſum priuilegium præfatū, eatenus quatenus Baldaxar in poſſeſſione fuerit, & ſit, vnde non apparet Regem illum habuiſſe animum purum,& ſimpliciter approbandi, ſed ſolum conditionaliter,ſi ita ſit,quemadmodum teſtatur Bar.in extrauag. ad repri. in verſ. prout,Ludou.Rom.in conſ.328.præſēs conſultatio nu.7. Fely.in c.2.n.7.de reſcript.& in terminis noſtris Rip.omnino legen.lib.2.reſpo.reſp.6. cauſa immunitatis nu.4.cum trib.ſeq.quodq; clauſula
12 prædicta ſit conditionalis, & ſuum effectum minimè ſortiatur,niſi poſſeſſione probata firmat, & comprobat Io. Vinc. Ann.in ſua ſollemni alleg.53.nu.18.omnino videndus Loffred. conſ.8. nu.56.

ac etiam glo.Parisien.loquens in confirmatione in forma cõmuni semper verba illa stare conditionaliter in d.§.5.nu.87. fol.147.à ter. & nu.91. vers. quod autẽ dixi fol.148.secus autẽ in forma speciali,vbi declarat vtrumq; terminum cõfirmationis in forma cõmuni, & in forma spetiali,& singulariter num.85.fol.147.
13 quia huiusmodi confirmatio nihil dat, nihil noui iuris confert, nec inualidũ validat, non enim fit ad finem disponendi, sed solum ad finem approbandi confirmabile tale quale est, & in quantum est verũ validum siue efficax si tale est,& nõ aliter verba sunt glos. Parisien. in d.§.5. nu.87.fol.147.à ter. tex.in cap. examinata de confir.vtil.vel inutil.in cap.quia diuersitatem de conceſſ.præb.in cap.inter dilectos §. porrò de fide instrum. & pulchrè not. Oldrad. in cons.164. viso priuilegio Ludouici Francorum Regis, & in proprijs terminis omnino legatur Camer.in cap.Imperialem fol.43.col.3. vers.neque autem in secundo capite, ac etiam legantur verba Bald.in l.explacito col.2.num.6.in fin.vers.si autem quæratur.& in vers.cõclude C.de rer.permut.
14 vbi concludit quod si confirmans ita producit rem in esse quod dat rei originem, tunc qui confirmat dat alias secus, & ideo affirmat priuilegia Hipoliti per Papã confirmata non dici Papalia ideoq; eorum transgressores non puniri pęna transgressoribus Papalium statutorum iniuncta, ad quorum comprobationem perpendatur omnino Andr.in d.Const. Regni cum circa iustitiæ col.fin. vers. licet enim confirmans vsq; ad finem, qui loquitur in Domino confirmante officiales electos per Vniuersitatem, & in cap.sede vacante licet non valente conferre beneficia Ecclesiastica confirmare tamen volente præsentatum per patronos in Ecclesia, Alex. cons.59. viso instrum.nu.9.lib.1. Philip.Dec.in cons. 63.in fin.Bal.post glos.per illum tex. in l. ex verbis C.de donat.inter vir.& vxo.
15 nec aliquid operatur clausula ex certa scientia quemadmodũ fundat Rip.in d. respon.6. cumq; ex pdictis clare sit fundatum prętensum priuilegium Regis Federici continere inuestituram, seu confirmationem in forma communi, & per illud Regem Federicum minime disponere,seu aliquid de nouo concedere voluisse vt supra clara redditur iuris dispositio videlicet, quod prænarrata verba
16 in dicto priuilegio apposita, *quatenus opus est de nouo concedimus*,nihil operari,& per ea nullam induci dispositionẽ, seu cõceſſionẽ, ita Cum.singulariter vbi supra Io.And.Innoc.& Ant.de But.in c. dudum extra de decimis, cum alijs allegat.à Ias.in l.more maiorum nu.3. vers. facit ff.de iurisd. omn. iud. Abb. in cap. inter dilectos nu.8. vers.14.oppo. extra de fid.instrum.& idem Afflict.in cap.1. 3.not.vers.nam inuestitura per quos fiat inuestitura,tradidit etiã si Rex dicat confirmamus,& concedimus,eo impensius, cum Rex Federicus conditionaliter disposuerit per illa verba *eatenus in pos-*
17 *sessione fuit,& est* quę conditionẽ important,l.sticcum qui meus erit ff.de leg.1. cap.significatum extra de præben. quod loquitur in præben:conceſſione,quę cõditio nisi probetur, tunc inesse nihil ponit vulg.iur.

Et licet in dicto priuilegio Federici fiat mentio priuilegij Regis Ferdinandi illud tamẽn ex verbis narratiuis Regis Federici prolatis ad partis assertionem non probatur, & si pars in illis se fundabit aberrat: nam isto casu potius sunt applicandi termini auth.si quis in aliquo documento C.de edendo,quam clem.1. de prob. & cap. si Papa de priuil. in 6.
18 semper enim quod priuilegium de alio facit mentionem non probat,quando id verba non patiuntur, vt puta non dicit se vidisse, & legisse authenticum ad tex. in cap. cum olim extra de priuil. Cumi. in cons.101.Barb.in cons.32.& ratio assignatur per Bal.& Albe.in d.auth.si qs in aliquo, qa in priuilegio enũciato potuerunt adesse rasuræ,& aliqua viria visibilia quæ vitiarent priuilegium originale, quæ non apparent in exemplato, & exemplatum sustineretur, quod non
19 esset permittendum, ideoq; non creditur

tur Regi afferenti priuilegium adesse ex relatione alterius siue partis; ita singulariter scriptum reliquit Aret. in cons. 163. nu. 2. & 3. & Dec. in cons. 606. num 14. immo si insertus esset totus tenor priuilegij relati Regis Ferdinandi; quia in
20 scriptura, sigillo, & aliis possent deprehendi vitia in originali, quæ deprehendi non possent intra scripto, adhuc tale priuilegium non probaret, ita singulariter voluit Innoc. in c. Abbate nu. 4. ex. de verb. signif. quem sequitur Alber. in d. auth. si quis in aliquo, quibus additur assertionem dicti priuilegij Regis Ferdinandi esse falsam, tum ex priuilegio Regis Ferdinandi prædicti in personam Principis Lucæ in anno 1459. nulla hoc medio tempore data Principum Bisiniani rebellione, tum etiam ex reintegratione, seu informatione capta feudorum Principis in anno 1478. vbi declaratur terrã Clarimõtis esse de statu Principis. Ad coadiuuandum tamen exclusionẽ propositæ exceptionis Regiæ pragmaticæ Ill. D. Princeps, licet non teneretur fundare notoriam iustitiam quam habet in causa principali, attamen dicit iustitiã ipsius esse notoriam obnoxiumq; esse magnificum Flaminium ad relaxandum ipsi Principi terram prænarratam duplici tamen fundamento. Primo quia concessio Principis facta Baldaxari de mense Decembris 1496. caret assensu Regio
21 nec lapsus est curriculus annorum centum à die concessionis prænarratæ vsq; ad diem motæ litis, ex cuius lapsu posset Flaminius pretendere præsumi de iure assensum interuenisse. Secundo quia Terra Castri noui erat de Comitatu Clarimontis, id quod fundatur ex nonnullis priuilegijs serenissimorũ Regum huius Regni in processu existentium, quo fit vt ab eo terra prædicta separari non poterat; & successiue concessio dicti D. Principis facta in personam Baldaxaris Pappacoda de mense Decembris 1496.
22 nullo Regis tum vero, tum de iure præsumpto, assensu apparente, vel interueniente est nulla, ad relata per Andr. in c. Imperialem in §. præterea Ducatus de prohib. feud. alie. per Feder. vbi Camer. fol. 98. lit. M. cum seq.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Mutus surdus & fatuus est inhabilis ad successionem bonorum feudalium existente eodem impedimento, quia seruire non potest, & an hoc sit verum n.* 3.
2 *Defectus mutitatis si non fuerit naturalis seu à natiuitate, sed accidentalis non reddit aliquem incapacem successionis feudalium & nu.* 13.
4 *Intellectus ad verba text. in c.* 1. *an mutus, vel al. imperfect. & nu.* 7.
5 *Obertus de orto compilator consuetudinũ feudalium semper absc p̃it in principio validiores, & meliores opiniones, & in fine non admissibiles, seu reprobatas.*
6 *Clericus, & femina non sunt capaces iuris feudorum.*
8 *Tex. in c.* 1. *§. mutus, an mutus vel al. imperf. non loquitur quando inter agnatos quæstio vertitur, sed quando inter mutum seu aliter imperfectum, & fiscum.*
9 *Tex. in d. §. mutus procedit in feudo nouo non autem in antiquo.*
10 *Verbum succedere est proprium feudi antiqui.*
11 *Quando conceditur feudum de nouo, concedens eligit personam cui conceditur industria, adeo quod existente seruitij impedimento cessat concessio.*
12 *In feudo antiquo concesso pro se, & hæredibus cessat ratio electionis industriæ, vt à concedente non cognite, vt non existentis tempore concessionis.*
14 *Opinio Cannetij Siculi tenentis tex. in d. c.* 1. *procedere etiam in muto, seu aliter imperfecto ex accidenti reprobatur & nu.* 16. *&* 17. *vbi etiam declaratur per Cannetium.*
15 *Qualitas seu clausula apparens in lege interpretata censetur repetita in lege interpretante.*
18 *Imperfectus non potest seruire.*
19 *Ratio est illa quæ ampliat, & restringit dictum seu dispositionem.*
20 *Seruitium hodie in hoc* Regno *vtriusque*

Siciliæ ſoluunt Barones in pecunia quod à feudiſtis vocatur adogha ſiue adoghamentum.

21 *Quando ſoluitur in pecunia ſeruitium, tunc vaſſallus non poteſt cogi à Rege ad ſeruiendum perſonaliter.*

22 *Mutus poteſt ſuccedere in feudo, vbi ſoluitur pro ſeruitio pecunia.*

23 *Mutus ſuccedit in feudo, vbi ſeruitium non debetur.*

24 *Fidelitas eſt de ſubſtantia feudi, non autem ſeruitium quod proinde non ſolum poteſt alterari, vt ſoluatur in pecunia verum etiam in totum per Regem remitti.*

25 *Inhabilis aliquo impedimento ad ſeruiendum poteſt per ſubſtitutum ſeruitium adimplere.*

26 *Mutus feudum poteſt retinere quando ſeruitium admittitur per ſubſtitutum.*

27 *Nulla eſt differentiæ ratio inter clericũ, & feminam admiſſos ad ſeruiendum per ſubſtitutum ſtante eorum impedimento à muto, & aliter imperfecto cũ ſeruitio per equipollentem perſonam ſatisfiat.*

CONSILIVM XXXIX.

Pro Ill. Vittoria Caracciola Comitiſſa Caſtri, & Mag. Ioſeph Caracciolo, contra Hæredem Hieronymæ Caracciolæ. Mutus ſurdus & fatuus an ſit inhabilis ad ſucceſſionem bonorum feudalium, quia ſeruire non poteſt, & an poſſit per ſubſtitutum ſeruire in Regno, in quo ſoluitur pro ſeruitio pecunia, & de intellectu text. in c. 1. §. mutus, an mutus vel al. imperfect.

PRIMOGENITVS hæres Hieronymæ Caracciolæ olim Principiſſæ Sancti Seueri ad præſens inſtat Ioſeph Caracciolũ eius auunculũ declarari incapacem ſucceſſionis bonorum feudalium hęreditariorum quon. Antonij Caraccioli eius aui, tum ſtante inhabilitate
1 eiuſdem Ioſeph vti prætenſi muti ſurdi & fatui eodem impedimento exiſtente ex diſpoſitione duorum iurium feudalium in c. 1. in §. mutus Epiſcopum, vel Abbatem, & in c. 1. §. mutus in tit. an mutus, vel alius imperf. act. poſſ. ea ratione quia ſeruire nõ poteſt, tum etiam eodem impedimento exiſtente, ſeu perdurante ex cauſa teſtamentarię ſubſtitutionis paternæ eidem Ioſeph decedenti ſine filijs apparentis in beneficium prænarratæ Hieronymę, in quo iudicio licet intentato contra dictum Ioſeph ſubintrauit Comitiſſa Caſtri Vittoria Caracciola ſoror litigantium communis, & ad infrigendum iura per actores prætenſa ac propoſita, prætendit decerni facere à Sacro Conſilio Ioſeph capacem ſucceſſionis paternæ feudalium, iam quod de burgenſaticis dicit non eſſe ambigendũ militante decreto Conſilij Collateralis deſuper interpoſito, à quo non fuit ex aduerſo reclamatum, & ſucceſſiue tranſacto in rem iudicatam, Reſpectu ſurditatis, & fatuitatis actrix non modo non eſt in probatis, verum etiam ex teſtibus, & fidibus medicorum apparet oppoſitũ,
2 reſpectu vero mutitatis, affirmamus defectum iam dictum non eſſe naturalem ſeu à natiuitate, ſed accidentale, vt in facti memoria dilucidatum eſt, & ex infra dicendis fundabitur luce clarius illum non reddidiſſe, nec reddere Ioſeph ſucceſſionis feudalium incapacem.

3 Primo namque affirmatur text. in d. §. mutus Epiſcopum, vel Abbatem non militare ex diſpoſitione tex. in d. c. 1. an mut. vel al. imperf. qui admittit mutum, vel alias imperfectum ad feudalium bonorum ſucceſſionem his expreſſis verbis *mutus ſurdus cecus claudus, vel aliter imperfectus etiam ſi ſic natus fuerit, totum*
4 *feudum paternum retinebit*, nec verba ſequentia prædictis præcedentibus refragabuntur videlicet, *quidam tamen dicũt, eum qui talis natus eſt fundum retinere non poſſe, quia ipſum ſeruire non valet*, etenim in prænarratis ſequentibus verbis nulla diſpoſitio dicti inſpicitur quẽadmodum text. diſpoſitiue loquitur in primis verbis, nec hoc videatur inconueniens, nempe obertus de orto com-

pilator

5 pilator consuetudinum feudalium semper abscripsit in principio validiores, & meliores opiniones, & in fine non admissibiles, seu reprobatas, vt aduertit singulariter Camer.in cap.Imperialem fol. 32.lit.S.de prohib.feud.alie.per Feder. inter alia allegans idem obseruasse in c.1.de eo qui sibi & hæred. su. & in c. 1.§.similiter de capit.Corrad.& quamuis sequantur in fine illa verba *sic dicimus in clerico, & in femina, & in similibus*, quasi quod ex prædictis verbis induci possit illam secundam opinionem esse dispositiuam, sicut clara dispositio
6 iuris est, clericum,& feminam non capaces iuris feudorum, nihilominus illa ratio
7 tio non procedit, nam intellectus verus illorum verborũ hic est quod sicut quidam dicunt ita non affirmatiue quod mutus eo quia nõ potest seruire est feudi incapax sic eadem ratione femina, & clericus repelluntur, ad quem intellectũ sic vere firmandum rogo legatur ibidem glos.in ver.in similibus quæ ex tex.prædicto dicit sumi rationem quare femina, & clericus nõ succedunt in feudo, quia non possunt seruire, non ommittimus
8 etiam dicere tex.in d.§.mutus nõ loqui in casu nostro quãdo inter agnatos quæstio verritur, sed quando inter mutum, vel aliquem imperfectum, & fiscum, id quod colligitur ex finalibus ipsius verbis, *& ad Dominum feudum reuertitur*, vt potius fauore fisci id scriptum appareat,& licet Cannet.in c.si quis aliquem nu.13. videatur irruere contra Camerarium, ac præceptorem meum Marcum Antonium Floccarum ponderando iura per eos allegata, & asserendo illa non probare, attamen cum clara sint iura prædictorum,& cauillatione non indigeant cum probent eorum absumptũ qđ validè opiniones fuerint positæ in principio in compilatione harum consuetudinum, propterea in reiectiohem ponderationum per eum factarum in dictis iuribus aduersus illorum opinionem non insisto.

9 Secundo text.in d.§. mutus procedit in feudo nouo non autem in antiquo qualia cernuntur hæc nostra feuda de quibus ad præsens controuertitur, id q fundat illud verbum retinere militans in eo qui feudum acquisiuit, nam si de antiquo loqueretur adesset verbum succe
10 dere cuius verbum est proprium, ita scripsit Iacob.de Beluis.in d.§. mutus in princ.& in vers.quæritur, & ante eum fuit huius opinionis glos.in ver.mutus, & in verb.non posse in d.c.1. an mutus, vel ali.imperf. q̃ loquitur de secũdo dicto non admisibili secundũ nos, quã ibidem sequitur Mart.Laud. eandem opinionem amplexi fuere Guerr. Pison. in suo opere vsus feudorum, seu consuetudinum in c.qui sint feudorum incapaces incip. sequuntur illa verba fol. 162. & proprie 164.vers.ego in his ratione, & Petr.à Rauen.in d.§.mutus ver. secus in feudo, & ratio ea poterit legitimè assi
11 gnari si quidẽ quando conceditur feudum de nouo, concedens eligit personã cui conceditur industria, ad text. in l.inter artifices ff. de solut. adeò quod existente seruitij impedimento cessat concessio, vt dicit Andr.in d.§.mutus, at in
12 feudo antiquo concesso pro se,& heredibus cessat ratio electionis industriæ, vt à concedente non cognitè, vt non existentis tempore cõcessionis, prout scripsit singulariter Bald.in l.quisquis nu. 2. C.de Episc.& Cler.cum potuerit præuidere Dominus ex hæredibus pro quibus etiam fiebat concessio, potuisse aliquem nasci mutum, vel imperfectum, vel alio modo impeditum.

Tertio principaliter Vittoria præsentis causæ fundatur ex eo quod prætensa qualitas mutitatis, & similium inspi-
13 citur non naturalis siue à natiuitate, sed vt supra accidentalis quo fit ut iura prænarrata ex aduerso adducta licet id non fundantia vt supra cõgectum est, Ioseph non noceant, quin habilis sit iudicandus ad feudorum iam dictorum successionẽ ad hoc ponderatur text.in d.c.1. an mutus in secundo dicto in quo contra nos fit ex aduerso fundamentum ibi *quidã tamen dicunt eum qui talis natus est* igitur non loquitur text.prædictus in muto,&

to, & imperfecto accidentaliter, sed naturaliter, ponderatur etiam text. prædictus ad id in primo dicto, ibi *etiam si sic natus fuerit* quib⁹ verbis datur intelligi, Obertum de Orto sensisse adesse differentiam inter imperfectionem naturalē, & accidētalem, eandem opinionem esse veram testatur glos. in c. 1. vers. succedit de nat. success. feud. eamque communē testantur Bal. in d. §. mutus col. 3. vers. 2. quæro præpositus col. 2. nu. 1. & 2. Aluarot. in princ. Franc. Ottam. nu. 3. Petr. de Ra. in vers. si autem, idem Bald. in d. c. 1. an mutus in vers. sed ego, & ibidem idē Aluarot. col. 2. vers. quare reperio, Mart. Laud. vers. interdicit, Petr. Ra. in princip. Zasius in tract. feudorum par. 8. nu. 18. Guer. Pison. in tract. feud. in d. c. qui sint feudi incapaces, incipiēte sequuntur illa verba vers. si in antiquo, & tunc aut est defectus naturalis fol. mihi 164. & Mattheus Viserpett. in tract. feud. c. 6. nu. 2. & traditur in 2. tom. communium opinionum in tit. de success. feud. nu. 4. vers. ego autē in hoc, & signanter glos. Paris. in §. 8. glos. 1. nu. 25. vers. secundo quia fol. 187. à ter. & aduertatur quæso, qđ in intellectu illorum verborum positorū in vltimo dicto videlicet *eum qui talis*
14 *natus est*, allucinatus fuit Cannetius Siculus, licet subtilissimus in extrauaganti si quis aliquem nu. 23. qui intellexit illa verba *qui talis natus* posita in secundo dicto, vt illa, ac secundum dictum comprehendant etiam mutum, ac imperfectum ex accidenti, ea ratione, quia cum secundum hoc dictum sit correctorium primi dicti illius text. comprehendentis tam impedimentum naturale, quam accidentale, vt secundum dictum debeat intelligi secundum primum dictum continens vtrumq; morbum, iuxta text. in auth. de filijs ante instrumentum dotale natis circa medium, & ex dictis Bar. in l. nihil ff. de coniungen. cum emancip. liberis, nempe prædicta per ipsum allegata non probant assumptum iam dictum, Bart. enim nō loquitur in lege correcta, sed in lege interpretata, vt qualitas, seu
15 clausula apparens in lege interpretata censeatur repetita in lege interpretante, id quod probant text. in d. l. nihil, & in d. auth. circa medium, adeo quod colligitur, quod quando in lege interpretante non erat clausula illa expressa repetita illa censeatur vniformiter, at hic non est
16 casus noster, cum in secundo dicto iam sit expressus vnus casus morbi naturalis tantum, & sic eius assumptum nō potest militare, cum illud militaret nulla facta mentione casuum prædictorū, cum alias concederetur suppletio contra mentem, & opinionem illorum sic tenentium in naturali impedimento per compilatorē recitatam, qui si illorum opinio continuisset vtrumque morbū, potuissent vti illismet verbis expressis in primo dicto, *etiam si sic natus esset* cum additione tamen illius dictionis etiam, non tamen
17 dicere ommittam, quod idem Cannet. in fi. nu. 37. ver. & quatenus aliqđ dure, dicit opinionem dictæ distinctionis respectu accidentalis morbi procedere in morbo superuenienti post mortem Baronis, quale etiam cernitur in persona Ioseph, nempe in vita patris nulla morbi aderat suspitio, quæ si aliqua suspitio ad fuisset à patre Ioseph minimè fuisset institutus hæres, sic prout ex testamento Antonium patrem illum vniuersalem hæredem instituisse appatet, nempe ratio assignata in d. c. 1. in secundo dicto,
18 an mutus, illa cernitur, quia imperfectus non potest seruire, vbi And. & ceteri, & Camer. in c. Imperialem fol. 53. lit. R. de
19 prohib. feud. alien. per Feder. hæc ratio est illa quę ampliat, & restringit hanc dispositionem, ad tex. in l. cum pater in §. dulcissimis ff. de leg. 3. cum alijs adductis latissimè per Tiraqu. more solito in l. si vnquam in ver. libertis nu. 38. C. de reuocand. donat. huiusmodi ratio hodie non militat, non solum in personam Ioseph, verum etiam omnium Regni Baro-
20 onum, nempē seruitium hodie in hoc Regno, vtriusque Siciliæ soluunt Barones in pecunia, quod à Doctoribus, ac feudistis vocatur adogha, siue adoghamentum, Andr. in c. 1. §. similiter in ostenditijs nu. 13. ver. in Regno de cap. Corrad.

& in

& in c.1.§.firmiter nu.30. verſ.item vidimus de prohib.feud.alien.per Feder. & in c.1.§.ſimiliter poteſt nu.14.verſ.in Regno, vbi id aſſeuerat ſpecificè, de Capitaneo qui cur. vend. Frecc.lib.2. ſubfeud.auth.5.nu.8.Iacob.de Aiell.in tractatu adoghe nu.16.& Cumi.Sicul.in eius repetit.c.ſi aliquem ver.ſeruitij nu. 19. fol.mihi 170. quodque in locum ſeruitij prædicti fuerit ſubrogatū adoghamentum,ſiue adogha,quę præſtatur in pecunia vt ſupra,ex eo quam perluci-
21 dè demonſtratur, ſi quidē quando ſoluitur in pecunia ſeruitium, tunc vaſſallus non poteſt cogi à Rege ad ſeruiendū perſonaliter,ita ſingulariter ſcriptum reliquit Andr.in c.1.§.fin.nu.4.verſ.& ſecūdū vſum,quis dicatur Dux,Marchio, vel Comes,& in §.firmiter nu.32. de prohib.feud.alien. per Feder.& in d.§. ſimiliter poteſt verſ.cogit num.30.de cap.qui cur. vend. Cumia vbi ſupra nu. 23. & 27. & in ſpecie quod adogha ſit ſubrogata loco ſeruitij,ſcripſit Afflict.In d.§.ſimiliter nu.1.de Cap.Corrad.

Hinc traditum eſt à Doctoribus mu-
22 tum poſſe ſuccedere in feudo,vbi ſoluitur pro ſeruitio pecunia, quemadmodū ſcripſit ſpecificè Afflict.in d.c.1.num.9. an mut.vel al.imperf.vbi Matt.Laud.idē affirmat, & vtitur argumento à ceſſante ratione allegans text.in l.adigere §.quāuis de iure patron. hinc Curt. in tract. feudor.in 1.par.3.par.princip.nu.8. tra-
23 dit mutum citra dubium aliquod ſuccedere in feudo, vbi ſeruitium non debetur,cui opinioni ſe ſubſcripſit Bald.in d. c.1.in 2.col.an mut.aſſerens mutum poſſe feudum retinere, ſi pro eo non debetur ſeruitium,& non mirum nempe
24 fidelitas eſt de ſubſtantia feudi,non autem ſeruitium,quod proinde nō ſolum poteſt alterari,vt ſoluatur in pecunia, verum etiam in totum per Regem remitti, vt ſpecificè ſcripſit Andr.in c.1. §.huius autem generis num.9. ex quib.cauſ. feud. amitt. & in c. 1. §. nec alia iuſtior num.35.quæ ſit prima cauſ.benefic.amitt.& Camer.in d.cap.Imperialem fol. 35. lit.S.de prohib.feud.alienat.per Federic.& in cap.1.nu.5.an agnatus.

Quinto,& nouiſſimè quippe,quia vera traditur regula à Doctoribus,inhabi-
25 lem aliquo impedimento ad ſeruiendū poſſe per ſubſtitutum ſeruitium adimplere,vt per Andr.qui dicit hoc eſſe ſingulare in cap.1,§.ſi quis deceſſerit nu.2. ſi de feud.fuer. controu. inter Dom. & agnat.vbi Præpoſ.num.1. Aluarot. in colum.fin.verſ.ſit men. idem Andr.in d.§.ſimiliter poſt nu.14.verſ.ſed facit,& Cumia vbi ſupra num. 29. ſi igitur Ioſeph notoriè impeditus admittitur ad ſeruiendum per ſubſtitutum, ergo feudum retinere poterit, id quod fundatur primo ratione,quia ceſſat ratio ſeruitij, de qua in d.c.1.an mut.in fi.ſecūdo authorit. nam Doctores tradiderunt mu-
26 tum feudum poſſe retinere quando ſeruitium admittitur per ſubſtitutum, vt ſcripſit Mart. Lauden. in d. cap.1. an mut. in princ. & in ver. not. ſecundum omnes, & in §. & quia colum.3. de his qui feud dar.poſſ.affirmans conſuluiſſe hac ratione, clericum in feudo ſuccedere,Iacob.in feud.inueſtit.verſ.& quibuſcumque in fine Iacob. de Beluiſ. in dict. cap.1. circa finem verſic. vel dic an mut. vel al.imperf.& hæc eſt cōmunis opinio quam ſic etiam teſtatur Cardin. Alexan. in cap.1.§. & quia de his qui feud. dar. poſſ. Afflict.in deciſ.320.num.2.& in 2. tom. commun. opin.in tit.de ſucceſſ. feud. num.213.verſic. quæro an clerici, quibus additur nullam eſſe differentiæ
27 rationem inter clericum, & feminam admiſſos ad ſeruiendum per ſubſtitutum, ſtante eorum impedimento à muto, & aliter imperfecto cum ſeruitio per equipollentem perſonam ſatisfiat, & proinde aſſeuerandum eſſe nil referre mutum, & imperfectum in hoc eſſe Ioſeph, quodque ſuperueniente impedimento poſſe per ſubſtitutum,is cui morbus, vel impedimentum ſuperuenit ſeruire ſcriptum reliquit Andreæ omnes authoritates allegans Paris in tract. reintegrat.feud.in cap.incipiente nunc videndum eſt dubium quotidianum nu. 11. fol. mihi 177. eo impenſius in no-

V ſtro

ſtro themate cum aduerſarij ad præſens tractent Ioſeph maſculi excluſionem a ſucceſſione ex perſona eorum matris feminæ, quæ nec poterat de perſona ſeruire, ſed per ſubſtitutum, ex quibus ſic in iure fundatis nulli iudicantium anceps, vel dubia fiet abſolutio Ioſeph cōuenri ab impetitione aduerſariorum, & ita iuris eſſe cenſeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Laudatio Authoris non poteſt procedere quando interceſſit poſt concluſum in cauſa, & notabilis diſtinctio ſuper hoc Bart. affertur.*

2 *Permiſſum in tempore extra tempus eſt prohibitum.*

3 *Pragmatica 12. de offic. Procur. Cęſ. militat quādo fiſcus remiſſionem petierit, & ratio nu. 5.*

4 *Iura iuribus ſunt concordanda, & iurium correctio non inducitur niſi expreſſè dicatur.*

6 *Quando denunciatio, & laudatio Authoris fiſci inſpicitur captioſa, tunc ceſſat diſpoſitio dictæ pragm. 12. & 15. de offic. proc. Cæſ.*

7 *Euicta re particulari terræ, ſeu feudi, quod eſt quid vniuerſale facti, non debetur euictio niſi nominatim corpora expreſſa fuerint, & illorū ſpecialis euictio promiſſa.*

8 *Dum lex requirit expreſſionem nominatim non ſufficit expreſſio generica in partem.*

9 *Malitijs hominum eſt obuiandum.*

10 *Deciſio præſentis cauſæ in fauorem.*

CONSILIVM XXXX.

Pro Reuerendiſſimo Epiſcopo Larinenſe, contra Illuſtr. Ducem Termularum. Laudatio Authoris non poteſt procedere poſt concluſum in cauſa, & notabilis diſtinctio affertur ſuper hoc, & pragmaticæ 12. & 15. de officio procuratoris Cæſaris militant quando fiſcus remiſſionem petierit.

EXISTENTE in limine expeditionis hac cauſa Epiſcopi Larinenſis, cum Duce Termularum ſuper reintegratione quorundam territoriorum del Pōtone, & aliorum audiuimus, quod idem Dux aduerſarius perſpiciens fouere malam cauſam, volens euitare Iudicem Sacrum Conſilium, ac cauſam iam dictam immortalē reddere, captioſè & perperam media comparitione præſentata in Sacro Conſilio, laudauit in Authorem Regium Fiſcum, prætendens ex ſola hac authoris Fiſci laudatione, abſque petitione eiuſdem Regij Fiſci remiſſionis huiuſcemodi cauſæ ad Regiam Cameram, eandem remiſſionem obtinere, intuitu Regiæ Pragmaticæ Caroli V. 12. in vltimo capitulo ipſius poſita ſub titulo de officio Procuratoris Cęſaris folio 489. & altera nouiſſima Ducis Oſſunæ 15. 7. Nouembris 1585. fol. 757.

At Epiſcopus prætendit deſuper Ducem non eſſe audiendum ex infraſcriptis inconfutabilibus fundamentis. Pri-
1 mo nempe dicta laudatio Authoris non procedit de iure, eſtque nullius momenti, & ſucceſſiue de ea nulla eſt habenda ratio, cum interceſſerit poſt concluſum in cauſa, & poſt acceſſum Commiſſarij ſuper faciem loci, cum tot ſumptibus, & laboribus, eaque exiſtente in limine expeditionis, ita ſtatuit Iureconſult. in l. ſi rem §. final. vbi gloſ. in verſ. condemnationem ff. de euict. quam gloſ. reputat ſingularem Bald. ibi, & in l. 2. C. de vſur. rei iudic. & Bart. in l. qui concubinā §. ſi hæres num. 4. ff. de legat. 3. diſtinguit, aut titulus eſt lucratiuus, & laudatio Authoris eſt facienda ante litis conteſtationem, aut eſt oneroſus, & tunc in quacunque parte iudicij, dummodo fiat eo tempore, quo ſaluæ ſint Authori laudato defenſiones, refert ſic ibidem tenere Dyn. & Cyn. in l. emptor C. de euict. & eleganter Bal. in l. libera C. de ſent. quinimo ſi verum amamus, ac verba Iuriū medullitus conſide-

fideremus, oportet fateri denunciatio-
nem iam dictam debere intercedere in-
tra tempora litis contestationis, & pu-
blicationis, id quod perpenditur. Primo
ex tex. in l. emptori actio. C. de euiction.
qui profert hæc verba *vt tibi assistant*,
causamq; instruant, cum instructio præ-
dicta hoc tempore cadat, & non alio.
Secundo text. in l. si controuersia in
princ. C. de euict. vbi text. *si controuersia*
tibi possessionis quam bona fide te emisse
allegas ab aliquo mouetur Authori hære-
diue eius denuncia, & sic videtur fateri,
denunciationem incontinenti esse faciē-
dam. Tertio tex. in l. 1. in fin. C. vbi in
rem actio, ibi *si ei denunciatum est, vt cau*
sa agenda adesset, & sic hoc tēpore quo
processus est compilandus, non autem
post, & in specie quod non possit fieri
post conclusum, copiosè scripsit Corset.
in suo singulari 77. in verb. denunciatio,
cū igitur laudatio prædicta sit incōgruo
tempore proposita, eiusque nulla sit ha-
benda ratio, perinde habetur, ac si illa
2 non intercessisset, permissum enim in
tempore, extra tempus est prohibitum,
ad text. in l. Thais §. intra certa tempora
ff. de fideicom. liber. cum concord. & suc
cessiue cessat Pragmatica, & ea de causa,
credimus, doctissimum Regij patrimonij
Aduocatum noluisse remissionem præ-
dictam petere.

Secundo principaliter cessat disposi-
tio Regiæ Pragmat. nulla petitione re-
missionis facta per Regium Fiscum, qui
3 iam processum vidit, cum illa militet Fi-
sco remissionē petente, sic expressit ver-
bis apertis dicta Pragmatica 12. in fine
de offic. Procur. Cęsaris, id quod & si sic
apertis verbis non expresserit Dux Os-
sunæ in supradicta altera Pragmatica, il-
la eodem modo Fisco petente sit inter-
pretanda, cum in ea facta fuerit mentio
prænarratæ Pragmaticæ Caroli V. iura
4 enim iuribus concordanda sunt vulgatis
ad hoc iuribus; etiam quia iurium cor-
rectio non inducitur, nisi expressè dica-
tur, eo magis in præsenti casu, cum pri-
ma Pragmatica fuerit edita per Cęsarē.
Secunda verò per inferiorem, & non
5 abs re sic per Pragmaticas prædictas fuit
sancitum, nempè quod causa authoris
Fisci laudati agitetur in Camera, id pro-
cessit Fisci non laudantis fauore, quo fit
vt Fisci desuper petitione cessante, nil est
super quo Iudicis officium se fundare
possit, quod solum petenti impartitur,
vulgatis ad id iuribus, id quod etiam
fundatur si quidem in dicta Pragmatica
Ducis Ossunæ disponitur, in alijs causis
vbi Regij Fisci interesse maximum versa-
tur, Fisco petente remissionem concedi
debere, & non aliter, igitur idem re-
petendum eadem ratione militāte, dum
simpliciter disposuerit remissioni ad Re-
giam Cameram locum fore in illis tri-
bus casibus, vbi Fiscus actor, reus, vel au-
thor laudatus fuerit.

6 Tertio si quidē prænarratæ Pragma-
ticæ dispositio cessat, dum denunciatio,
& laudatio authoris Fisci captiosa inspi-
citur, quæmadmodum hæc denunciatio
Ducis perpenditur, ea ratione, quia
obligationis fisci de euictione, nec color
fundari poterit, id quod fundatur. Pri-
mo quia per Ducem nō est probatum,
territoria de quibus ad præsens conten-
ditur, esse de pertinentijs terræ Sancti
Martini, etenim si hoc probasset, ac fun-
dasset, vtiq; non conuolasset ad hoc mi-
serrimum remedium remissionis, quia
vinceret Episcopum in iudicio princi-
pali. Secundo demus haud conceden-
do qđ idipsum probasset, & territoria
euincerentur. Fiscus non teneretur de
euictione, nec ad aliquod aliud, euicta
7 namq; re particulari terræ, seu feudi S.
Martini, quod est quid vniuersale facti,
vt feudistarum omnium nemine refra-
gante cōmunis est sententia, nō debetur
euictio, nisi nominatim corpora expres-
sa fuerint, & illorū euictio specialis pro-
missa fuerit, ita tex. in l. serui venditor ff.
de euictio. l. 1. C. de euictio. & magis in
specie quæso legatur tex. in l. proinde in
princ. ver. *nam iure ciuili*, & signanter in
vers. *sed hoc ita si certum corpus accessurū*
fuerit dictum ff. de edilitio edict. quibus
iuribus tollitur pōderatio ex aduerso fa-
cta super priuilegio in promissione eui-

8 ctionis in totum,siue in partem, etenim dum lex requirit expressionem nominatim, vt in l. serui venditor, & in d.l. 1.& magis clarè in l. proinde idest certum corpus exprimi, non sufficit expressio generica in partem, l. si quando §.generaliter C.de inoff.testam.vbi glos.in verb.prçiudicium cum concord.quibus accedit, quod si aliter prænarratas Pragmaticas intelligeremus, vtiq; clara fraus omnibus causis fieri posset, vt nulla Sacro Consilio ferè expedienda relinqueretur, nempe fouentes malas causas, figurarent Fisci interesse, laudarent Fiscũ in authorem, & causas tollerent ex Tribunali Sacri Consilij tam iustissimo, & tantis patribus iustissimis decorato,id q; non est faciendum, cum malitijs homi-
9 num sit obuiandum, l.in fundo cum simil.ff.de rei vendicat.

Ex quibus cum fundatum appareat laudationem in authorem fuisse inanem, & captiosè propositam per Ducem, me-
10 rito fuit per Sacrum Consilium iudicatum in ea procedendum esse in eodem Sacro Consilio,in qua causa liceat Fisco assistere.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Secundum opinionem Neapodan. clerici actiuè,& passiue pro rebus patrimonialibus ligantur consuetudine iuris congrui.*

2 *Ab opinione Neapodani discedere durum esset in Ciuitate Neapolis.*

3 *Secundum opinionem Authoris clericus non potest vti consuetudine iuris congrui contra laicum etiam in foro seculari.*

4 *Ius commune disponit esse in libera potestate alienantis alienare in extraneũ, & rem alienatam vlli subiacere retractui.*

5 *An opinio Bart. sit vera quod vbi statuta laicorum sunt generalia, in quibus nulla fit mentio clericorum, & non redundant cõtra priuilegia concessa clericis, si sint honesta includunt etiam clericos.*

6 *Clerici cum non patiantur allegari contra se statuta laicorum similiter laici possunt recusare ne clerici allegent ipsa contra eos.*

7 *Quamuis quo ad ordinationem Iudicij & processum seruanda sit lex, seu statutum fori, vbi iudicium agitatur, tamen si clericus agit contra laicum corã Iudice seculari,in decisione causæ non seruabitur statutum laicale.*

7 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CONSILIVM XXXXI.

Pro Laudonia de Caro, contra Reuerendum Abbatem Sarrianum. Clericus an vti possit consuetudine iuris congrui contra laicum etiam in foro seculari, & statuta laicorum etiam honesta, non includunt clericos.

PRAESENS quæstio quæ vertitur inter Reuerendum Abbatem Sarrianum, & Magnificam Laudoniã de Caro conuentã à dicto Abbate, super relaxatione cuiusdam prædij iure congrui, si non esset Ritus Curiæ Archiepiscopalis modicam, seu potius nullam haberet difficultatem,nam Neapod. in consuet.vbi domus in verbo Ecclesię. & in consuet.si Ecclesia in glos. 1.num. 75.in titul. de iur. congr. & in prohem. cõsuet. in verb. tenorem expressè tenet
1 quod clerici actiuè,& passiuè pro rebus patrimonialibus ligantur consuetudine
2 iuris congrui, à cuius opinione discedere durum esset in Ciuitate Neapolis, sũ D.Ant.de Alex.in apostill.in consuet. si quis,vel si qua super glo.1. quæ incipit, & ratio est fol.118.cuius memor fuit D. de Franch.in dec.46.nu.6. & propterea opinionem Neapod.tenuit Affl.in constit.sancimus,de iure protomis.in princ. col.4.vers.item quæro an si clericus,vbi dicit quod hoc communiter sequuntur Doct.verum cum per dictum ritum 22. qui incipit item in causis consuet. prædicta iuris congrui,non solum non fuerit

rit approbata, sed reprobata, vt tenet glosat.ibi in verb.excepto iure congrui,
3 teneo clericũ vti nõ posse dicta consuetudine contra laicũ etiam in foro seculari, Nam cum dictus Ritus à regula approbante consuetudines Neap. excipiat consuetudinem iuris congrui, vt patet ibi,*excepto iure congrui*, redimus ad ter-
4 minos iuris cõmunis, quod disponit esse in libera potestate alienantis alienare in extraneum,nec rem alienatam vlli subiacere retractui l. dudum C. de contr. empt.& l.falso C.de com.rer.alie.quod tenet glos. d. Rit. in dict.verbo excepto in princ.

Nec prædictæ conclusioni obst.decis. Bar.in l.cũctos populos col.9. vers.quinto quæro C.de sum.Trin. quod vbi sta-
5 tuta laicorum sunt generalia, in quibus scilicet nulla fit mentio clericorũ,& non redundant contra priuilegia concessa clericis,si sint honesta includunt etiam clericos, allegat inter alia c. constitutus de in integr. restit. vbi patet clericum vti posse consuetudine illius loci per quam poterat consanguineus retrahere ab emptore rem alienatam, Nam vltra quod decis.Bar.communiter reprobatur per Canon. in c.cum venissent de eo qui mitti. in possess.cau. rei ser. & in c. Ecclesia S. Mariæ de constit.vbi Felyn.nu.95. vers. octauo quæro,& Io.Bapt. à S.Seuerino in repet.d.l.cunctos populos num.159. vbi dicit quod concl. Bar.non recipitur commu.à Canonistis,patet consuet. illã de qua,in d.c.constitutus non fuisse per Pontificem, aut Ecclesiasticum superiorem reprobatam, sed approbatam, cum qua consuet. concurrebat etiam læsio, vt ibi considerat Abb. at in casu nostro cum sit expressè reprobata non comprehendit clericos,quamuis causa tractetur
6 coram Iudice laico, Nam cum clerici non patiantur allegari contra se statuta laicorũ, similiter laici possunt recusare, ne clerici allegent ipsa contra eos,vt notanter dixit Fely.in d.c.Ecclesia S.Mariæ paulò ante nu.97.vers.& ideo cum clerici, pro quo facit tit. ff. quod quisque iur. quem ad id propositum inducit, & valde exornat Tiraq. de retract. lignag. §.1.glos.13.nu.6. dicens quod si in cæteris obtinet,certè multo magis in clericis,& Ecclesia arg. eorum quæ not. Hostiens. Imo & Abb.in cap.1.de empt. & vendit. sic itaque dum clerici vti volunt d.Ritu aduersus laicos,& aduersus se ipsos clericos vti patiantur necesse est,vt multi tenent relati per Tiraq. ibi nu. 7.
7 ad prædicta confert quod quamuis quò ad ordinationem iudicij, & processum seruanda sit lex,seu statutum fori vbi iudicium agitatur,attamen si clericus agit contra laicum coram Iudice seculari, in decisione causæ non seruabitur statutũ laicale,vt per Abb.& alios in cap. quod clericus de for.compet.& per Felyn. in d.c.Ecclesia S.Mariæ nu.98.vers.tertius casus,& Deci.nu.11. vers. secundo tot. Abb.& sic etiam in foro seculari res decidenda est secundum dictum Ritum, qui non respicit ordinatoria iudicij,sed decisionem ipsius causæ. Et ideò non sine ratione glosat.d.Ritus dubitauit de sententia lata contra clericum tempore D.Angeli Barrettæ Vicarij Neapolitani stante Ritu prædicto, ex quibus decidẽdum arbitror in fauorem Mag. Laudoniæ,& propterea absoluendam.
8 Die 5. Nouembris 1582. fuit per Sacrum Consilium iudicatum secundum hoc consilium,& Laudonia fuit absoluta à petito iure congrui, Actuario Ciuitella,& de hac decisione meminit Dom. Præses de Franch.dec.sua 285.vol.2.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Si in transactione inter partes inita apposita sit illa clausula,vt rata manente transactione receptum ex altera parte occasione ipsius transactionis restituatur,tunc potest quis transactionis exceptione se tueri, & quod solutum est repetere & nu. 21. & an procedat si recipiens pecuniam ex causa transactionis maiorem summam esset consecuturus num.19.*

2 *Dum quis vult venire contra transactionem*

nem necesse est, vt acceptum occasione illius restituat, & restitutio debet fieri cum effectu, & non sufficit sola oblatio num. 10.

3 *Quilibet tenetur restituere pecuniam versam in sui vtilitatem, & beneficium.*

4 *An possint hæc duo peti simul in transactione, videlicet quod debeat datum repeti, & quod possit transactionis exceptione se tueri, vel alternatiue, & num.* 6.

5 *Qui vult vt solutum occasione transactionis ei restituatur, videtur quodammodo recedere à transactione.*

7 *Pacta dant legem contractui.*

8 Per *pactum à propria natura cõtractus, etiam si feudalis fuerit receditur.*

9 *Exceptio quod quis non adimpleuit contenta in contractu, est adeo efficax q dicitur exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum.*

11 *Quando exceptio est clara, & liquida, statim admittitur, & discutitur.*

12 *Iudex de exceptione pacti conuenti, omnimodo, & statim disceptare debet.*

13 *Illud patere dicitur, quod ex instrumento constat.*

14 *Exceptio peremptoria, quando non requirit altiorem indarginem, est discutienda in principio.*

15 *Iudex non debet in notorijs pati causam deduci in iudicium.*

16 *Minoribus aduersus exceptiones omissas etiam dilatorias restitutio cõpetit.*

17 *An remedium l.* 2. *C. de rescind. vendit. locum habeat in transactione, & notabilis distinctio super hoc affertur.*

18 *Assensus capituli Neapolitani* 21. *Regis Catholici, non cõpetit mulieribus Neapolitanis ad eorum electionem, sed in subsidium non existentibus alijs bonis burgensaticis.*

20 *non emptis nullæ sunt qualitates.*

22 *Per transactionem est extincta primeua actio, & reducta transactione ad non causam actor agere non potest, cum remaneat aquiliana stipulatio, & tunc Iudex potest repellere actorem tanquã sine actione agentem, & quid si adest maxima læsio.*

23 *Carens actione debet repelli à limine iudicij.*

24 *Quando in petitione absolutionis à iuramento, non fit mentio quod in contractu adest promissio de non petendo dictam absolutionem, tunc habilitatio à iuramento dicitur obreptitię obtempta, & est nullius effectus.*

25 *Habilitatio à iuramento quando non est legitimè facta, tunc dicitur iurans venisse contra proprium iuramentum, & periurus dicitur.*

26 *Pœna periurij quæ sint.*

CONSILIVM XXXXII.

Pro Hieronyma Cruylles, contra D. Hieronymum de Ayala. Transactione inita, si apposita sit illa clausula, vt rata manente transactione receptum occasione ipsius restituatur, si recipiens vult venire contra transactionem, tunc altera pars poterit transactionis exceptione se tueri, & quod solutum est repetere, & exceptio peremptoria quando est clara, & liquida, & non requirit altiorem indarginem, est discutienda in principio, & notabilis distinctio affertur, an remedium l. 2. *C. de rescind. vendit. locum habeat in transactione.*

CVM in anno 1593. D. Hieronymus de Ayala mouisset litem in Sacro Consilio pro consequutione ducatorum mille & quingentum, vt prætenditur sibi debitorũ pro dotibus quon. Isabellæ Ernãdes eius matris eidẽ promissis per quon. Iulium Cęsarem Ernandes eius fratrem, & pro summa prædicta petijsset assistentiam sibi præstari super nonnullis bonis burgensaticis, ac etiam super quodam feudo detto crepacore possesso p quon. Ioannem Cruylles, siue per quon. Tiberium dormium causam habentem à dicto quon. Ioanne, negotio plenius discusso per eum, videns malam causam fouere, & signanter nullam habuisse, nec habere obligationem super dicto feudo deue-

deuenit ad quãdam transactionem cum Hieronyma cruylles matre, & tutrice filiorum,& hæredum dicti quon. Ioannis Cruylles, & receptis prius per ipsũ duc. cẽtum viginti à dicta Hieronyma nomine quo supra renunciauit iuribus; & liti motæ super dicto feudo, remanente tamen eius actione super omnibus bonis dicti Iulij Cęsaris,& signanter super prædictis bonis burgensaticis in iudicio deductis, pacto adiecto quod si contingerit Hieronymũ contrauenire dictæ transactioni,eo casu firma tamen remanente dicta transactione, ante omnia ipse, seu eius hęredes restituere debuissẽt dictos duc. 120. vna cum omnibus damnis expensis, & interesse, Ad præsens prædictus D. Hieronymus non contentus dicta transactione nixus est illam impugnare ex capite lęsionis,& redire ad pristina iura vt supra proposita,& renunciata, & ea de causa porrexit supplicationem in S.C.petendo rescissa transactione prędicta præfatam petitam assistentiam sibi præstari super feudo prædicto, & licet ex parte dictorum hæredum cõuentorũ opposita fuisset exceptio pacti prædicti, & quod præfatus D.Hieronymus teneretur restituere ante omnia prædictos duc.120. vt supra receptos occasione dictæ transactionis,vna cum interesse firma tamen remanente transactione seruata forma pacti prædicti, attamen per S.C.fuit prouisũ, & decretum procedẽdum esse in causa ad ulteriora dicta exceptione opposita non obstante, ab hoc decreto ex parte conuentorum fuit reclamatum, & obtemptum iterum verbũ fieri, ex quo verbo faciendo per Dominos Iudicantes speratur prouideri debere in fauorem ipsorum hæredum,& cõsequenter exceptionem prædictam admittendam esse, & dictum aduersarium repellendum esse à limine iudicij donec dictos duc.120.vna cum interesse restituerit,& in exitu causæ pretensa per eum non obtentum.

Etenim comune est iuris assumptum,
1 quod si in transactione inter partes inita apposita sit illa clausula,vt rata manente transactione receptum ex altera parte occasione ipsius trãsactionis restituatur, vt in casu nostro,tali casu põt quis transactionis exceptione se tueri,& quod solutum est.repetere text. est notand. in l. qui fidem ff.de transact.& tex.magis clarus in l.cum proponas C. de transact. ibi *si quidem his redendis manente transactionis placito,statim stipulatione si contrafecerit prospexisti, quod exceptionem pacti, & actionem datorum habeas*, ibi etiam hoc notat Bart.nu.1. Paul.de Castro num.1. & 4. ibi *Collegi tres casus in quibus potest quis exceptionem obijcere, aduersarium repellere, & nihilominus data repetere,& etiam pęnam exigere* hoc idem ibidem fatetur Alex. num.1. & 2. Bald.nu.1.& seq.& post Bart.Bal.Salyc. & Imol.ibidem Ias. nu.1.& 4. & omnes alij comuniter,Angel. in l. ita stipulatus §.sabinus ff.de verbor.oblig. vbi comuniter DD.hoc idem affirmat Ioan. Bapt. Caccialup.in tract.de trãsaction.cap.14. nu.1.2.& seq.& c.18. inserto in 6.tom. tract.in 1.par.fol.35.est etiam text. in Can.quecunq; vbi glo.in verb.obtineãt in fin.25.q.2.& alia glos.fin. in fin. in c.dilecti extra de arbitr. vbi etiam Abb. n.17.Corneus in cons.40.n.7.10.&15. vol.2. corroboratur hoc assumptũ quia
2 dum quis vult venire contra transactionem, necesse est,vt acceptum illius occasione restituat ad tex.in l. si diuersa cum ibi notatis C.de transact. Affl. qui ita decisum refert in decis.220.vbi hoc idẽ ibidem sectatur Vrsill. & sic etiam decisum asserit nu.3.& 4. Gramat.decis.66. nu.20.& seq.Roland.à Vall.in cons.59. nu.7. vol.1. de quibus meminit eosque sectatur Molin. de primog. Hisp. lib. 4. c.9.nu.43.& late Io.Vinc.de Anna in singul.540. Id quod confirmatur alia
3 ratione, quia quilibet tenetur restituere pecuniam versam in sui vtilitatem,& beneficium,ad text. in l.cum pecuniam, & in l.soluendo,vbi glos. & alij ff. de neg. gest.& latè scripsit Rota Genuen.in dec. 97.nu.9. si enim prædicta procedunt in transactione simpliciter concepta, ergo multo magis in casu nostro stante dicto

pacto

pacto appoſito, vt acceptum reſtituatur, & tranſactio firma remaneat, vt ſupra demonſtrauimus.

Et licet aliqui contrarium teneant, quod quis non poſſit vtrumque petere, ſed ei competunt hæc remedia alternatiue ſci-
4 licet quod, vel debet datum repetere, vel trãſactionis exceptione ſe tueri, quia alias eſſet contra naturalem equitatem, vt datum haberet, & prædicta exceptione ſe tueri poſſit, eo magis quia hæc vi-
5 dentur contraria, ex quo qui vult, vt ſolutum occaſione trãſactionis ei reſtituatur, videtur quodammodo recedere à tranſactione, vt ſcripſit Natt. in conſ. 631 nu. 4. Roland. à Valle in conſ. 7. vol. 3. & conſ. 60. nu. 34. vol. 4. ex text. in l. in diuerſa C. de tranſact. l. vnic. C. de refutationib. cum vulgar. nihilominus aſſeueratur prædicta vera eſſe, & procedere
6 in caſu ſuo, ſcilicet qñ tranſactio ſimpliciter facta fuerit, nõ adiecto prædicto pacto, quod firma re manente trãſactione receptum reſtituatur, vt explicant Caſtrenſ. Alex. Caccialup. & alij ſupra relati per Cor. in d. conſ. 40. Abb. in d. c. dilecti nu. 17. & omnes alij nemine excepto, Comprobatur idipſum ratione, quia pa-
7 cta dant legem contractui l. 1. §. ſi cõuenerit ff. depoſiti cum concord. poſt Pariſ. ex multis hoc adnotat Rolan. à Vall. in conſ. 54. nu. 3. vol. 4. latè Borgnin. Caualcan. in tract. de iudic. dec. 37. nu. 1. ac pacta prædicta ſeruari debent, vt poſt alios explicat, idem Roland. in conſ. 100
8 nu. 20. vol. 3. cum per pactum à propria natura contractus, etiam ſi feudalis fuerit recedatur, vt poſt Bald. Andr. & alios ſcripſit Afflict. in deci. 265. vbi Vrſill. cuius meminit Roland. à Vall. in conſ. 16. nu. 9. vol. 3. vnde dum in caſu noſtro appoſitum adeſt tale pactum, quod receptum reſtituatur, & nihilominus tranſactio firma remaneat hoc pactum ſeruandum eſt.

Quinimo dum receptum nõ reſtituitur, præfatus actor ex parte ſua, (etiam ſtante prædicto pacto) nõ dicitur adimpleuiſſe contenta in dicto contractu, &
9 talis exceptio eſt adeo efficax quod dicitur exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum, ita ſcripſit Paul. de Caſtr. in l. Iulianus §. offerri ff. de action. emp. Crau. in conſ. 248. num. 1. poſt hos Menoch. & alios, latè idem Roland. in conſ. 69. nu. 13. & ſeq. vol. 4. latè Caccialup. loco cit. cap. 13. 14. 18. & talis accepto-
10 rum reſtitutio debet fieri cum effectu, & non ſufficit ſola oblatio, vt poſt Crau. & alios ſcripſit Vrſill. in d. dec. 220. nu. 2. 3. & 4. & late poſt alios Decian. in conſ. 10. nu. 92. vol. 1. dum ergo iſta dicitur exceptio litis finitæ, & litis ingreſsũ impediens, tollitur obiectum ex aduerſo propoſitum, vt illa re ſeruari debeat ad merita cauſæ, ſi quidem quando ex-
11 ceptio eſt clara, & liquida vt hic, ſtatim admittitur, & diſcutitur text. eſt notand. in l. 3. §. ibidem ſubiungit ff. ad exiben-
12 dum, vbi dicit text. quod Iudex de exceptione pacti conuenti, vt hic, omnimodo diſceptare debet, ſubdit gloſ. in ver. omnimodo ſcilicet ſtatim & illico, eſt etiam text. in l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad trebell. vbi latè Alex. nu. 4. Præſes de Franch. in dec. 289. nu. 5. poſt Bar. Innoc. & alios Reg. de Pont. in cõſ. 70. nu. 8. Abb. in c. exceptionem nu. 16. extra de exception. cum enim iſta exceptio colligatur ex eodem trãſactionis inſtrumẽto dẽt admitti incontinenti, quia
13 illud patere dicitur, quod ex inſtrumento conſtat c. cum contingat de reſcript. c. licet de probat. l. cum precibus C. de probat. & conſequenter dicitur excep-
14 tio peremptoria, & ſic dum non requirit altiorem indaginem eſt diſcutienda in principio, Capyc. dec. 10. nu. 20. dec. 66. nu. 2. deciſ. 77. num. 6. Roland. à Vall. in conſ. 69. nu. 13. vol. 4. idque ratione ſuadetur, quia dum ex dicto inſtrumento notoriè conſtat de dicta exceptione,
15 non debet Iudex in notorijs pati cauſã deduci in iudicium, ad tex. in c. quoniã de filijs presbyter. poſt Specul. Io. And. & alios late Abb. in c. exception. nu. 16. extra de except. cum ſimilib.

Tollitur etiam aliud obiectum partis aſſerentis ipſam exceptionem opponendam eſſe ante litis cõteſtationem, ſi quidem

dem

dem pars in hoc allucinatur, vt ex iam dictis apparet, & dato, & non concesso, quod esset verum assumptum attamen ipsis
16 conuentis vti minoribus aduersus exceptiones ommissas etiã dilatorias restitutio competit, ad tex. in l. minor 25. annis ommissam, vbi glos. & alij comuniter ff. de minor. latè Capyc. dec. 13. Octau. Cacheran. in dec pedamontana 158. Sfort. Odd. in tract. de restitut. in integr. q. 63. nu. 5. & 7. & latius q. 64. & nouissimè qui alios cumulat Thes. in dec. 240. nu. 3. ergo tanto magis in casu nostro, dum pdicta exceptio est penitùs peremptoria impediensq; litis ingressũ, ac etiam fuit opposita congruo loco, vt patet ex actis.

Insuper tollitur aliud obiectũ ex aduerso vti principale adductũ, vz obiectũ læsionis, vt asseritur enormissime, nam licet
17 discrepatũ sit per Scribentes an remediũ legis secũdæ locũ habeat in trãsactione; opinioq; negatiua magis sit comunis, vt per Affl. in decis. 220. vbi Vrsill. Præf. de Franch. in dec. 159. nu. 7. & late Ann. in sing. 553. vbi latius copiosissima additio eruditissimi ad præsens Consiliarij Fabij de Anna, attamen vt ipsemet asserit concordando opiniones dicit, tunc habere locũ in transactione illius tex. dispositionẽ, quando inspecto dubio litis euentu læsio satis vltra dimidiam enormissima esset, sed in casu nostro etiam inspecto dubio euentu litis, non solũ læsio enormissima non adest respectu feudalium, sed nullo modo læsio aliqua considerari potest, nec ius competens dicto attori igitur illius dispositio cessare debet, Etenim partis obiectio in feudalibus nullo modo procedere poterat, si quidem etiã si prefata Isabella fuisset Neapolitana, as
18 sensus capituli 21. Regis Catholici non cõpetit mulieribus Neapolitanis ad eorum electionẽ, sed in subsidiũ non existẽtibus alijs bonis burgensaticis, vt post Camer. in c. Imperialẽ fol. 91. lit. M. de prohib. alie. feud. per Fed. ex multis hoc firmat doctissimus Io. Vinc. de Anna in alleg. 115. omnino videndus. At in casu nostro, præfatus D. Hieronymus pro do tibus predictis potest sibi satisfieri super alijs bonis burgensaticis dicti quon. Iulij Cæsaris iam in præsẽti iudicio deductis, super quibus in transactione prædicta sibi ius reseruauit consequendi prædictũ eius creditum, ac super alijs bonis dicti Iulij Cæsaris Hernandes, ergo super dicto feudo nullũ ius habere poterat, nec potest, & successiue ex dicta trãsactione nulla læsio ei contingit, nec damnum euenire potest. Si igitur prædicta procedunt etiã quod præfata Isabella fuisset Neapolitana, quia attentis bonis burgensaticis, ex dicta transactione nullo modo præfatus D. Hieronymus læsus esse dicitur, ergo multo magis non dicitur læsus in casu nostro occasione dictæ transactionis, cum dicta q. Isabella eius mater nunquam fuerat, nec fuit Neapolitana, vt ipsemet D. Hieronymus fatetur in dicta transactione etiam cum iuramento, quo fit, vt super feudo in iudicio deducto nullum ius dicto D. Hieronymo deficiente assensu hominis, & legis competijsset, nec competere potest, & successiue dicta transactio non solum non continet læsionem ipsius D. Hieronymi super feudo prædicto nullum ius habentis, sed notoriam vtilitatem, & fauorem illius, vti consequentis ex ea dictos duc. 120. verũ etiam continet damnũ patens dictorũ pupillorũ soluentiũ dictos duc. 120. pro cessione iurium feudalium, super quibus iam dicto aduersario dictos duc. 120. recipienti nullũ ius cõpetebat.

Ex quibus sic iure cõgestis, datur clarũ responsũ alio obiecto aduersarij ptendentis, conclusionem Iuriũ, & Doctorũ, vt supra fundatã in fauorẽ dictorum de
19 Cruylles nõ militare qñ recipiens pecuniã ex cã transactionis maiorẽ summã esset cõsecuturus, ex traditis per Cæphal. in cõs. 677. n. 6. & 7. vol. 5. cũ alijs traditis p glo. Paris. in §. 35. nu. 28. si quidem dum præfatus D. Hieronymus in feudo pdicto nullũ ius habeat, nec habere possit, vt supra demonstrauimus, sequitur vt respectu feudorũ nullo modo creditor dici poterit, nec etiam potest, etenim nõ
20 entis nullæ sunt qualitates, ad text. in l. eius qui in prouincia cum ibi not. per

DD.ff.si cert.pet. cum concord. Eo impensius cum dispositio dictarum legum non sit fundata in hoc, si quod soluitur erat debitum,vel nè, vel si is qui recepit esset creditor maioris summæ, nam hoc semper præsupponitur, sed quia dubitatur de litis euentu,cuius occasione partes deuenerunt ad concordiam, & consequenter nunquã tantundē datur quantum pars prætendit,sed sēper datur minor summa quam præfatus aduersarius nunquam recepisset si esset tutus de iuribus suis, & ideo illarum legum dispositio in hoc tantū fundatur,an in transa-
21 ctione sit pactum adiectum,vt receptum restituatur,& transactio firma remaneat, vt in casu nostro tunc enim stante adiectione talis pacti datur acceptorē restitutio,& nihilominus trāsactio firma remanet, cuius exceptione præfati cōuenti se in præsentiarum tueri possunt, ad tex.in l.cum proponas C.de transact. cum alijs supra cōgestis,quo fit vt in hoc casu detur trāsactionis exceptio,& nihilominus actio ad repetendum solutum, vt etiam ex multis affirmat doctissimus Menoch. in cons. 644. vol.7. qui quæso omnino legatur,nam ipse omnia partis obiecta recte cōfutat,& & signāter omnes obiectiones,per Cephal.adductas in allegato cons.677.vol.5.& dicit opinionē ipsius, ac aliorum qui in dicta causa cōsuluere, vt fuerunt Natta, & Roland. in consilijs relatis nec iure, nec aliqua ratione procedere posse,prout etiam nos firmissimè asseueramus non posse prædicta in nostro themate locum habere, stante adiectione prænarrati pacti, vt rectè supra fundauimus,& consequenter,nec etiam obstat ꝙ dicta Iura procedunt in maiore,quia hic nō constat de minore ætate, & etiā si costaſſet ex iam dictis tollitur.

Tollitur etiam aliud obiectum partis aduersæ præsupponentis,quod licet per transactionē sit extincta primeua actio,
22 & etiā reducta transactione ad non causam,actor agere non posset, cum remaneat aquiliana stipulatio, ex qua præfati conuenti se tueri possent, & successiue Iudex repelleret actorem tanquam sine actione agentē, ad tex.in l.2.ff.de transact.l.vt responsū.& l.vbi adhuc,vbi Bal. post Azon. C.de transact.& latè scripsit Caccialup.in tract.prædicto de transact. c.18.nu.1.& seq.Abb.in cap.1.extra de transact.attamen ex causa dictæ læsionis in beneficiū Hieronymi actoris nascatur conditio ex lege indebiti,si quidē vt supra fundatum est, nulla adest læsio,& sic remanet verissimum assumptum præfa-
23 tum,aduersariū repellendū esse à limine Iudicij tanquam actione carentē,ad tex. in l.licet §.ea obligatio ff.de procur.

Nec præfato actori in aliquo prodesse posset abilitatio à iuramēto in dicta transactione apposito obtempta, tum quia ipsa dicitur obreptitiæ impetrata etenim præfatus D. Hieronymus in dicto instru
24 mento promisit prædictam absolutionē non petere, nec alia priuilegia, siue rescripta in sui fauorem,& beneficium occasione prædicta impetrare, quo fit qđ dum in dicta absolutione de prædictis nulla sit facta mentio,habilitatio iam dicta dicitur obreptitiæ obtēpta, & ea de causa nullius est effectus,vt scripsit Affl. in decis. prædicta 220. col.2.vbi omnes addentes, late Loffred. in cons. 12. post Ancar.& alios late consuluit Roland.in cons.31.nu.11.vol.2. qui loquitur in terminis nostris, quo etiam fit, vt dum
25 prædicta habilitatio non sit legitimè facta dicitur ipse actor venisse contra proprium iuramentum, & periurus esse dicatur, vt post Federic. & alios consuluit Alex. in cōs.222.nu.8.vol.2.& con-
26 sequenter dicitur incidisse in pęnas cōtentas in l.si quis maior. C. de transact. videlicet vt acceptum restituat causam ammittat,& infamis efficiatur,vt late etiā explicat Decian. in cons. 10.vol.1. Ant. Gabr.in recollecta commun.opin.in tit. de transact. tum etiā quando legitima esset absolutio, citra ueri præiudicium illa non tolleret obligationem pacti prænarrati,sed tantum tolleret impedimentum proponendi sua iura ex causa periurij, Et ita de iure respondendum,& iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Stante prohibitione alienandi, & fideicommiſſo facto in beneficium alterius alicuius rei, non poterit ab hærede in emphiteuſim dari.*

Et ſententia dicitur tranſacta in rem iudicatam, quando per duos annos ab ea non fuerit reclamatum.

2 *Quando ſententia eſt tranſacta in rem iudicatam, etiam ſi fuiſſet iniuſta de eius iuribus, non eſt amplius tractandum.*

3 *Quando confraternitas regitur per laicos non dicitur pius locus, & non eſt dignus reſtitutione in integrum.*

4 *Res emphiteotica Eccleſiæ ſimpliciter conceſſa pro ſe, & hæredibus non poteſt legari, ſiue donari citra Eccleſiæ conſenſũ extraneo hæredi.*

5 *Licet ſit dubium an requiratur aſſenſus directi* Domini *in donatione, & legato reſpectu iuris prælationis, reſpectu vero recognitionis dominij directi à donatario, vel legatario clarum eſt aſſenſum requiri.*

6 *Minor læſus declarans ſe velle hæredem eſſe, & adiens reſtituitur.*

7 *Eccleſia æquiperatur pupillo, & minori.*

8 *Quando eſt inducta tacita renunciatio Eccleſia læſa in renunciatione eſt reſtituenda.*

9 *Quando Eccleſia notiſſime apparet læſa, ei vti cuilibet perſonæ priuilegiatæ conceditur reſtitutio.*

10 Deci*ſio præſentis cauſæ in fauorem.*

CONSILIVM XXXXIII.

Pro Sacro *Monaſterio* S.*Mariæ Egiptiacę. Sententia ſi eſt tranſacta in rem iudicatam etiam ſi eſſet iniuſta de eius iuribus, non eſt amplius tractandum, & confraternitates quæ reguntur per laicos, non habent reſtitutionem in integrum, & res emphiteotica Eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus, non poteſt legari, ſiue donari citra Eccleſiæ conſenſum extraneo hæredi maxime reſpectu recognitionis dominij directi à donatario, vel legatario.*

FACTA conceſſione in emphyteuſim per Io. Michaelem Caccauellum quarundam domorum in actis deductarum pro annuis duc. 45. Cęſari de Nubulis, Sacrũ venerab. Monaſterium S. Mariæ Egiptiacæ, tanquam directus Dominus earundẽ domorum, comparuit in Sac. Conſil. & petijt ab eo prouideri, domos prædictas declarari eidem Monaſterio deuolutas ob Canonem non ſolutum vltra biennium, & alienationem factam Monaſterio irrequiſito, & gradatim conditionaliter, & ſucceſſiuè petijt, Cæſarem prædictum condẽnari ad illarum relaxationem, tam iure prælationis, quam iure ampliationis, & tandem compilato proceſſu, audito monte Ciuitatis Maſſæ lubrenſis, qui vltro iudicio prædicto ſe obtulit ex cauſa prætenſi fideicommiſſi, quon. Annibalis Caccauelli patris dicti Io. Michaelis, per Sac. Conſil. referente D. de Boctis fuit prouiſum ad Monaſterium prædictum eſſe relaxandas domos ſupra narratas tam iure ampliationis, quam iure prælationis, audito eodem monte die 12. Iulij 1578. & facta inſtantia per Cæſarem, vt Monaſterium declaret, quo iure nanciſci voluiſſet domos prędibatas, & illa facta per Monaſterium, quod admitti ad prædicta petebat iure prælationis, prouiſum fuit, quod poſſeſſio domorum conſignaretur Monaſterio, ſoluta quadam pecuniæ quantitate ſub ſolutione annua duc. 45. His ſic peractis, Monaſterio exiſtente in pacifica poſſeſſione dictarum domorum die 27. Iulij 1581. & ſic poſt annos tres, & dies quindecim elapſos à die latæ ſententiæ prædictæ, idem mons prædictus media ſupplicatione reclamauit à ſententia prędicta, petijtq; illam reuocari, poſtquam Monaſterium prædictũ illam conſequutum fuit iure prælationis, non autem iure ampliationis, præſupponẽns ius prælationis requirere validitatem dicti contractus conceſſionis factæ Cæſari, quam dicit Cęſari, ſtante prohibitione alienandi apparente in dicto teſtamento Anni-
1

balis Caccauelli,& fideicommisso in beneficium ipsius montis, Io.Michaelem non potuisse facere etiam ex dispositione text. in auth. res quæ C. comu. deleg.

Sacrum Monasterium aduersus montem prædictum hæc prætendentem opponit exceptionem rei iudicatæ, & litis finitæ, si quidem Sac.Consf. mediante sententia prænarrata lata 12. Iulij 78. iudicauit, domos ad ipsum Monasteriũ spectare iure prælationis, non obstante dicto fideicõmisso, quod tunc exhibuit mons:& reclamauerit die 27. Iulij 1581. & sic non modo vltra biennium, iux. tex. in auth. quæ supplicatio C. de precib. Imp. offer. sed vltra tres annos, & dies

1 15. ergo apparet, sententiam fecisse trãsitum in rem iudicatam ob reclamationem in tempore non interpositam, quæ ea de causa, amplius retractari non potest d. auth. quæ supplicatio cum concord. quò fit, vt & si sententia prædicta

2 iniusta sit, prout ex infra dicendis iustissima patefiet, de eius iuribus amplius nõ est tractandum, cum eius tanta vis sit, vt faciat de non ente ens, & de albo nigrũ, ita scriptum reliquit copiosè Ias.in l. Iulianus vetum debitorem ff. de condit. indeb.

Nec prædictis obstabit, si mons respondebit, ipsum esse admittendum ad iudicium reclamationis ex beneficio restitutionis in integrum, infra quod tempus esse prætendit, ex reg. tex. in c. 1. de in integr. restit. nam pro responsione est aduertendum. Primo montem prædi-

3 ctum esse confraternitatem, quæ regitur per laicos quo fit, vt nõ dicatur pius locus, vt latissime plutibus authoritatibus, & exemplis comprobat, & dicit, comunẽ hanc esse opinionem Anton.Gabr. lib. 6. comun. opin. in tit. de pia caus. condu. 1. ex quo sequitur, vt mons prædictus dignus de iure minimè inspiciatur dicta restitutione in integrum, idem Gabr. vbi supra nu. 21, ex relatis per Petr. de Anchar. in c. auditis 11. quæst. extra de in integr. restit.

Præterea Sacrum Monasterium dicit, esse admictendam dictam exceptionem rei iud. stante iustitia Monasterij in hac causa principali, & sic sententiæ prædictæ S.Consf. Primo quia dum mons prætendit dictum contractum inualidum ex causa prætensi fideicommissi, illud Sacrum Consilium inane iudicauit in præiudicium Monasterij directi Domini sine eius assensu, cum ex eo Monasterium læderetur respectu iuris prælationis, &

4 respectu caducitatis, etiam quia res emphiteotica Ecclesiæ simpliciter concessa pro se, & hæredibus, non potest legari, siue donari citra Ecclesiæ cõsensum extraneo hæredi, vt latissimè firmant omnes Doct. huius opinionis referẽdo per octo columnas, & affirmando magis cõmunem Iul.Clar. 4. lib. senten. ver. emphyteusis q. 28. vers. tertius casus. fol. 310. vsque ad versic. vnum tamen scias fol. 317. & Ias. latissimè in l. fin. à nu. 66. vsque ad nu. 72. C. de iur. emphyt. Præterea, & si in dubium sit deductum, an

5 requiratur assensus directi Domini in donatione, & legato respectu iuris prælationis, respectu vero recognitionis dominij directi à donatario, vel legatario, omnes Doct. inclinarunt in partem affirmatiuam, scilicet assensum requiri, quos omnes refert, & sectatur Dom. de Franch. in sua decis. 201. num. 3. & nu. 4. qui refert Cyn. Alber. Salyc. Fulgos. Ias. Anch. Imol. Addit. ad dec. Cappel. Tholos. & cæteros, eo impensius cũ emphyteusis huiusmodi non apparet concessa cum omnibus solemnitatibus à iure requisitis, quo casu huiusmodi præcedens opinio nullum habet Doctorem contradicẽtem, vt testatur Curt.Iun. consf. 130. nu. 4. & idem Clar. vbi supra vers. breuiter quando fol. 313.

Tertio demus tamen auth concedendo fideicommissum prædictum subsistere, sicut de iure non subsistit, Monasterium dicit, non esse fundatum per montem has domos esse hæreditarias Annibalis fideicõmittentis, cuius testamentũ non patefacit, domum esse hæreditariã, sed tantum genericè loquitur de eius bonis.

Quarto quia Io.Michael potuit dispo

nere

nere de domibus, non obstante fideicommisso prædicto, si quidem testator prænarratus in dicto testamento conces sit facultatem Io. Michaeli disponēdi de duc.500.& sic respectu dictę dispositionis potuit eligere alienationem domorum prædictarum pro legitima prædicta, & facultate disponendi, vt supra, ita copiosè testatur Ias. in d. auth. res quæ num. . . C.comun.deleg. Rursus quia mons consentijt sententiæ prænarratæ petendo in casu luitionis census, faciendo per Monasterium audiri, & pecuniā deponi pro eius interesse, cui petitioni respondit Monasterium, domos velle includere intra ædes Monasterij pro monialium seruitio, & in casum luitionis obtulit deponere pecuniā, & monti depositum notificare.

Quinto quia mons, nec ea via obtinere posset, quia si forsan Sac. Cons. iusta videretur prætensio montis in casu prælationis, nonnè in declaratione facta per Monasterium, prospiceret Monasterium læsū, cum sine difficultate domos consequi valens iure ampliationis necessariæ, vt ipsummet etiā post declarauit, prout cernitur in dicta responsione, & ex facie loci notum fit, non eo iure domos prædictas cōsequi velle declarauit, sed iure prelationis, quo fit, vt Monasterium restituendum foret ad iterum de-
6 clarandum exemplo minoris, qui læsus, declarans se velle hæredē esse, & adiens restituitur l.1. C. si tut. vel curat. inter-
7 cess. Ecclesia namque equiperatur etiam in hoc pupillo, & minori, iuxta tradita per Bart. in l. si pupillorum in princ. ff. de reb. eorum. Secundo ad idem fundandum adducitur, quia cum sententia Sacri Consilij, Monasterium fuit admissum tam iure prælationis, quam ampliationis, ex illa declaratione velle domum iure prælationis, aut non fuit inducta renunciatio iuris ampliationis, & sic cessabit montis prætensio, aut est inducta
8 tacita renunciatio, & tunc Ecclesia ipsa læsa, in renunciatione est restituenda, vt in renunciatione litis tradidit Bald. post glos. in l. postquam liti col.3. C. de pact. nouissime adducitur, quia si iure prælationis, ex causa dicti fideicommissi Ecclesia excluderetur, ex declaratione prælibata notissimè appareret læsa, quo casu
9 dictæ Ecclesiæ vti cuilibet personæ priuilegiatæ concederetur restitutio, vt per Bart. in l. ab hostibus §. sed quid simpliciter num.12. vbi loquitur in extrau. & nu.13. vsque ad finem, & propriè in ver. iudicas ff. ex quib. caus. maior. & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

10 Referente D. Vitellio fuit iudicatum in fauorem Monastèrij, iuxta hoc Consiliū & impositum perpetuum silentium.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Semper quod in donatione fit mentio mortis, & maxime in dispositione actus, actus cēsetur celebratus causa mortis, & non inter viuos.*

2 *Quando in donatione mentio mortis intercessit, non vt causa finalis donandi nullo periculo, vel periculi causa imminentibus, sed causa dilationis effectus dictæ donationis, an tunc censeatur donatio inter viuos, vel causa mortis.*

3 *Donatio causa mortis potest fieri ex eius sola cogitatione, & narratione.*

4 *Si in donatione præcedunt merita, ex his colligitur mens donandi inter viuos.*

5 *Quando donatio fit coniunctæ personæ, an iudicetur inter viuos.*

6 *In donatione causa mortis debent intercedere quinque testes, & quomodo intelligatur.*

7 *Quando sumus in actibus, qui dependent à voluntate vnius, non militat regula si non valet, quod ago, vt ago valeat, vt valere potest.*

8 *Quando donatio valet in vim fideicommissi, & aditione confirmatur, etiam quod donatarius sit absens valet in vim donationis causa mortis.*

9 *Verbum promitto donare importat obligationem donandi, sed licet donator sit obligatus tamen donationem reuocare potest.*

CON-

CONSILIVM XXXXIV.

Pro Mag. Ottauio Pappacoda, contra Mag. Mutium Pappacoda. Promissio de donando post donantis mortem si sine filijs decesserit, an censeatur donatio inter viuos, an vero promissio de donando causa mortis, & ex quibus coiecturis possit colligi mens donantis velle donare inter viuos, vel causa mortis.

QVAESTIONIS est, an promissio de donando ducatos duos mille & quingentum facta per Mag. Ottauium Pappacoda post ipsius mortẽ, si sine filijs decesserit, mag. Mutio Pappacodæ, si tamen cum filijs decesserit, sic simpliciter mediante quodam albarano priuato, censeatur donatio, vel promissio de donando causa mortis, adeo quod reuocabilis sit, vel inter viuos, & sic irreuocabilis. Et quidem ex infra dicendis in iure, veris existentibus iudicandus erit actus causa mortis factus, & non inter viuos, ex comuni iurium, glossarum, & Doctorum traditione, (scilicet)
1 semper quod in dispositione fit mentio mortis, & maximè in dispositione actus, vt hic, *prometto di donare al Sign. Mutio Pappacoda poi la mia morte*, actus censetur celebratus causa mortis, & non inter viuos l. seya, vbi glos. ff. de dote præleg. glos. in l. mortis causa capimus §. Titia ff. de donat. caus. mort. glos. & comuniter Scribent. in l. quæ dotis sol. matrim. & in l. final. C. de pact. cum alijs copiosè congestis per Ias. in d. l. quæ dotis nu. 26 per Gulielm. de Bened. in repet. c. Raynutius in vers. testamentum il 4. nu. 22. fol. 186. & per Alex. in cons. 81. num. 2. volum. 1.

Vis nunc tota erit respondere infrascriptis obiectionibus, seu limitationibus, quæ ex aduerso obijci poterint aduersus regulam, ac fundamentum prænarratum. Primo prætendere poterit donationem huiusmodi censeri inter viuos, si quidem asserit, mentionem mor-
2 tis intercessisse, non vt causa finalis donandi nullo periculo, vel periculi causa imminentibus, sed causa dilationis effectus dictæ donationis, ex his quæ scripsit Gulielm. de Bened. in loco præcitato num. 23. vers. & hoc verum, ex dictis per Petr. de Bellapert. quem Cyn. & Bald. sectantur in d. l. quæ dotis, nam alij per eum allegati, id non testantur, cui obiectioni faciliter respondetur. Asseueratur namque, doctrinam prænarratorum Doctor. esse reprobatam, & contrariam sectantur Bal. sibimet contrarius in l. & si mortis vers. nunquid per hæc verba C. ad leg. falcid. & in l. cum quis de condict. ob caus. glo. singul. quam sectatur Bar. in l. fin. nu. 11. vers. & primo examinemus C. de pact. Bar. per illum text. in l. nam & si moriar nu. 3. ff. de condit. indeb. qui respondet ad l. 1. C. vt ab hæred. & contra hæred. & l. hæreditarium de bon. author. iudic. possid. & alijs iuribus ad hoc in contrarium adductis, in quibus dicit, constare de mente donantis inter viuos, si quidem præcedebant merita, eandem opinionẽ in indiuiduo reprobant Paul. Castren. in d. l. quæ dotis in fin. vbi respondet etiam ad l. cum maritus §. final. de pact. dotal. quia similiter vt supra constabat de animo donantis inter viuos, Ias. magis in specie nu. 42. vers. sed tu caue, qui dicit, veriorem hãc esse opinionem, Alber. in d. l. nam & si cum moriar in fin. vers. & primo ff. de condict. indeb. qui allegant ita tenere Gulielm. de Cuneo, Andr. de Pisis, & alios antiquos, & Alex. magis specificè in d. cons. 81. col. fin. nu. 2. ver. quod autem dicatur 1. vol. prædictis addo, quod nullo periculo imminente, vel periculi
3 causa potest fieri donatio causa mortis, sed ex eius sola cogitatione, & narratione, & hæc est prima species ex tribus donationis causa mortis, iuxta responsum Iureconsult. in l. 2. & in l. Senatus §. mortis causa ff. de donat. caus. mort.

Quibus non obstabit præcedens donatio eorundem duc. mille, & quingentum collata à dicto D. Mutio in ipsum D. Octauium, vt ex ea, ex aduerso prætendi

tendi possit præcessisse merita, ex quibus colligitur mens donandi inter viuos, vt præfati Doctor. testantur, ac affirmant pro responsione ad text. in l. 1. vt ab hered. & contra hæred. & in l. hæreditariũ, & in l. cum maritus. §. final. nam in facto fundabitur respectu donationis prædictæ nulla remansisse merita, si quidem luce meridiana clarius patebit, illam fuisse remuneratoriam, obnoxiumque fuisse D. Mutium ad conferendum dictam donationem in dictum D. Ottauium.

Nec secũdo principaliter obstabit, donationem prædictam tamquam factam D. Mutio fratri, & sic coniunctæ personę
5 iudicari inter viuos, potius quam causa mortis, ex traditis per Raphael. & Ludo. Roman. in d. l. quæ dotis, vt refert idem Guliel. de Bened. in loc. pręc. eod. nu. 23. verf. 3. intelligaris, nam limitatio prædicta reprobatur iustissimis rationibus per Alex. in d. l. quæ dotis nu. 7. vers. secundo prædictam intelligebant, ad cuius dicta me remitto.

Nec tertio principaliter obstabit alia limitatio, donationem iam dictam ex eo iudicari inter viuos, quia in vim dona-
6 tionis causa mortis valere non potest ex defectu quinque testium, iuxta text. in l. final. C. de donat. caus. mort. & in l. final. C. de codicill. adhoc vt actus valeat, vt per Ias. in d. l. quæ dotis, per Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta de verb. oblig. & per Guliel. in loc. præcit. vers. 2. intelligaris. Nam responderur, donationem prænarratam fuisse factam mediante albarano, quod partes voluerunt valere tamquam publicum instrumentũ, quod si factum fuisset, ex quo D. Ottauius causa mortis donare voluit, in eo adhibuissent numerum quinq; testium, ergo licet euidenter numerus quinque testium non appareat, tamen adest per relationem ad aliud, quod ita factum fuisset, sicut tradidit Bart. per illum text. in simili, in actu facto extendendo ad consilium Sapientis, in l. illa institutio, & ibi cęteri Doctor. ff. de hæred. instituen. quibus addo, quod opinio prædicta nõ est vsquequaq; tuta, cum contra eam consuluerit Ang. in cons. 253. & faciunt dicta per Bart. in l. 1. §. si quis ita ff. de
7 verb. oblig. quod quando sumus in actibus, qui dependent à voluntate vnius, sicut inspicitur hic actus factus in absentia D. Mutij, non militat regula si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest.

Nec quarto prædictis obstabit ex eo iudicari donationem inter viuos, cum causa mortis valere non possit ex causa absentiæ dicti D. Mutij, iuxta text. in l. inter mortis C. de donat. caus. mor. per glos. Cyn. & Doct. in l. 1. C. eod. tit. ete-
8 nim cum de iure fundetur valere in vim fideicommissi, l. cum pater §. eorum ff. de legat. 2. & l. miles ad sororem eod. tit. & aditione confirmetur, vt per Bald. in d. l. 1. non potest iure fundari, quod valere habeat, vt donatio inter viuos, vt act⁹ valeat, prout supra narratum est in præcedenti obiectione, cum valeat in vim fideicommissi. Nec D. Mutius se funda-
9 bit in illo verbo *prometto donare*, quod importat obligationem donandi, vt per Bar. in l. 1. ff. de donat. caus. mort. quia idem Bart. ibidẽ in ver. dicit Dynus, dicit, quod licet sit obligatus, tamen non impeditur, quin eam reuocare possit, & sic donatio est causa mortis, vnde prædicta donatio debet iudicari reuocabilis, quemadmodum Octauius ipsam reuocauit, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi electio officialium alicuius loci debet fieri conuocatis omnibus Ciuibus, & in ea omnium, vel maioris partis consensu accedente, & ratio, & nu. 3.*

2 *Quando maior pars consentit lex fingit contradicentes numero minores consentire.*

4 *Dispositio pragmaticæ inuictissimi Caroli Quinti incipiẽtis volumus, se cõformat dispositioni iuris communis, & de intellectu ad vltima verba ipsius nu. 6.*

5 *In odiosis lex disponit abesse præsumptionem*

nem correctionis iurium.

7 *Tex.in cap.quia propter de electione, dicens posse capitulum eligere probum virum, vt prælatum eligat, & glos. in l. nulli ff.quod cuiusque vniuer.nomine dicens seruari consuetudinem in electione, vt antiquior agatur non faciunt cōtra hoc consilium, & eis resp.nu.8.*

9 *Decisio Sacri Cōsilij similis huic causæ refertur.*

10 *Baronibus de iure officialibus, & alijs pręcipitur esse animaduertendum ad collusiones quæ machinari possunt à ciuibus, qui eliguntur in gubernio suarum terrarum.*

11 *Honores sicut onera, communes esse debent inter omnes ciues, inter quos sunt equaliter distribuendi, & distribuenda iuxta ætates dignitates, aut gradus.*

CONSILIVM XXXXV.

Pro Particularibus Ciuitatis Grauinæ. Electio officialium alicuius vniuersitatis debet fieri conuocatis omnibus ciuibus, & in ea omnium, vel maioris partis consensu accedente, & hoc tam de iure communi, quam de iure Regni, & de intellectu ad tex.in cap.quia propter de electione, & ad glos.in l.nulli ff. quod cuiusque vniuer.nomine.

DVPLICI iure obtinere debent particulares Ciuitatis Grauinæ, petentes reformari modū electionis officialium dictæ Ciuitatis, vt illa fiat,
1 conuocatis omnibus ciuibus, & in eorum omnium, vel maioris partis consensu accedente, suadetur idipsum. Primo ex dispositione iuris communis, iuxta tradita per Specul. in tit. de synd. in princ. vers.item quod non est à duabus partibus, qui allegat l.nulli, & l.plane ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine l.tertia de decr.ab ordi.facien. l. nominationum C. de decurion. cap. licet, c.quia propter, & c.in genesi, extra de elect. & ratio est, quia cum officiales vniuersitatis omnia possint facere, quæ omnes Ciues, & successiue omnes obligari possunt ex facto administratorum, ea de causa iuri conueniens visum fuit omniū consensum requiri, ex reg. l.fin. de authoritate præstanda, vel maioris partis,
2 cum sit quod in eum casum lex fingat contradicentes numero minores consētire, iuxta not.per Guid.Pap.in deci. penult.nu.7. vers.inter cætera priuilegia communitatis. & in decis. 424. imo iura, & Doct. tradiderunt electiones huius
3 modi, & alij actus facti non concurrente vocatione omnium præsentium licet cum consensu maioris partis populi non tenere, tradidit idem Specul. in tit.de syndic. num. 9. vers. item opponitur, Capyc.diffusè in decis.4. nu.3. cum sequent. quibus accedit dispositio
4 Regiæ Pragmaticę Inuictissimi Caroli V. quæ incip.*Volumus etiam vt Sindici, & alij officiales Vniuersitatum eligantur libere per Ciues ipsarum Vniuersitatum*, quæ cum faciat mentionem de Ciuibus, asserendum est se conformare voluisse cum dispositione iuris cōmunis, ex reg. text.in l.hæredes mei §.cū ita ff. ad trebell. eo impensius cum tractetur de negocio præiudiciali omnibus, & sic sumus
5 in odiosis, in quorū dispositionibus lex disponit abesse correctionis iurium præsumptionem.

Quo ex prædictis iacto fundamento, videlicet Regiam Pragmaticam prænarratam in sui principij dispositione intelligi debere conformem dispositioni iuris communis, facilis erit responsio
6 ad ipsius vltima verba, *secundum ordinem, & modum in ipsa vniuersitate seruari consuetum*, vt ea intelligamus locum habere respectu circumstantiarum, quandoquidem videmus, Regni Vniuersitates cōmuniter, & generaliter diuersis circunstantijs vti in electione officialiū, alię enim reguntur quatraginta electis, vt Ciuitas Capuana, aliæ vero viginti quatuor ex quatraginta octo electis, & sic de singulis notorium est, sed non negatur in prædictorum electione omnes vocari, & de omnium consensu, vel maioris

maioris partis Ciuium prędictorum electiones celebratas,nec auditum in Regni terris & locis,electiones similes fieri, & hoc intellectu retento facilis erit responsio,ad tex.in c.quia propter de elect.dũ dicit posse capitulũ eligere probum virũ, vt prælatũ eligat, & ad glos.in d. l.nulli, q̃ dicit seruari cõsuetudinẽ in electione, vt antiquior agat. Primo cũ iam fundatũ sit Pragmaticã prædictã requirere consensum omniũ, vel maioris partis in sui principio,iuxta dispositionẽ iuris,& verba illa vltima intelligi respectu circunstãtiarum vt supra. Secundo magis particulariter,nam tex.in c.quia propter nõ meretur allegari ad propositũ, intuenda.n. sunt verba ipsius infrascripta v3, *vel saltim eligendi potestas aliquibus uiris idoneis cõmittatur,qui vicem omniũ,Ecclesię viduatæ prouideant de pastore*, namq; se fundant super illa qualitate probis viris, & cum causæ cognitione,cũ innuat glo. in verb.iuris, dũmodo sint viri religiosi, id q̃ à præsenti themate cessat,necesseq; esset, vt pares essent termini, in singulis electionibus adesse electionẽ proborum virorũ ex cõmuni,vel maioris partis consensu electorũ, quibus potestas creandi officiales cõcederetur,cessante igitur decretalis illius ratione, asseuerandum est Vniuersitatẽ iam dictã vti non posse dispositione ipsius, nec opitulabitur glos. in d.l.nulli loquens de consuetudine,cũ illa non loquatur de electione officialiũ, sed de persona quæ agere debebat pro beneficio Vniuersitatis,& sic de actu loquitur differẽti, insuper loquitur de casu particulari redundante in beneficium Vniuersitatis,non sic de præsenti,in quo versatur omniũ interesse ex supra cõgestis,omnia hęc ex abundanti dicta fuerũt stante fundamento Regiã Pragmaticã in electione ipsius officialiũ requirere consensũ omniũ Ciuium,vel maioris partis, quibus rationibus alias motum S.C. referente D.de Haro, ita decidit in causa Vniuersitatis terrę Solofræ,reformauitque modum electionis regiminis eius, quod eligebatur hoc modo, sindicus sindicum, & electi electos, cuius decreti copia extat exhibita.

7 (margin, at "sio,ad tex.in c.quia propter"); 8 (margin, at "tim eligendi potestas"); 9 (margin, at "ferente D.de Haro").

Alio & secundo fundamento iuxta redditur petitio huiusmodi particulariũ ex ratione boni publici,rectæ administrationis,& conuenientiæ, nam si officiales eligentur hoc modo,per eosdem v3 officiales præsentes, & alios ab eis nominatos, sectantes vocem,& votum eorundem officialiũ,qui administrauerũt, licet non eligant eorum consanguineos,ne contrauentio fiat Regiæ Pragmaticæ,eligent eorum familiarissimos,& dependentes ab eis, cum quibus faciles poterunt esse collusiones, tum in computorũ redditione,tum etiam in male administratis per eligentes, & male administrãdis per electos,ad instantiã ipsorum eligentium, & aliæ infinitæ collusiones machinari poterunt, quæ molestiæ euitandæ,& honestatis causa ommittũtur,id q̃ Baronibus, Officialibus, & alijs præcipitur esse animaduertẽdum, ex his quæ refert Guid. Pap.in d.dec.penul.& videmus tam Serenissimos retro Reges,quam eius Illust. Vicereges huius Regni,medijs tot Pragmaticis sanctionibus ad id aduertisse,corruptelasq; & prauas Vniuersitatũ cõsuetudines dirupisse, ad q̃ aduerti e S. C. illi supplicatur per hos particulares, inconueniens etiã vt in electionibus præfatis absit cõsensus particularium ciuiũ, qui ex facto dictorũ administratorũ citra eorum consensum nec approbatis industrijs, & personis eligendorũ, ex ipsorũ factis obligentur, sed aduertendũ est q̃d de oĩbus prænarratis hucusq; in secũdo fundamento ratiocinium habuimus in abstracto, at in concreto loquendo, ex sequenti facti memoria breuissima, luce meridiana clarius, vera apparet mala administratio officialium præteritorum dictæ Ciuitatis,dum ex ea inspiciuntur tot debita contracta per eam ab anno 1558. quo cæperunt lites,non obstãtibus maxima Ciuitatis introituum quantitate,& minori exitu ipsorum,ex debitis minoribus introitu dictorum reddituum.

10 (margin, at "statis causa ommittũtur").

Vera etiam cernitur electio facta continuatis temporibus,non modo in personas ab eligentibus dependentes, verũ

etiam eorum consanguineos,& affines à quibus processit præfata mala administratio, & ꝙ peius cernitur electio officialium, per circuitum aliquarũ paruarũ familiarum dictæ Ciuitatis nu.12.in circa tantum, ꝙ non est ferendũ in hac Ciuitate Grauinæ adeo populosa, plenaq; familijs innumerosis virorum honestissimorum actissimis ad regimen prędictum
11 gubernandum, idq; etiam cum honores sicut onera communes esse debent inter omnes ciues, inter quos equaliter sunt distribuendi, & distribuenda iuxta ætates, dignitates, aut gradus, singulare fuit responsum Iureconsulti Vulpiani, in l.& qui originem §. præses ff. de muner. & honor. id ꝙ idem Iure consultus commendat Præsidi Prouinciæ, Quibus sic fundatis,& reiectis contrarijs, D.Iudicantes iudicaturos esse iuxta particularium petitionẽ speramus,& ita in oĩbus de iure respondendũ,& iudicandũ esse cẽseo.

Paulus Staibanus.

Ad nu.9.adde ꝙ de prædicta dec. meminit D.de Franch.dec.210.num.1.vbi dicit, ꝙ ita passim seruatur,& D.de Põt. in tract.de pot. Proreg. in tit. de abun. Ciuit.§.1.nu.5. licet D.Rou. in d.Prag. volumus q̃ est 2.de admin.Vniu.nu.23. cum seqq.plura in contrarium alleget.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas non potest concedere immunitatem collectarum, nec in parte, nec in totum, nisi in certis casibus.*
2 *sententia ex assertione non probatur.*
3 *In omni dispositione, intelligitur clausula rebus in eodem statu permanentibus, & ex causa de nouo superueniente, receditur ab omni dispositione, & ratio.*
4 *In iuribus concedendis à constitutione receditur qñ incipit tẽdere ad noxam, & à quibus alijs recedatur in dicto casu.*
5 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent remedio.*
6 *Priuilegium quandocunque incipit lædere reuocatur in totum.*
7 *Priuilegium si ex post facto incipit esse damnosum sine mora reuocatur.*
8 *Priuilegium statim quod incipit esse iniquum perdit vires.*
9 *Consuetudo diu obseruata super collectis, etiamsi esset statutum iuratum inter Ciues, & Comitantes, intelligi debet rebus sic stantibus, prout erant inspecto tempore facti statuti, & cœpta consuetudinis, vnde si superueniat aliqua mutatio status, vt quia Ciuitas esset depauperata, receditur à consuetudine, & statuto.*
10 *Immunitas si fuerit concessa per viam contractus, ex causa postea superuenienti modificatur, & reducitur ad equalitatem.*
11 *Si inter duas parrochias fuerit facta diuisio collectarum, & ita diu obseruatũ, propter diminutionem vero vnius, vel augumentũ alterius, reducitur ad equalitatem.*
12 *Non obstante priuilegio immunitatis, ex causa de nouo tenetur priuilegiatus ad collectas.*
13 *Quamuis contractus à principio non contineat læsionem, si tamen ex post facto propter mutationem temporum contineat læsionem, potest rescindi, & hoc si contractus est successiuus respiciens futura tempora.*
14 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CONSILIVM XXXXVI.

Pro Vniuersitate Luciorum, contra Vniuersitatem Rosarum, & Vallitanorum. Vniuersitates si concordant inter se, vt vna alteri de bonis quæ habet in territorio alterius correspondeat ad decem, cum debebat soluere plus quam viginti, tale pactũ intelligitur rebus in eodem statu permanentibus, & Vniuersitas non potest concedere immunitatem collectarum, nisi in certis casibus.

VNIVERSITAS Terræ Rosarum cõparuit in Reg. Cam.Sum.& allegando prætensam conuentionẽ olim initam cum Vniuersitate terræ Luciorũ, sup solutione duc. annuorũ duodecim tñ ꝓ iure collectarũ debi-

debitarum per ciues Rosarum pro bonis quæ possident in territorio casalis Vallitani inhabitati, petijt vltra summā prædictam per eandem Regiam Cameram non molestari. Dum tractaretur prouisio lite pendente per D. Dauid fuit prouisum in fauorē terræ Luciorum, quod post modum absente eo, & referente D. de Santa Cruce, nulla alia probatione nouiter præsentata, fuit reuocatum, & prouisum, lite pendente fieri tantum solutionem annuorum ducatorum duodecim.

Vniuersitas Luciorū ne redderet causam immortalem, contenta remansit terminum in causa impartiri, ad præsens compilato processu, differendum est de iuribus vtriusque Vniuersitatis, non negatur casale Vallitani esse de territorio, & pertinentijs terræ Luciorum, Nam id affirmat Vniuersitas Rosarum in eius petitione, & mandato, sed allegat dictam conuentionem, quæ ex testibus probatur, à quibus asseueratur tantum, solutio ducatorum annuorū duodecim per multos annos, quam etiam probant apodissæ præsentatæ ex aduerso de annis 1558 1559. 1572. 1573. nouissime adducitur sententia Sacr. Conf. relata in prouisionibus Reg. Cameræ de anno 1572. Quibus non obstantibus prætendit Vniuersitas Luciorum obtinere, quod Ciues Vniuersitatis Rosarum soluant integros dirictus prædictarum collectarum. Primo quia conuentio prædicta super qua se fundat Vniuersitas Rosarū nō est ꝓbata, nec per testes vt supra, nec per scripturā, nec legitimè nec inlegitimè, nec desuper centenaria apparet verificata, etiam respectu pręstationis prædictæ dictorum annuorum duodecim, quæ omnia necessaria forent, cum de iure per-
1 pendatur, Vniuersitatem non posse concedere immunitatem collectarum, nec in parte, nec in totum, nisi in certis casibus hic non compræhensis, ex dispositione tex. in l. euacuatis, vbi Luc. C. de decur. lib. 10. & late Cap. in feud. inuestit. in verb. collectis in vers. priuilegiatus ab Vniuersitate quod, aduerteus D. de Dauid prouidit in fauorem dictæ Vniuersitatis Luciorum lite pendente vt supra, ex reg. tex. in cap. cum personæ cum concord. de priuileg. in 6.

2 Nec obstabit prætensa sententia, asserta in dictis prouisionibus, quia non probatur ex assertione prædicta, ex regul. text. in auth. si quis in aliquo documēto C. de edend. Secundo quando ea probaretur, est præsumendum ꝙ iuste intercesserit, habita consideratione ad iustum pondus solutionum, quæ tūc fiebant, quare auctis functionibus, vt inferius parebit, nō poterit sententiæ prędictæ locum esse.

Sed dato, & non concesso quod omnia prædicta non militarent in fauorem Luciorum, prout vere militant, adhuc ex
3 alio debent obtinere, Nam in omni dispositione, intelligitur clausula rebus in eodem statu permanētibus, & quod ex causa de nouo superueniente receditur ab omni dispositione, fieri enim dicitur contra voluntatem disponentis, nam si de tali status mutatione disponēs cogitasset, vtique aliter disposuisset, patet
4 in iuribus concedendis, quia à constitutione receditur quando incipit tendere ad noxam, cap. non debet extra de consang. & affin. quod procedit in dispositione testatorum, l. in confirmando cum l. seq. ff. de confir. tut. etiam à iuramento cap. quemadmodum de iure iuran. item à priuilegio c. suggestum de decim. item à pactis, & conuentionibus l. tale pactū §. fin. ff. de pact. cum alijs alleg. per Anchar. cons. 84. nu. 3. vers. quibus, vnde
5 generaliter dicunt leges, quæ de nouo emergunt nouo indigent remedio l. de ætate §. ex causa ff. de inter. act. ad propositum cum successu temporū valde sit mutatus status, Nam tempore quò fuit ordinatum, quod Vallitani de dictis bonis soluissent annuas vntias duas, functiones fiscales, erant longe in minori summa, quod potest ex registris impositionū apparere, item focularia non erant aucta prout sunt hodie, item ciues erant valde diuites, modo autem ita de pauperati, vt vix spiritū substinere possunt,

item tunc temporis Vniuersitas erat populata,& plena populo, & modò potest dici quomodo sedet sola, item onera sunt non solum aucta, sed ita multiplicata quod sustineri non possunt,& verè possunt dici in mendicitate esse, vt clare probatū est in facto, Ex quibus quanta sit status mutatio inspecto tēpore late sentētiæ,& præsenti statu, quisq; cernit,facit tex.in c.sugestum de decim. ibi *Ita erant rare abatiè, quod exinde nulli poterat de iure scādalum suboriri*,ex quo Abb.nu.3. ibidem dicit,quod priuilegiū
6 quandocumq; incipit ledere reuocatur in totum, idem dixit in cap. cum ad hoc nu.3.extra de cler.non resid.quod si pri
7 uilegium ex post facto incipit esse damnosum sine mora reuocatur,glo.in c.rescripta in verb. quod non ledat 25.q.2.
8 dicit quod priuilegium statim quod incipit esse iniquum perdit vires, Fely. in c.nouit post nu.9.vers.secundo limita de iudit.& in materia de qua agitur Pau. de Cast.cons.8.col.11.lib.1.vers.nō obstantè, quē sequutus est Crau. cons.95. nu.4. dicēs quod cōsuetudo diu obser-
9 uata super collectis, & etiam si esset statutum iuratum inter Ciues, & comitatenses intelligitur rebus sic stantibus, prout erant inspecto tempore facti statuti,& ceptæ consuetudinis, & si superueniat aliqua mutatio status, quia Ciuitas esset de pauperata receditur à consuetudine,& statuto, Petr.de Vbal.in tract. de collectis quæst. 12.num.24.di-
10 xit quod si concessa, sit per viam contractus immunitas, ex causa postea superueniēti modificatur, & reducitur ad equalitatem, late tenuit in materia collectarum Deci.in cons.335. vbi cōsuluit in proprijs terminis, & voluit Bossius succinte in tit.de principe nu.165. Aufrer.in sua pract.in rub.de tallijs,& coll.
11 num.19. dicit,quod si inter duas parochias est facta diuisio collectarum, & ita diu obseruatum,propter diminutionem vnius, vel augumentum alterius,reducitur ad equalitatem, quia illa diuisio intelligitur rebus sic manentibus, & non cadit præscriptio, & quod non obstante
12 priuilegio Immunitatis,ex causa de nouo teneatur priuilegiatus ad collectas, Alb. Rosa.in quæst.138. in 2.par. statutorū, Curt.Iun.consf.61.nu.14.& priuilegium immunitatis ex noua causa tollitur,& ipso non obstante collectatur, vt est comm. opin.in l. si ex toto ff.de leg. 1. vbi Soccin. colligit plures conclusiones, & latissime vltra omnes quos viderim in proprijs terminis consuluit Rolan.à Vall.cons.1.lib.2.nu,158.vsque ad nu.180.qui omnino videndus est,& inter alia dicit num.173. quod quamuis
13 contractus à principio non contineat læsionem, si tamen ex post facto propter mutationem temporum contineat læsionem,potest rescindi,& debet regulari secundum qualitatem temporum, si contractus est successiuus respiciens futura tempora, ex quibus concludo Vniuersitatem Luciorum de iure posse pro functionibus fiscalibus bona Vallitanorum appretiare, & in estimo describere, & Vallitanos pro modo estimi teneri ad contribuendum, & ita in omnibus de iure resondendum, & iudicandum esse censeo.
14 Fuit iudicatum in fauorem Vniuersitatis Luciorū secundū has allegationes.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Semper in contractibus capitur illa interpretatio quæ conuenit equitati, & per quam alter ex contrahentibus à damno releuetur.*
2 *In contractibus pot[illegible]s contrahentium voluntates,quam verborum conceptiones inspiciuntur.*
3 *Pluralis dispositio resoluitur semper in suas singularitates, & in eis suum sortitur effectum,& maxime quando per hanc resolutionem equalitati fauetur.*
4 *Statutum in casu simplici, non extenditur ad mixtum,& limitatur,& nu.6.*
5 *Statutum excludens auum paternum, & sororem existente fratre,procedit tam auo,& sorore simul extantibus,quam si vnus tantum extaret.*

7 *Obser-*

7 Obseruantia post sequuta declarat omnem praecedentem dispositionem, & procedit etiam si verborum proprietas repugnaret.

CONSILIVM XXXXVII.

Pro Manfredino de Alef, & litis consortibus, contra illos de Albioso. Contrahentium voluntates potius quam verba inspiciuntur in contractibus, in quibus ea capitur interpretatio, quae equitati conueniat, & statutum in casu simplici an extendatur admistum.

IN causa Manfredini, & litis cōsortium de Alef, cum illis de Albioso, est aduertendum, quod cū in omnibus fere capitulis, & signanter in 4.5.6. cum sequentibus dictum fuerit, quod arrendatores teneantur extinguere summam capitalis duc.30.mil.& pendente extinctione soluere illius tertias, & postea in cap. 49. relato à calculatore dicatur, quod pro quantitate debiti, quod esse contingeret infra summā duc.30.mil.teneantur, quo ad capitale, & eius tertias ipsi Vniuersitati satisfacere, sequitur meo iudicio dicendum, quod inter cōtrahentes omnibus perpensis fuerit praesuppositum, qd' verum, & iustum pretium soluendum ab arrendatoribus in satisfactionem omnium introituum Vniuersitatis ab ipsis exigendorum, esset extinctio dicti capitalis duc.30.mil. & solutio tertiarū eius extinctione pendente, dubitari enim nō potest, quin dictum adimplementum ex parte arrendatorum non fuerit optime commensuratum quantitatibus exigendis, & lucro percipiendo ex datijs Vniuersitatis, Hoc praesupposito si in debitum arrendamenti tantum liquidarentur tertiae pro summa duc. 26.mil. pro quibus ab Vniuersitate tertiae debebantur, & pro alijs duc.4.mil. debitis absq; tertijs, sequeretur, quod ipsi lucrarentur cum damno Vniuersitatis, retinendo penes se partem pretij conuenti in satisfactionem introituum sibi assignatorum, & ideo dicta interpetratio est omnimodo
1 fugienda, qa sēper in contractibus capitur illa interpetratio, q̄ conuenit aequitati, & per quā alter ex cōtrahentibus à damno releuatur, prout late firmat Aymon.cons.70.nu.13.& 28.vbi dicit hoc procedere, etiam si verba tali interpetrationi repugnare videantur pro quo allegat Calder.cons.vlt.col. 1. post mediū in tit.de donat. & idem Aymon.cons.91 nu.11.& cons.245.nu.9.& hoc etiam prius dixerat Paul.de Castr. consil.205. Ego Paulus ad finem, & cons.285. visis, & ponderatis col.3.& cons.317.viso, & examinato puncto col. pen. post mediū lib.1.maxime autem equitati consonum esse videtur, vt quemadmodum Arrendatores de omni debito Vniuersitatis vltra summam duc. 30.mil. nullum onus substinere debebant, ita & e conuerso nihil Vniuersitati debeat decedere de summa promissa duc.30.mil. eiusque tertiarum, ob id quod pro toto debito duc.30.mil. tertiae non dedebantur.

1 Secundo ad idem facit, quia etiam in contractibus potius contrahentium voluntates quam verborum conceptiones inspiciuntur, l.in conuentionalibus ff.de verbor.oblig.l.fin.C.quae res pign.obli. pos.& ideo semper inspicitur quid contrahentes verisimiliter declarassent, si de occurrenti casu fuissent interrogati, iux. vulg. glos.in l.tale pactum §.fin. ff.de pact.per quam regulam casus exceptuatus in contractibus, extenditur ad alium casum ex identitate rationis, prout firmat Affl.dec.401.n.9.& latè Deci.cons. 555.per totum, & cons.697.ad quem me refero, Ergo cum in cap.49.expresse fuerit dispositum, quod pro debito quod esse contingeret infra summam duc.30.mil.pro capitali, & tertijs tenerentur arrendatores satisfacere Vniuersitati, debet à fortiori, & absque dubio praesupponi, quod idem quo ad tertias contrahentes voluissent, quando aliqua pars capitalis absque tertijs deberetur, si enim quando nihil fuisset debitum, voluerūt tamen quod capitale, & tertiae debe-

debe-

deberentur, multo magis meo iuditio dicendum est, quod idem determinassent, quando tertiæ tantummodo deberentur, facit reg. l. quæ de tota ff. de rei vend. cum similib.

Tertio adducitur alia iuris conclusio,
3 quod pluralis dispositio resoluitur semper in suas singularitates, & in eis sortitur effectum suum, & maxime hoc procedit quando per hanc resolutionem equalitati fauetur l. falsa §. fi. ff. de cond. & demonst. l. si seruus §. si plurium ff. si quis caut. firmat Alex. conf. 167. num. 19. lib. 7. ergo cum arrendatores promiserint soluere tertias, & capitale, quando neutrum deberetur, debent etiam censeri promisse tertiæ, quando ipse solummodo non deberentur.

Quarto facit quod licet regula sit, qđ statutum in casu simplici nō extenditur ad mixtū, per tex. in l. vim passam §. præscriptione ff. ad leg. Iul. de adult. tamen fallit etiam in odiosis, quando in casu
4 mixto militat eadē ratio, quæ in simplici, & quando verisimiliter ad casum mixtum mens contrahentium adaptari potest, tex. est in l. si ita facta, & ibi Bald. & Imol. ff. de iniust. rupt. per quem text. firmat Alex. in conf. 144. num. 9. lib. 6.
5 quod statutum excludens auum paternum, & sororem existente fratre, procedit tam auo, & sorore simul extantibus, quam si vnus tantum extaret, ergo dispositio capit. 49. loquens de capitali, & tertijs, debebit tantum in tertijs verificari, Hic enim casus stante contrahentium voluntate, non dicitur proprie casus mixtus, sed simplex, per ea, quæ appositissime tradit Soccin. conf. 116. nu. 6. cum seq. lib. 4. & quando etiam essemus in casu mixto, tamen cum agatur
6 de releuando à damno Vniuersitatem, etiam adhunc casum fieri debebit extēsio, prout in fauorabilibus firmat Ruin. conf. 114. nu. 7. lib. 1.
7 Quinto certum est, quod obseruantia post secquuta declarat omnē præcedentem dispositionem, late Socc. conf. 25. num. 25. lib. 1. Affliđ. decis. 319. num. 5. Aymon. conf. 158. nu. 1. quæ conclusio procedit etiam, si verborum proprietas repugnaret, vt notat Butrig. in c. cum dilectus, per illum tex. de consuet. Soccin. conf. 145. circa primum nu. 3. lib. 1. Aymon. conf. 294. col. 16. circa finem, Ergo cum in liquidatione trium annorum, Arrendatores cum Vniuersitate ita interpetrati sunt cap. 49. liquidando tertias dicti capitalis in creditum Vniuersitatis, pro vt refert calculator, quando in prædictis aliquod dubium remaneret, meo iuditio esset negotium extra omnem difficultatem, Non obstāt etiam cap. 4. 8. & 47. ab Arrendatoribus ponderata, quia vltra quod cap. 49. est posterius l. pacta nouissima C. de pact. clare liquet dicta cap. huic non contradicere, prout in facto palam fit, Et quia res mihi clara, & apertissima esse videtur maxime in fauorem fideiussorum, qui vt maius damnū effugerent pro principalibus soluerunt, his tantum contentus ero, præsertim cū corā integerrimo, & doctissimo agatur, cuius Religioni, & eximiæ virtuti cetera relinquuntur.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor soluens creditori aliquam pecuniarum quantitatem, in dubio præsumitur soluisse animo extinguendi capitale, & non interesse, etiam si appareret contradictio creditoris, quod maxime procedit quando nulla vsura est promissa, & illa quæ debetur, debetur ex iuris dispositione nu. 2.*

3 *Interesse, interesse non debetur.*

4 *Interesse antefati in pecunia consistentis, non debetur.*

5 *Lex prohibet vsuras posse conuerti in capitale quod declara vt ibi, & nu. 9.*

6 *Vsuræ vsurarū, nec fauore minorum exigi possunt, prout nec fauore mulierum.*

7 *Tutor exigens pecuniam, aut interesse pecuniæ pupilli, & in proprios vsus conuertens, tenetur ipsi pupillo ad vsuras, quod declara distinguendo nu. 8.*

10 *In certæ summæ, & illiquidæ interesse non debetur, & ratio.*

CON-

CONSILIVM XXXXVIII.

Pro Mag. Barone Baste, contra Mag. Antoniam de Falconibus. Debitor soluendo aliquid creditori, in dubio præsumitur animo extinguendi capitale, & non interesse, & interesse, interesse non debetur, & quid in minore, vel muliere.

IN causa Magn. Baronis Baste, cum Mag. Antonia de falconibus, dubitari contingit, an iusta sit reclamatio pro parte D. Baronis à decreto liquidationis interesse, citra condemnationem duc. 748. dependentium ex summa duc. 2956. excomputatorum in pretium dictæ Terræ, vt in calculo, pro quorum explicatione de duobus quærendum est. Primo an solutio facta per Mag. Ioannem Franciscum de Falconibus patrem huius Mag. Baronis, & tutorem dictæ Mag. Antoniæ in anno 1558. dictorum duc. 2956. cesserit in causam capitalem ipsorum, an in causam interesse eorundem. Secūdo an fauore minorum permissum sit exigi vsuras vsurarum.

Quo ad primum attinet quæstio facti est iuri admista, quandoquidem ex deposito prædictorum duc. 2956. apparet Magn. Io. Franciscum eandem pecuniæ
1 summam soluisse, & depositasse in causā capitalis, & non interesse, cui deposito respectu causæ capitalis in eo addictæ, non contradixit D. Antonia, nisi quod depositum non erat integrum respectu interesse, ex causa alterius depositi facti duc. 1230. iuxta cōparitionem, quo fit, vt locum habeat text. in l. 1. in princ. ff. de solution. citra vllam dubietatem, qui etiam militaret, & si appareret contradictio creditoris, ex vi, & virtute depositi obsignationis pecuniæ, seu depositi relicti, iuxta opinionem glo. in ver. quoties in d. l. 1. quam sectatur Alb. ibi, & cæteri comuniter, & in eam causam depositum prædictum, & si dubium fuisset, in causā capitalis cedere debuisset, ex quo nulla
2 erat vsura promissa, & ea quæ debebatur forsan occasione prædicta, debebatur ex iuris dispositione, & sic certa ipsius non erat quantitas, & ita censuit Sacrum Consilium, dum non obstante replicatione Mag. Antoniæ prouidit deposita prædicta liberanda, citra præiudicium residuorum, quod decretum S. C. non interposuisset, si certa interesse fuisset quantitas, ex his igitur apparet resolutus primus punctus, capitale solutum, & extinctum in anno 1558. & si summa remansit debenda dictorum ducat. 748. remansit ex causa vsurarum, cuius sum-
3 mæ vt interesse, aliud eius interesse non debetur, ex reg. text. in l. improbum C. ex quib. caus. infa. & in clem. 1. de vsur. & Affl. decis. 291. ea ratione tradit cen-
4 suisse S.C. non deberi interesse, antefati in pecunia consistentis, & adeo hoc est
5 verum, quod lex ad finem prædictū prohibuit vsuram posse conuerti in capitale, nisi vsurę quātitas vere soluta fuerit creditori, & per eū postea debitori mutuata fuerit, l. final. & ibi Bal. C. de. vsur.
6 Quo vero ad secundum attinet, de iure cautum non reperitur limitari dictā dispositionem l. improbum, in minore, & si hoc mulieris fauore nō inductum, agentis causam publicam, iux. tex. in l. 1. solut. matrim. cum simil. quo nam pacto fundari poterit in minori, non ita priuilegiato, at si aduersaria se iuuabit dispositione tex. in l. idemq; in §. si procurator ff. mand. ex quo tex. colligitur tuto-
7 rem vsuras exigentem à debitore pupilli, illasq; cōuertentem in proprios vsus, obnoxium esse pupillo solutioni vsurarum, nam respondetur aliud esse vsuras non exactas à debitore, ex quo cum tūc sēper retineāt nomen vsuræ, ideo vsura non debetur, at secus qñ est exacta, quia respectu tutoris est capitale, & tunc vsura non debetur vsuræ, vt vsuræ, sed vt ca-
8 pitalis, & hæc distinctio vt vera perpendatur, quæso aduertatur ad dictam dispositionem l. fin. C. de vsur. Iunctis dictis Bal. vt supra, & quod vera sit huiusmodi opinio, quæso legatur text. in l. tutor qui repertorium in §. si quas vsuras ff. de admin. tut. vbi attenta ratione prædicta

dicta testatur Iurisconsultum censuisse, nil referre, tutorem capitale, vel vsuras exactas in suos vsus conuertisse, ad finem vt ad vsuras illarum quantitatum teneatur, idque nulla alia ratione, nisi quia facta exactione vsurarum in persona tutoris, quantitas exacta, nō est amplius vsura, sed capitale, & d.l. final. C. de vsur. meo (ni fallor) iudicio singularis est ad
9 hoc, dum dicit, quod si debitor se obligando vult reducere vsuras ad capitale, id facere non pōt ad finē, vt illius vsuræ, vsura soluatur, at secus quando creditori per debitorem vsura fuit soluta, & postea per creditorē debitori fuerit mutuata, ea ratione, quia facta vsuræ solutione, cessat nomen vsuræ. Tanto magis, & secundo dicta liquidatio interesse fuit iniusta, ex eo ꝙ interesse predictum nō fuit liquidatum, nisi in anno 78. cuius
10 illiquidæ summæ non debetur interesse, ex quo stante eius incertitudine de iure debitori illud non soluenti mora imputari non potest, ita tenet Affiict. in dec. 205. Bal. in l. acceptā de vsur. eo impensius cum ex processu appareat Mag. Io. Franciscum obtulisse, tunc soluere omne interesse per ipsum debitum facta liquidatione, & quod per ipsum non stat, & interesse solutio ex defectu liquidationis prædictæ non successit, adeo ꝙ stante oblatione prædicta satis superque fuit ad impediendum cursum vsurarum, casu quo deberentur, prout non debentur vt supra, ita censuit Marcell. Iurisconsult. Vlpiani opinione explosa in l. tutor pro pupillo §. tutor, ver. quin etiam iustius ff. de admin. tur. & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 1. adde quod solutio simpliciter facta à debitore, non expressa causa, censetur facta in causam vsurarum, & non capitalis, quando debetur quantitas ex qua debentur vsuræ, Io. Vincent. de Anna in alleg. 54. vbi ita decisum refert, sed quando non est liquidatum interesse, tunc solutio censetur facta in causam capitalis, & ita decisum per Sac. Cons. idem de Anna in d. alleg. 54. nu. 4. at vero quando est dictum pro capitali, prout in præsenti consil. D. Patrui, tunc pro eo intelligitur facta, idem Anna in alleg. 112. num. 1. & 2. vbi ita fuit decisū, & ad nu. 3. v3. quod interesse, interesse non debeatur, vide Io. Thomam Minadoum in decis. 17. & Fab. de Ann. in cons. 40.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Eclesia Santi Francisci de obseruantia est incapax institutionis vniuersalis sibi relictæ, non modo conceptæ in propriè Eclesiæ personam, verum etiam monacorum nu. 3.*

2 *Fratres mendicantes quamuis dignitatē Episcopalem, vel Archiepiscopalem adipiscuntur, nec proprium habere possunt, & ratio.*

4 *Ex persona ingressi Eclesia non excludit substitutum, nec feminam, ex statuto Italiæ etiam si* Papa *dispensaret.*

5 *Quando fundatur incapacitas instituti institutio pro non scripta habetur.*

6 *Clausula codicillaris ex causa notoriæ incapacitatis non operatur.*

7 *Iudicium fundatum super l. fin. C. de edic. diu. Adr. tollen. est possessorium summarium.*

8 *Quando instituto obstat notorius iuris defectus, non potest habere locum remedium l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll.*

9 *Quando vitium testamenti est visibile cessat remediū l. fin. C. de edic. diu. Adr.*

10 *Sacrum Consilium Tridentinum simpliciter, & generaliter excipit domus Scapuccinorum, & de obseruantia, vt immobilia possidere non possint.*

11 *Paupertas in ordinibus Mendicantium est de substantia.*

12 *Terminus ad non posita ponendum est concedendus, etiam quod simus in iudicio possessorio.*

13 *Terminus quando parti est profiguus, est concedendus.*

14 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CON-

CONSILIVM XXXXIX.

Pro Olimpia, & Fenitia Vergillis, contra Monasterium S. Mariæ de Angelis de Obseruantia. Eclesia S. Francisci de Obseruantia est incapax institutionis vniuersalis sibi relictæ, non modo conceptè in sui personam, verum etiam Monacorum.

IOANNES Paulus Vergilli mente, & corpore sanus existens, ante eius mortē curriculo annorum trium in circa, suū vltimum condidit elogium, in quo hæredem instituit Venerabile Monasteriū S. Mariæ de Angelis ordinis Minorum de Obseruantia, cum prohibitione alienationis prædictorum bonorum hæreditariorum, & quod illorum fructus cōuertantur in certos vsus pro Monasterij, & Fratrum beneficio, præteritis omnino Olympia, & Fenitia Vergillis eius sororibus.

Mortuo dicto Io. Paulo post conditū dictum testamentum curriculo ferè annorum trium, nullo alio facto testamento, Monasteriū prædictum in Reg. Prouinciali Audient. Calabriæ prætendit im missionem in possessionem præfatorum hæreditariorum bonorum, & dum præfatę Sorores contrariū prętendissent, discusso negotio tam in Reg. Prouinciali Aud. quàm in M.C. fuit prouisum in fauorem dicti Monasterij, à quibus cum fuisset appellatū ad S.C. prænarratę Sorores prætendunt de iure institutionem prędictā iudicari pro non scriptā, & successiue ad ipsas vti ab intestato veniētes decerni illam spectare, Ad ꝙ fundandū
1 asserunt de iure, Ecclesiam prædictā esse incapacē huiusmodi institutionis vniuersalis nō modo cōceptę in ꝓprię Ecclesię personā, verum etiā ipsius Monachorū, Primo dicto astipulati fuerunt Bart. in l. 1. de conduct. & procurat. lib. 11. cod. Petr. de Anch. in cle. exiui ver. sed quæro, an idē sit, de verb. sign. Bal b. in c. nos, extra de testam. Bal. in auth. ingressi C. de Sacros. Eccl. Ang. in auth. de Eccles. titul. in §. si quis autem il 2. & in auth. vt determin. sit numer. in princ. huiusmodi absumptū suffulcitur, ex text. in d. clem. exiui §. porro, & in c. 1. §. confirmatos, vbi gl. in verb. professio de relig. domi. in 6. quorū sententiā approbauit Concil. Trid. sess. 25. in c. 3. ꝙ incipit cōcedit sancta Synodus, in tit. de regu. & moni. fol. mihi 229. eo impensius idem censendum est in themate nostro, cum testator disposuerit bona prædicta non posse vendi, & sic iussit bonorum prædictorum perpetuā possessionem, & proprietatē in personam prædicti Monasterij contra eius propriam regulam, dictis iuribus, id qđ adeo est verum, qđ si isti
2 Fratres Mendicantes, quamuis dignitatem Episcopalem, vel Archiepiscopalem adipiscerentur, nec proprium habere, & possidere possent, vt not. in clem. fin. de elect. & in c. quorūdam, vbi glo. in verb. mendicantiū de elect. in 6. quæ dicti huius reddit rationē, quia dignitas eos nō liberat à substantialibus regulæ, & latissime Rodoan. in tract. de spolijs q. 8. à nu. 10. vsq; ad nu. 20. Secundum assumptū
3 quod idem censetur ex persona Fratrū sectati fuerunt, vt commune innumeri Doct. incipiendo à Bart. in tract. minori ver. quidā in suo testamento Bal. in auth. si qua mulier C. de Sacros. Eccles. ver. sed modo restat, Anchar. in d. clem. exiuit ver. reuertor ad primum, & ibi Card. in §. per Inne ver. quo ad quæsitum, Salycet. in dict. authenr. ingressi, Cardin. in consil. 102. ver. ad secundum quod opponitur, decis. quos omnes refert, & sectatur Anton. Gabriel in d. tit. de hæred. instit. 1. con. nu. 1. hinc
4 est, quod ex persona ingressi Ecclesia non excludit substitutum, vt latè scripsit Bal. in sua marg. in ver. substitutio, nec feminam ex communi Italiæ statuto etiam si post ingressum Papa dispensaret, vt scriptum reliquit Bal. in d. auth. ingressi in fin. C. de Sacros. Eccles. Ex his cū fundata sit incapacitas Ecclesiæ prædictæ, cernitur institutionem prædictam
5 pro non scripta, vt non existens in mundo, quo ad illud tempore testamenti, ex

Z dispo-

dispositione tex.l.vnic.§.triplici C.de caduc.tollen. ac etiam successionem spectare ad Sorores vti ab intestato venientes.

Nec prædictis obstabit primo clausu-
6 la codicillaris, quia ex causa dictæ notoriæ incapacitatis clausula prædicta non operatur, ex relatis per Bald. in d. auth. ingressi ver. iuxta hoc quæro ponamus, & Anchar. in d. clem. exiuit ver. secundo casu de verb. signif. vt refert, & sectatur Anton. Gabr. in d. 1. concl. in tit. de hæredib. instit. num. 5. fol. 232. licet asserat contrarium tenuisse Bar. in tract. minor. ver. ex prædictis patet

Nec secundo obstabit, si ex aduerso allegetur præsens Iudicium, vt fundatũ super l. fin. C. de edict. diui Adrian. tol-
7 len. esse possessorium summarium, & successiue cum perspiciatur testamentum non abolitum, & non cancellatum, quod de alio non sit quærendum, iuxta d. l. fin. iunctis dictis per Afflict. in decis. 119. asserentẽ Sacrum Consilium iudi-
8 casse tribui possessionem feudi secũdogenito in eo instituto, nam respondetur quod cum dicto Monasterio obstet notorius iuris defectus, ex supra congestis exceptio prædicta allegata per mag. Sorores à principio, militat etiam in iudicio possessorio, quantumuis summario, ex duabus regulis iuris, prima cum petatur dolo, & frustra per Monasterium, quod restituturum est. Secunda, hodie constat hodie agatur, iuxta tradita per Rot. in dec. 16. & Bellam. in dec. 103. estque casus longe diuersus ples̃s, obstante omnimoda notoria iuris incapacitate dicto Monasterio à themate narrato per Afflict. in personam secundogeniti, qui non est omnino, imo potest de iure esse capax feudi, Cumque ex hoc negotium requirebat altiorem indaginem, ea de re censuit Sacrum Consilium secundogenitum immictendum in possessionem feudi, ex reg. text. in l. 2. vbi Bart. & cæteri C. de edict. diu. Adrian. tollen. imo cum ex lectura dicti testamenti appareat Monasterium prædictũ esse ordinis de Obseruantia de iure incapax, apparet vi-
9 tium dicti testamenti esse visibile, quo casu cessat remedium dictæ l. final. ex lectura eiusdem à contrario sensu, & notatur in d. l. 2. vbi Bar. declarat in vers. vlterius oppono, vbi cõiter cęteri sectãtur.

Nec tertio iuuabit Monasterio decretum Sacri Consilij adductum in similibus referente Dño de Bottis in fauorem Monasterij Sanctissimæ Trinitatis. Primo quia Sacr. Cons. non iudicat exẽplis, & maximè præsens aula in qua vertitur huiusmodi nostra quæstio, quemadmodum cernitur iudicasse in causa Ioseph Cacacij contra decretũ S. C. referente eodẽ D. de Bottis. Secundo quia forsan iustitia aduersarij non ita fuit fundata super incapacitate Monasterij, quẽadmodum fundarunt Sorores contra nostrum Monasterium. Tertio etenim credimus Sac. Cons. iudicasse eo modo, forsan motũ ex causa cuiusdam prætensæ Bullæ, quæ asseritur expedita in anno 1555. bonæ memoriæ Pauli IV. ex qua datur capacitas per intermediam personam procuratoris, de qua capacitate ea de causa videtur facere mentionẽ Corneus in cons. 162. in princ. vol. 4. id qđ hodie non militat ex dispositione Concil. Trid. in d. c. 3. vbi simpliciter, &
10 generaliter excipit Domos Scapuccinorum, & de obseruãtia, & includit alias omnes, vt immobilia possidere possint, etiam quibus ex regula erat prohibitũ, vel à summis Pontificibus non concessum, quæ nouissima verba (etiã quibus) non leguntur, nec compræhendunt prędictam exceptionem Cappuccinorum, & Mendicantium ergo Sacr. Trid. Concil. non approbauit Bullas prædictas ante illud apparẽtes, id quod faciliter po-
11 test suaderi, quia paupertas in hijs ordinibus est de substantialibus, vt dicit glo. in d. c. quorundam in ver. mendicantiũ de elect. in 6. & successiuè nec militabit decretũ prædictũ tanquam fundatũ super falso iure, nec dicta per Corneũ vbi. sup. licet non loquatur in præsenti themate, sed in fideicommisso vniuersali.

Et licet non sit ad præsens locus prænarratarũ speculationũ cum processus,

non

non sit compilatus, cum sit concedendus terminus iam petitus ad non posita
12 ponẽdum, etiam quod simus in iudicio possessorio, sicut Sac. Consi. cernitur in dicto processu Domini de Bottis concessisse, attamen prænarrata scribere volui, vt perpendat S.C. notoriam iustitiã istarum sororũ pauperrimarũ, ob q̃ terminus præfatus petitus est concedendus, vt supra, tanto magis cum dictum prætensum testamentum fuerit confectum ante mortem Ioannis Pauli cutriculo an norũ ferè trium, in quo probabitur per sorores angustum tempus infirmitatis Ioannis Pauli, & ea de causa impotẽtia, alterum conficiendi testamentũ, prætereà ipsius declaratio nolle stare primeuo asserto testamento, imo illius reuocatio, & declaratio suæ voluntatis priuandi Monasterium comodo institutionis prætensæ, & quod succederent sorores prædictæ pauperes in eius bonis, probabitur etiam nullitas testamenti, vt confecti tẽpore patriæ potestatis, non obstante emancipatione forsan apparente tanquam facta in fraudem, quo casu cum
12 terminus sit sororibus profiguus eis cõcedendus est, ex relatis per Fely. & cæteros in cap. nullus extra de præsumpt. eo impensius cum in hoc non fiat deterior Monasterij conditio, si quidem tota hęreditas prædicta consistit in bonis stabilibus, in quibus ad præsens nullus fructus existit, & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicãdum esse censeo.

Paulus Staibanus.

13 Præsens causa fuit per S.C. decisa in fauorem prædictarum sororum, secundum hoc consilium, & ab hac sententia fuit per dictum Monasterium reclamatum, pro vt idem D. Patruus dicit in fine sequentis consilij, nescio quid fuerit decisum in causa reclamationis, quia non potui habere processum præ manibus.

Paulus Staibanus Iunior.

SVMMARIVM.

1 *An validum sit legatum vsusfructus factum loco infirmariæ fratrum Ordinis Sancti Francisci de obseruantia, & legatum factum Collegio Monachorum prædictorum, pro cera, oleo, & alijs ad cultum diuinum spectantibus.*

2 *Regula Beati Francisci se fundat præcipuè super paupertate, & mendicitate.*

3 *Dispositiones facta in beneficium horum fratrum data bonorum perpetuitate, ex dispositione testatoris, tam in relicto particulari, quã in institutione vniuersali, tam si sunt facta Monasterio, quã Monacis sunt nullæ, secus si fuerint factæ cum præcepto vẽditionis bonorum, & erogationis pratij in rebus ad cultũ diuinum spectantibus, & nu. 6.*

4 *Legatum annuum perpetuum factum istis fratribus, licet modicæ quantitatis non valet.*

5 *Retentio bonorum est prohibita, ex regula diui Francisci.*

7 *An sit differentia inter dispositionem cõceptam in personam Monasterij, vt teneat, & in personam Monacorum, vt non teneat, & an sit vera opinio Ananiæ.*

8 *Vsusfructus est prohibitus regula Beati Francisci.*

9 *Nomen hæredis consistit in iure intellectuali, quod nunquam tolli potest a persona Monastery, quod illius est incapax.*

10 *Nec indirectè fraus fieri potest dispositioni, instituendo Ciuitatem, vel Episcopum hæredem distributorem bonorum in vsus, & necessitates Ecclesiæ, & Monacorum prædictorum.*

11 *Legatum pro anniuersario, nõ valet factũ istis Fratribus mendicantibus.*

12 *Clausula codicillaris non operatur ex causa notoriæ incapacitatis.*

CONSILIVM L.

Pro eisdem sororibus de Vergillis. Dispositiones factæ in beneficium Fratrum de obseruantia data bonorum perpetuitate

semper sunt nulla, & an validum sit legatum vsusfructus factum loco infirmariæ horum Fratrum, vel pro cera, oleo, & alijs ad cultum diuinum spectantibus.

AVDIVI quod Aduocati Monasterij Sanctæ Mariæ de Angelis, ad validitatem institutionis in ipsius personā factę vtūtur doctrina Ioannis de Anania in cons. 30. dum opinatur validū
1 esse legatū vsusfructus factum loco infirmariæ horum Fratrum, & sic loco non ipsis Fratribus, pro vt cernitur præsens institutio facta Monasterio, non Fratribus, ac Nauar. in cons. 9. in tit. de testam. firmantis valere legatū factum Collegio Monachorū pdictorū pro cera, oleo, & alijs ad cultum diuinum spectantibus, insuper quod illa qualitas prohibitionis venditionis reijciatur, tamquam improbata conditio, & quod remaneat institutio in modum licitum, vt vendantur bona.

At Sorores fundant prædicta vana esse, asseuerant namque doctrinam Io. de Anania nil nocere Sororibus ipsis. Primo quia in illa facti serie non erat Monasterium hæres institutus in proprietate cum prohibitione non alienandi bona, prout in nostri themate, adeo quod dominium, & proprietas eorundem bonorum in eternum stabit in personam prædicti Monasterij, quę perpetuitas est contra Regulam Beati Francisci, repu-
2 gnatq; paupertati, & mendicitati, super quibus precipuè se fundat regula prædicta, vt testatur text. in clem. exiui in §. fratres autem prædicti, & in §. cumque annui redditus de verb. signif. & in cap. exijt §. porro, & in §. ad hæc cum fratres de verb. signif. in 6. & vtrobiq; Gemin. & Anchar. vltra Docto. innumeros allegatos per Gabriel. com. opin. in tit. de hæred. instit. concl. 1. fol. 232. & ea de causa tam iura, quam Doctores, data bonorum perpetuitate, ex dispositione te-
3 statoris, tam in relicto particulari, quam in institutione vniuersali, qualis cernitur in nostro themate, tam si est facta Monasterio, quam Monacis, censuerunt nullas, ac inualidas similes dispositiones, secus si relictum, vel institutio factum, vel concepta fuerint cum pręcepto bonorū vēditionis, & erogationis pretij in cera, oleo, & alijs, ad cultum diuinum spectātibus, vel simpliciter, quia eodem modo sub qualitate venditionis intelligitur dispositio concepta, & propterea firmauerunt prædictam dispositionem, ac institutionem conceptam sub modo illicito, nullam, & pro non scriptam iudicari secundam vero sub modo licito, & proindè valere, distinctio huiusmodi quæ omnem huius causæ eneruat difficultatem, & ex ea etiam datur responsum ad consilium 9. Nauarræ prædictum, & demum gladium ponit ad confirmationem sententiæ S. C. sumitur primo luce clarius ex singulari text. in clem. exiui §. ad hæc, quia Fratribus ipsis interdum in vltimis voluntatibus de verb. signif. in 6. vbi Summus Pontifex dicit, quia sub diuersis modis in vltimis voluntatibus nō nulla legantur, & quandoq; secundum modum quem Fratribus eorum conditione inspecta recipere non licet, vt puta si legatur ager ad excolendum, ac domus ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquēdo seruaret à tali relicto, & eius receptione per omnem modum Fratres abstineant, idque propter perpetuitatē, si vero modum licitum addiderit, vt bona vendantur, & pretium distribuatur in necessitatem Monasterij, & Monacorū, & pro cultu diuino, vel simpliciter dispositio facta fuerit, quia in modum licitum. s. vt vendantur bona, vt supra intelligitur dispositio facta, tunc Fratres recipiant, idque quia cessat perpetuitas, luce clarius ex text. prædicto colligitur distinctio prædicta, ac reprobata dispositio, ex qua inducitur perpetuitas bonorum in personam Monasterij, & Monacorum, huic distinctioni per text. prædictūm consensere. Primo Bart. in tractatu Maioricarum lib. 2. distinct. 2. c. 1. asseueratq; primum capud verissimum, ex quo repu-

repugnat Regulæ Diui Francisci, non constitutionibus aliorum mendicãtium nõ ex regula. secundo Card. Zabarell. in d. clement. exiui §. proinde col. 4. in 2. quæst. de verb. signif. & in cons. 102. qui asseuerat vnum aliud, hos fratres esse incapaces Vniuersalis institutionis, & fideicommissi etiam concepti, vt bona vẽdantur, iuxta opinionem Bald. in auth. ingressi nu. 15. vers. iuxta hoc quæro C. de Sacrosanct. Eccles. & Baldum fuit sequutus Anchar. in clem. exiui col. 2. vers. Dominus meus Bald. tenet contrarium, de verb. sign. aduertuntque nos Card. & prædicti Doctor. quod text. in d. cap. exijt §. ad hæc quia fratribus, & in d. clement. exiui, & alia omnia iura non loquuntur in institutione, & fideicommisso vniuersali, quorum fratres prędicti sũt incapaces, sed in relictis, & legatis particularibus, prædictique Doctores reprobant Bart. opinionem contrariam tenẽtis, validam institutionem vt bona vendantur in d. auth. ingressi, idem tamen Card. vbi supra dicit institutionem conceptam sub modo licito, quod bona vẽdantur vt supra de equitate valere, Episcopo exequutore in vendendo tamen existente, quinimo subtilissimus Aret. in l. si seruus alias apud Iulianum §. constat ff. de leg. 1. asseuerat Bal. opinionem verissimam esse in fratribus prædictis minoribus Sancti Francisci mendicantibus ex regula, & Bart. opinionem veram in alijs Fratribus mendicantibus existentibus, ex constitutionibus, & non ex regula. Tertio Bald. stipulatus fuit nullitati dispositionis hanc perpetuitatem continentis in d. auth. ingressi nu. 18. vers. interdũ legatur, & loquitur in relicto particulari, quod est minus prohibitum ex regula Sancti Francisci, fundi alicuius ad vtendum, explicatq; hanc perpetuitatem esse modum illicitum, & contra regulam Diui Francisci. Quarto adfertur Raphael Fulgos. in suo cons. 104. incip. Titius cõ-
4 didit testamentum, qui testatur legatum annuum perpetuum, licet modicæ quantitatis non valere. Quinto Idipsum latissimè sectatus fuit Nauarr. in consil. 8. per totum in tit. de testament. Sexto ad prædictorum confirmationem, quæso legatur Corneus in cons. 117. nu. 9. vol. 2. qui duo fundat, prædictam dispositionem rerum factam in beneficium Mendicantium, vt ea retineant esse nullam, secundum quod retentio bonorũ
5 est prohibita, ex regula Diui Francisci, qui ibidem affirmat dicta Bart. in d. tract. maioricarum, non esse communiter recepta, nec à Canonistis approbata, & à Bal. & alijs confutata, cum ea sint contra mentem, & regulam Diui Francisci, qui voluit eius Fratres in strictissima, & exquisitissima paupertate permansuros ad finem, vt ejus status à solo Deo dependeat. Septimo idipsum in specie scripsit noster Neapod. in consuet. si quis habet filios nu. 41. vers. sed quid si ingrediatur ordinem Mendicantium, qui asseuerat
6 hos Fratres Mendicantes, & illorum ordinem incapacem possessionum, & bonorum, ac relictorũ, præter quam quando eis bona legantur, vt vendantur, & prætium distribuatur in ordinis, & Fratrum necessitatibus prædicta firmantis, etiam ex constit. Papæ Nicolai III. de qua facit ibi mentionem.

Prædicta demum fundat, fides Congregationis Cardinalium super Concil. Trid. ex aduerso exhibita, sumpta ex d. §. ad hæc quia Fratribus, quæ casus tantum duos licitos explicat, vel facta institutione bonorum, vt illa vendantur, vel facta simpliciter, nulla alienationis facta prohibitione, si quidem intelligitur concessa, vt vendantur, quæ facta prohibitione alienandi, vt in æternum bona sint Monasterij est reprobata etiam ex dispositione d. Trid. Consil.

Secundo nempè Anania sibi allucinatur, dum firmat pedes differre, an sit dispositio concepta in personam Mona-
7 sterij vt teneat, an in personam Monacorum vt non teneat, potissimum ea ratione, quia per dicta duo iura nunquam inspicitur prohibita institutio in personam Monasterij, sed Monacorum. Primo etenim dictum hoc repugnat Bart. in l. 1. C. de conduct. & procur. lib. 11. vltra Anchar.

Anchar.in d.clem.exiui, Bal.Ang. & cæteros ad id citatos per Gabr.vbi supra nu. 2. vers. 1. amplia, etiam si Ecclesia Minorum Fratrū esset instituta, tenenti cõtrariũ in institut. facta in personam Monasterij, & in specie repugnat Nauarr.in cons.8. per totum loquenti in relicto facto Monasterio, & Collegio Monialiũ, seu Monacorum, vt latius fundauimus in alijs nostris allegationibus. Secũdo quia fieret hoc modo fraus regulæ prædictæ, vt inter alios sequentes hanc opinionẽ Io.de Lign.in d.clem. exiui, ponderat & bene, si quidem non posset negari quin
8 vsus fuisset fratrum prædictorum, quod est prohibitum regulæ prædictæ, ita text. in d.clem. exiui §. cumque annui redditus, allucinatur secundo, nam respondidit Anan.contra text. in d.clem. exiui §. fratres autem prædicti, & in d. §. cumq; annui de verb.signif. & alijs iuribus con gestis ꝓhibẽtibus ne regula ꝑfata ꝓprietatẽ, nec in particulari, nec in cõi habeat, & quid aliud voluit Summus Pontifex disponere ex illis verbis in cõmuni, nisi contemplari personam Monasterij tantum, & ex illis verbis in particulari, nisi personam Monacorum, cum alias per indirectum Monaci habuissent vsum bonorum instituto Monasterio, id quod in regula prædicta apparet prohibitum in d.clem.exiui §. cumq; annui redditus, Allucinatur tertio, dum firmat Monasterium capax legati, siue institutionis vsus fructus, si vsus redditur incapax, & alia contra Ananiam loquuntur in d.1.conclus. per Gabr. in tit. de hæred.instit.vt supra, Item quarto repugnat dictis per Neapod.in prædicta consuet.si quis habet filios nu.41. vers. sed quid si ingrediatur ordinem Mendicantium fol.220. præterea quinto errat, cum loquatur cõtra infrascriptos Doctores loquentes in proprijs terminis nulla alia institutione hæredis apponente, adiecta causa, vt in Monacorum, & Ecclesiæ necessitatibus bona conuertantur iudicanda pro non scripta, ac etiam prædicta causa erogationis in dictis necessitatibus successiue pro non scripta, copiosè, & notanter,

Petr.de Anch. tradidit in d. clem. exiui col.2.vers.2.vsque ad fin.col.ea etiam
9 potissima ratione, quia nomen hæredis consistit in iure intellectuali, quod nunquam tolli potest à persona Monasterij, quod illius est incapax, ita etiam testatur Bald. in d. auth. ingressi col.2. vers. iuxta hoc quæro, tanto magis cum testator prohibuerit bonorum suorum alienationem vt supra, ergo illorũ proprietas nullo alio hærede apparente remanebit pœnes Monasterium, contra regulam Mendicantiũ, & adeo prædicta vera
10 sunt, vt nec indirectè fraus fieri poterit huic dispositioni instituẽdo Ciuitatem, vel Episcopum hæredem distributorem bonorũ in vsus, & necessitates Ecclesiæ, & Monacorum, quia hoc non videtur de mente S.Francisci, verba sunt eiusdẽ Anch.vbi supra 4.col.vers.licet existimationẽ, & idem sectatur Card.Zabar.in d. clem.exiui in §. ꝓinde 4.col. ver.q̃ro qa ꝓsumitur fraus 5.col. vers. & per hoc de equitate, quibus ẽt additur institutionẽ ꝓdictam esse ꝑpetuã, tum ex ꝓhibitione de non alienando vt supra, tum ẽt, quia nullum habet tempus præfinitũ, & ea de causa inanis, & pro non scripta, etenim si id iure sancitur, inane legatum perpetuum particulare, quemadmodum scriptum reliquit Ancharan.in d.clem.exiui 5.col. vers. vnde lego domum hospitali, & in vers.si vero tales redditus, vbi etiã
11 dicit, legatum pro anniuersario non valere istis Fratribus Mendicãtibus factũ, ibidem in vers.ex istis colligitur, eo impensius hæredis institutio, vt redditus perpetuo distribuãtur in necessitates Ecclesiæ, & Monacorum nulla de iure iudicanda erit, & nouissimè asseueratur, d.cons.Ananiæ, & si verum esset, sicut falsum affirmamus, illud non procedere attenta dispositione Conc. Trident. in cap.3.incip.concedit sancta Synodus in 25.sess. fol.229.in parua impress. qđ loquitur in persona Monasterij, secundo non procedit in themate nostro, vbi expressè institutio proprietatis, cum prohibitione alienandi inspicitur facta huic Monasterio, contra expressam regulam diui

diui Francisci vt supra.

Nec verum est vltimum obiectum reiectionis prohibitionis alienandi, tum quia repugnat tot, & tantis Doctoribus supra relatis, affirmantibus incapacitatẽ dictæ institutionis in casum prædictum, & applicationis hæreditatis in beneficiũ venientium ab intestato ipsius testatoris, quos & alios refert Gabriel. loco præcit. nu. 6. & Roman. dicit eam communem, à qua temerarium esset recedere in consil. 296. vers. secundo vero, & communis, item inferius in vers. & hæc, vt dixi est communis 1. col. cum illa habeatur pro non scripta ex regula text. in l. si in metallum, vbi glos. in ver. pro non scripto, Bar. & cæt. ff. de his, quæ pro nõ scriptis habentur, & in l. 1. §. ea enim, & §. in princ. C. de caduc. toll. & successiuè applicantur bona venientibus ab intestato, vltra prędicta, quæso legatur Paris. in cons. 65. nu. 17. & 18. vol. 2. Boer. in decis. 354. num. 11. nec prædictis obstabit
12 clausula codicillaris, quia ex causa dictæ notoriæ incapacitatis clausula prædicta non operatur, ex relatis per Bald. in d. auth. ingressi vers. inxta hoc quæro ponamus, & Anch. in d. clem. exiui vers. secundo casu de verb. signif. vt refert, & sectatur Ant. Gabr. in d. 1. concl. in tit. de hæred. instit. num. 5. fol. 232. licet asserat contrarium tenuisse Barr. in tract. minor. vers. ex prædictis patet, tum etiam quia repugnat fidei prædictæ, ex aduerso adductæ, declarationis casuum licitorum, qui tantum duo sunt, quando est dictũ, quod bona vendantur, secundo quando institutio est facta simpliciter, quia intelligitur clausula, vt vendantur, si igitur verum esset absumptũ partis, quod conditio, seu qualitas illa reijcitur, non fuisset necessaria dicta declaratio illorũ grauissimorum virorum, si quidem quoquomodo institutio fuisset facta valuisset, vltra q̃ loquitur cõtra tex. in d. §. ad hæc quia fratribus, & tot, & tantis Doctoribus affirmantibus dispositionẽ huiusmodi nullam, & pro non scriptam.

Insuper ex abundanti assecueratur, reiecta qualitate illa, nõ adimpleretur voluntati testatoris, quinimò ei contrafieret, etenim testator noluit illorũ dominium transitum in alios facere, & de fructibus fieri erogationes, deditq; modũ, vt bona locarentur, & fecit, ac vocauit plures gradus dispositionum. Primo fabricam Eclesiæ. Secundo necessaria Altaris. Tertio infirmos Monacos. Quarto pauperes quibus ex venditione bonorũ, perpetuo (vt testator disponit) non esset consultum.

Quare ex his, & alijs per nos cõgestis in alijs nostris allegationibus, supplicatũ cõfirmari sententiã S. C. contra quã nihil de nouo in processu apparet adductum.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio cuiusdam consuetudinis Auersanæ circa dotes narratur, & circa antefatum, & nu. 20.*

2 *Mulier tunc dicitur læsa respectu promissionis dotis, quando dat omnia eius bona viro indigno talis dotis, & num. 3. secus si dedisset omnia bona benemerenti vt num. 4.*

5 *Tex. in l. 1. C. si aduersus dotem loquitur in minore, non in maiore.*

6 *Maiori, & deceptæ succurritur quando in dotis promissione adest dolus, secus nullo existente dolo.*

7 *Dolus viri non præsumitur quando contractus est factus in præsentia, & custipulatione fratrum, & matris dotatæ.*

8 *Dispositio text. in l. si ex causa §. in dotis modo ff. de minor. cessat quando dos promissa non est, nec vltra patrimonium, nec vltra vires patrimonij.*

9 *Dispositio d. §. in dotis cessat etiam quando dos promissa esset vltra patrimoniũ, & eius vires, dummodo conditio viri, id pateretur.*

10 *contrahentes in dote præsumuntur in dubio cõtraxisse secundũ consuetudinẽ loci.*

11 *Contra consuetudinem, seu statutũ rem, & dotem respicientia de iure non datur restitutio.*

12 *in mobilibus, non autem in stabilibus dos consistere de iure censetur.*

13 Do-

13 *Donatio propter,vel ante nuptias in omnibus est dissimilis ab antefato, seu quarta.*

14 *Quarta seu antefatum potest excedere dotem, & ab ea excedi,& minori summa pacisci.*

15 *Consuetudo,& pactum à pari procedunt, nam id potest pactum quod consuetudo licet hoc non procedat negatiuè.*

16 *Sicut consuetudine potest minui antefatum, idem est ex pacto,& maximè quando pactum intercessit per viam causæ finalis.*

17 *In materia matrimonij indissolubilis cessat remedium dissolutionis contractus, ex defectu consensus.*

18 *Vt consensus seruetur non potest rescindi matrimonij contractus.*

19 *Matrimonio in sui forma existente opus est, vt idem consensus præcisus permaneat,ex quo contractus formam,& esse recipit.*

21 *De iure potest antefatum constitui nulla dote recepta illudque lucrari.*

CONSILIVM LI.

Pro Aurelio de Stadio,contra Hieronymam Cappabiancā eius matrem. Tractatur de intellectu text.in l.1.C.si aduersus dotem loquente in dante omnia bona sua in dotem viro, & de quadam consuetudine Auersana circa dotes,& antefatum.

HIERONYMA Cappabianca in anno 1583. cum nuptui se tradidisset Maximo de Stadio, & eidem promisisset per intermediam personam suorum fratrum ducatos sex mille soluendos infra annos quinque, cum conditione interim quod dos in pecunia constituta censeatur, Eidemque fuisset constitutum antefatum tantum ducatorum 2000. non autem ducat.3000.nec aliorum duc.3000. prò iocalibus, iuxta Auersanam consuetudinem ob obitum dicti quondam Maximi, comparuit in Sacr. Conf. & petijt per Aurelium de Stadio comunem filium sibi restitui, vel dotes prædictas duc. 6000. vel antefatum,& iocalia vt supra lucrata, iuxta dictam consuetudinē,videlicet duc.3000. in pecunia pro antefato,& totidem in iocalibus, non obstantibus quibusuis pactionibus in contrarium apparentibus tanquam inualidis, & nullis vti tendentibus in ipsius maximam læsionem, & dotis per ipsam stabilitæ, iuxta supplicationem.

Quæstionis est ad præsens compilato hoc processu, an dicta Actrix possit obtinere, vel dotes,vel antefatum,& iocalia, iuxta eius supplicationem, & quidem ex infradicendis in iure, veris existentibus, nulli iudicum anceps, dubiauè fieri poterit absolutio pupilli conuenti, & vt fundanda facillimè, & distinctissimè perpendantur, assero inter alia duo potissimum cōferentia ad hanc causam, & absolutionem prænarratam,
1 continere consuetudinem Auersanam, iuxta quam fuit potissimè contractum iam dictum matrimonium, quorum primum erit, quod hæres viri, ac ipse vir statim atque natus fuerit filius, vel filia,etiam quod præmoriatur ipsis coniugibus, lucrantur totam dotem consistentem in pecunia, alterum verò, quod antefatum debeat constitui in pecunia pro dimidia dotis quantitate, & pro alia in tot iocalibus lucrifaciendis per mortem viri,filijs procreatis, vel non, his prælibatis conuentus, dicit Actricem non posse obtinere nec in dotibus, nec in antefato ducat. 6000. sed tantum iuxta pactum ad ipsam spectare dictos duc.2000.

Primum itaque de dotibus, nescio, quonam pacto Actrix illas prætende-
2 re possit, nempè vel dicit, se læsam respectu promissionis duc.6000. ex regula text.in l.1. C.si aduers. dot. & in l. si ex causa §. in dotis modo ff. de minor. & tunc dicit conuentus, Actricem ex duplici iure non posse obtinere.
3 Primo quia text.in d.l.1. & in dict.§. in dotis modo loquuntur in decepta dante

dante omnia eius bona viro indigno talis dotis, ita scriptum reliquit, & ita intellexit glos. illum text. in vers. pertinuit in dict. l. 1. C. si aduers. dot. quam sectati fuere Cyn. ibidem in vers. læsionem autem, conditio, vel qualitas personę, vel facit, vel tollit, ad quod allegat text. singul. in l. quæro ff. de iur. dotium, Iacob. 4 num. 1. vers. secus si dedisset omnia bona benemerenti, Salycet. num. 4. versic. sed attende, qui allegat id etiam expresse tenere Iacob. de Aren. & Iacob. de Butr. in fortioribus terminis, quando promissio est facta vltra patrimonium, ac vltra vires patrimonij. & num. 3. vers. sed puto eam posse defendi, & Alberic. in 2. colum. in princ. versic. aut maritus erat dignus tanta dote, & in 1. col. ver. & ideò dic secundū Iacob. de Aren.

5 Secundo quia text. in d. l. 1. loquitur in minore, non autem in maiore, etenim in eo militat tex. in l. nulla C. de iur. dot. ita fœdere distinctionis huiusmodi concordat hæc duo iura, Odofred. in d. l. 1. colum. 2. versic. & ad solutionem huius contrarij, & Alber. in 1. colum. vers. distingue ergo cum mulier, Nec prædictis obstabit text. in l. iure succursum § fin. 6 ff. de iur. dot. loquens etiam in maiore, & decepta, vt ei succurratur, nam respōdetur ex verbis dicti §. fin. ibi si in dote danda circunuentus sit alteruter (vt procedat) quando adsit dolus in dotis promissione, at secus nullo existente dolo, vt d. l. nulla C de iur. dot. qui dolus hic 7 nullo modo est probatus, nec præsumi vllo vnquam tempore poterit ex præsentia, & stipulatione fratrum, & matris dictæ Actricis, text. in l. fin. ff. de eo quod me. caus. præterea text. in d. l. si ex causa §. in dotis modo, non congruit 8 casui nostro, quia dos promissa non est, nec vltra patrimonium, nec vltra vires patrimonij, prout ille text. loquitur, & Doctor. prænarrati intellexere in d. l. 1. C. si aduers. dotem, insuper quando es- 9 set vltra patrimoniū, & eius vires, si viri conditio id pateretur, etiā cessaret dispositio d. §. in dotis, ita scriptum reliquit Napod. in consuet. si moriatur nu. 57.

Si verò Actrix prætendit se læsam in pacto de lucrando dotem prædictam natis liberis, ex regula text. in l. 2. ff. de pact. dotal conuentus dicit, id non imputari contrahentibus, qui vti Ciues Auersani, & maximè maritus contraxerunt iuxta consuetudinem Auersanam, ad quam se retulerunt in casum lucrifationis dotium prænarratarum, prout e- 10 tiam in dubio sic contraxisse præsumitur de iure, ex regula text. in l. exigere dotem ff. de iud. sed id imputetur consuetudini, cui isti contrahentes subditi erāt, quia nil vltra ex speciali pacto fecerunt, quod facere debebant vt supra, & sic cessat dispositio text. in d. l. 2. se in pacto fundantis, non autem in consuetudine, seu statuto, contra quam, & quod 11 de iure rem, & dotem respicientia non datur restitutio, vt est text. singul. in l. si sine hærede §. Lutius ff. de admin. tut. vltra quod nec Actrix intentauit iuditium hoc restitutorium aduersus consuetudinem, vt in dicta supplicatione est legere, Nec mulier Actrix se læsam prætendet in pacto, quod pendente dilatione annorum quinque dos censeatur existere in pecunia, nempè, dempto hoc pacto idem erat, cum dicti ducat. 6000. erant implicandi in emptionem cum pacto de retrouendendo, vt ex capitulis 12 prædictis, quo fit, vt in mobilibus, non autem in stabilibus dos consistere de iure censeatur, ita declarat Napodan. in consuetud. si mulier nupta num. 21. fol. 233. & D. de Franch. latissimè ibi in eius additione lit. C.

Secundum vero de antefato, credo quod vanum erit de iure, & Actrix nunquam alia ratione poterit se tueri, nisi q antefatum iuxta consuetudinē Auersanam non fuerit sibi cōstitutum, sed ex pacto diminutum, vt inferat, vel quod dos prędicta reducatur ad summam ducat. 2000. & pro ea summa illam hæres Maximi eius viri lucrari debeat, vel antefatum reduci ad dotis æqualitatem, ex regula text. in l. cum multæ nobis §. sin autem donatio C. de donat. inter virum, & vxorem, & in l. ex morte cuius-

cumque §. hoc tamen obseruandum est, C. de pact. dot. & in authent. de æqual. dot. cum similib. Nam respondetur, id non militare duplici iure. Primo quia iura prædicta loquuntur in donatione
13 propter, vel ante nuptias, quæ in omnibus est dissimilis ab antefato, seu quarta, vt vtar verbis Neapodan. in consuet. dos. & quarta num. 95. vers. nec est similis quarta fol. 266. & in rubric. de iure quartæ, in princ. num. 6. fol. 247. vbi vtitur his verbis, *qui autem ipsam æquiparant, somniant in Parnaso.* Et ad obturandum os Actricis, rogo quod legatur
14 Neapodan. qui affirmat, quartam posse excedere dotem, & ab ea excedi, idem in minori sũma pacisci, & non sine ratio-
15 ne, Nam consuetudo, & pactum à pari procedunt, id enim potest pactum, quod consuetudo licet non procedat negatiuè, Bald. in l. liberti liberteque colum. penult. C. de oper. liber. quem refert Roland. à Valle in consil. 2. num. 20. & cons. 42. num. 28. 1. volum. Si er-
16 go consuetudine potest minui antefatum, vt videmus in diuersis locis huius Regni, antefatum diuersimodè consuetudine locorum constitutum, ergo idem ex pacto, & eo maxime in casu nostro, cum pactum intercesserit per viam causę finalis, quia Maximus ex causis eius mentem mouentibus, non aliter, nec alio modo matrimonium prædictũ contraxisset, ex relatis per Rolandum à Valle latissimè in cons. 44. numer. 24. 4. volum. eo impensius cum simus in
17 materia matrimonij indissolubilis, in quo cessat remedium l. cum te C. de pact. int. empt. & vendit. scilicet dissolutionis contractus, ex defectu consensus,
18 & sic vt consensus seruetur, non potest rescindi matrimonij contractus, iuxta
19 d. l. cum te, & matrimonio in sui forma existento, opus est, vt idem consensus præcisus permaneat, ex quo contractus formam, & esse recipit, & sic quo se vertat Actrix, opus est, vt pactum seruet, quibus omnibus addo, quod iuxta con-
20 suetudinem Auersanã antefatum prædictum non semper procedit correspectiuè ad dotem, & diuersimodè iudicatur quo ad hoc, vt in 3. & 4. capitulis dictæ consuetudinis legere est, id quod
21 etiam cernitur de iure, vt possit antefatum constitui nulla dote recepta, illudque lucrari, vt scripsit Neapod. in consuetud. dos, & quarta num. 95. vers. item possit mulier fol. 266. Imò asserit, id nulla lege esse probatum, imo permissum ex cap. Regni mulier quæ dotariũ.

Cum ergo dos fuerit legitimè constituta, pactum eius lucrifationis induxerit, ac firmauerit consuetudo, & antefatum nil comune habeat cum donatione ante, vel propter nuptias, illudque minui, vel augeri possit, iuxta pacta contrahentium, & mores, seu cõsuetudines locorum, posseq; mulierem illud lucrari ex pacto citra dotis constitutionẽ, & sic non correspectiuã esse, dotem, & antefatum, omni ambiguitate cessante asseuerandũ erit à Iudicantibus, iura ex aduerso allegata non obstare, & successiuè vanam esse petitionem dictæ Aduersariæ.

Paulus Staibanus.

Ad num. 6. Adde quod hoc dictum d. patrui, firmat glos. notab. in dict. l. si ex causa §. in dotis modo ff. de minor. in ver. vltra vires, & in d. l. iure succursum §. fin. ff. de iure dotium, in ver. circumuentus sit, & ad nu. 8. addo Bart. qui in specie hoc dicit in d. §. in dotis modo, & ad nu. 10. q attendatur in contractu dotis locus domicilij viri, & non locus cõtractus, adde Bar. in d. l. exigere, & ibi apostill. in ver. speciale in dote, & Affl. in decis. 226. & si sunt diuersa statuta vxoris, & mariti, attenditur statutũ mariti, idem Bar. ac cæteri DD. in l. cunctos populos C. de sum. Trin. Bal. cons. 53. quedam Domina Ricabella in fin. in vlt. lib. Cotta in mem. in ver. dos reperitur, q limita nisi vxor duceret maritũ ad domum suã, nam tunc vxoris statutũ non viri attenditur, Bald. in l. fin. C. si à non cõpet. iud. q declara si ibi perpetuo erat permansurus, vt per Cott. in præc. loc. & si maritus mutauit domiciliũ, tunc attẽditur primum, Abb. in terminis in c. 1. de spons. in fin. & Cott. vbi sup. & ad n. 11.

vide

vide glo. in d.l. si fine hærede S. lucius ff. de admin. tutor. in vet. cõpelleretur quæ allegat nonnulla iura cõcordãtia, & ad num. 13. adde quod plures differentias inter antefatum, & donationem propter vel ante nuptias tradidit nouissimè Ioannes Andreas Molfesius d. patrui alumnus carissimus, ac meus præceptor ex cuius eruditione valde profeci, tandem clericus regularis (in qua religione non sunt multi dies religiosissimè obijt) in commentarijs ad Consuet. Neap. in par. 7. in tit. de iur. quarte q. 1. num. 13. & seqq. vsque ad finem lib. 1.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Per S. C. sæpè fuit decisum Baronem teneri confirmare habentem maiora suffragia.*

2 *Potestas confirmandi importat arbitrium boni viri.*

3 *Quando excludatur arbitrium boni viri, & placidum possit eligi.*

4 *Electio debet fieri de habilibus, & idoneis.*

5 *Ex malo regimine inhabilium depauperantur ciuitates, & fame pereunt.*

6 *Cautius est agendum in confirmationibus, seu in electionibus, vt homo idoneus habilis conditionis, & laudabilis eligatur.*

7 *Electio debet fieri de nobilioribus, & diuitibus non autem pauperibus, & inferioribus.*

8 *Habens etiam plenam, & liberam confirmationem debet tantum confirmare habentem maiora suffragia, quando non agit ex fide.*

9 *De iure communi sancitum est electionẽ officialium regiminis esse faciendam ab vniuersitate, congregatis ciuibus vocatis accedente consensu maioris partis ciuium, & ratio & idem de iure Regni num. 11.*

10 *Electiones & alij actus facti non concurrente vocatione ciuium licet cum consensu maioris partis non tenent.*

CONSILIVM LII.

Pro vniuersitate Terræ Cisternini contra Reuerendissimum Episcopum Monopolitanum. Baro licet habeat plenam, & liberam confirmationem in electione officialium vniuersitatis, tamen debet cõfirmare habentem maiora suffragia, & electio officialium regiminis quomodo sit facienda ab vniuersitate.

VNIVERSITAS Cisternini grauata a Reuerẽdissimo Episcopo Monopolitano super confirmatione sindici, & aliorum officialium, quippè quia sẽper confirmauit vnum ex tribus vnica votorum exploratione electis habẽtem minora suffragia, obtulit memoriale Illustrissimo Domino Proregi cõmisso S. C. quo petitur prouideri de duobus, vel mãdari eidem Episcopo, quod illum confirmet qui habuit maiora suffragia, vel quod electio præfatorum trium fiat medijs tribus votorum explorationibus.

Ad præsens de causæ huiusmodi expeditione tractatur & vniuersitas vtrumque iuris esse fundat.

1 Quo ad primum asseuerat id fundari exemplo trium decretorum S. C. Secundo ex iuris dispositione ex duobus, primo enim inspicitur nil aliud resedisse, & residere in personam Reuerendissimi Episcopi, nisi ius, & potesta-

2 tem confirmandi quæ potestas importat arbitrium boni viri sicut scriptum reliquit Bart. in l. alio num. 9. ff. de alim. & cib. leg. per tex. in l. nepos proculo ff. de verb. sign. & in l. qui explicandi vbi Bald. C. de accus. Ias. in l. si sic, numero 19. & 25. de leg. 1. facit tex. in l. missi opinatores, & ibi Andr. de Barulo C. de exact. tribut. lib. decimo, & si huic verbo potestatis adijciatur verbum placebit, vt testatur Bartolus

 in l.

in l. si sic, num. 2. vers. quid de verbo, ff. de leg. 1. per tex. in l. Thais §. sorore, & in l. Lurius la prima cum l. fideicommissaria, C. de fideicom. libert. Ias. in d. l. si sic, n. 6. vel verbum videbitur, idem Bart. in d. l. si sic num. 2. in princip. per tex. in l. fideicommissaria la 3. ff. de fideicommiss. lib. & Abb. de vtroq; verbo loquens in consil. 4. & 110. nulla etenim inspicitur scriptura ex qua fun dari possit hæc potestas cum verbo libera, aut verbū plenum, quo enim casu iura sanserunt excludi arbitrium bo
3 ni viri, & sibi placidum posse eligere, vt declarat Bart. in d. l. alio nu. 9. vers. sed ex eo quod dicit liberam, & vers. item si dixerit plenam, vbi copiosa apost. in verbo plenam potestatem vel aliud Verbum, prout voluerit, vel pro tua libera voluntate ex tex. in l. senatus §. legatum ff. de leg. 1. idem Bart. in d. l. si sic in 1. opposit. per l. cum quidam, ff. de leg. 2. l. fideicommissaria la 3. in princip. ff. de fideicomm. libert. l. verū §. cum quidam ff. de reb. dub. Ias. in d. l. si sic nu. 27. aliud autem verbum si ius competens concipiatur, vtpotè discretioni tuæ, conscientiæ tuæ, sensui tuo, menti tuæ, & alijs, sed collatio cēsetur facta arbitrio boni viri ita Ias. copiose omnia hæc prosequitur in d. l. si sic à nu. 7. vsq; ad nu. 22.

Secundo omnia præfata eò impensius vera erunt censenda, siquidem nō ex fide egit, & agit Reuerendiss. Episcopus confirmando habentem minora suffragia, nolēs eligere approbatū à maioribus suffragijs, & successiuè idoneū, nō dico mag. s idoneū, quia per cōparatiuū præsupponitur positiuū, præsuponentē minora suffragia habentē esse
4 idoneū q negamus, electio. n. debet fieri de habilibus, & idoneis, prout tradidit Bar. in l. quamq; ff. de rit. nupt. & Bal. in auth. habita col. penul. C. ne filius pro pat. ex malo enim regimine
5 inhabilium depauperantur Ciuitates, & fame pereunt l. 1. C. defunct. Vrb. Constant. sicut ex imprudente regimine patris familias facultates dilabuntur l. ius aliment. ff. vbi pup. educ. deb.
6 & propterea cautius est agendum in confirmationibus, seu in electionibus præfatis, vt homo idoneus habilis conditionis, & laudabilis eligatur, ex notatis per Ioānem de Platea in l. si quos in princ. C. de decur. lib. 10. & faciunt notata in c. 3. de elect. debet etiam esse graues, experti, & suffulti meritis, & facultatibus, iuxta tex. in l. adhibere vbi Bar. & Ioannes de Platea eod. tit. de decur. & Io. de Plat. testatur electionē
7 esse faciendam de nobilioribus, & diuitibus, non autem pauperibus, & inferioribus, per gl. in §. interim in auth. de defensor. ciuit. si igitur ex prædictis Reuerendiss. Episcopus eligendo minora suffragia habentem non agit ex fide de iure, verū erit assumptū hoc dictum Reuerendissimum Episcopum, &
8 habentem plenam, & liberam confirmationem, illum confirmare non posse, sed tātum habentem maiora suffragia ita Bart. in d. l. si sic in fine, nu. 5. quem Ias. sectatur ibidē copiose nu. 36. & 37. per tex. in l. creditor §. Lucius, ff. mand. quem dicit singularem adhoc & quod alibi nō reperitur forsan, Bar. in extrauaganti ad reprimendum in verbo indebite.

Secundum vero caput electionis faciendæ dictorum trium hominum triplicatis votorum explorationibus sufficitur, de iure, etenim quemadmodū si confirmatio prædicta, nec trium hominū electio essent necessarie, & vnus tamē Sindicus eligendus esset ex Vniuersitate, & ab illa electus statim sine confirmatione in officium esset admissus, nōne de iure eligi oporteret ab Vniuersitate in vnum cōgregata, & ab ipsius ciuium maiori parte, vt inferius fundabitur, eodē modo in vniuscuiusq; ex prædictis tribus eligendis electione concurrere debet consensus maioris partis dictorū ciuium ad finem, vt concurrant rationes à iure traditæ in primo capite, quod fundatur tum de iure communi tum ex dispos. Reg. Prag. de
9 iure communi sancitum est electionem officia-

officialium regiminis esse faciendā ab
Vniuersitate congregatis ciuibus vo-
catis ad locum solitum more solito, ac-
cedente consensu maioris partis ciuiū,
iuxta tradita per Spec. in tit. de Sind.
in princ. qui allegat ad hoc fundamen
tum l.nulli, & l.plane ff.quod cuiusque
vniuersit.nomin.l.3.ff.de decr.ab ord.
fal.l.nominationū C.de decur. lib. 10.
c.licet, c.quia propter ex.de elect.& est
quia cū officiales vniuersitatis omnia
possint agere, quæ omnes ciues simul,
& successiue omnes obligari possūt ex
facto dictorum administratorum, ea-
de causa iuri cōueniens visum fuit om-
nium in electione ipsorum consensum
requiri, ex regul.tex.in l.fin.C. de au-
thor.præstan.vel maioris partis, cum
sit quod in eū casum lex fingit contra-
dicentes numeros minores consentire
iuxta not. p Guid.Pap.in dec.pen.n.7.
vers. inter cætera priuilegia, & in dec.
424. Imò iura, & Doct.tradiderūt ele-
10 ctiones huiusmodi, & alios actus factos
non concurrente vocatione licet cum
consensu maioris partis ciuium nō te-
nere prout scriptum reliquit Specul.
in tit.de sind. nu.9. vers. item opponi-
tur.Cap.in dec.4.nu.3. cum seq.de iu-
re etiam municip. huius Regni id fun-
11 datur ex reg pragm.quæ incipit volu-
mus, cum igitur fundatū sit in electio-
ne necessarium esse consensum maioris
partis ciuium in electione officialium
pro adimplemento regulæ iuris est,
quæ se habet quòd tangens omnes ab
omnibus debet approbari, & vnus-
quisque ex tribus electis poterit con-
firmari per Episcopum, si primus arti-
culus de iure non procedit, quemad-
modum verus inspicitur ad finē, vt Re-
gia Prag.in hoc casu militet, opus erit
fateri in vniuscuiusq; electione neces-
sarium esse consensum maioris partis
ciuium, Quod S.C.sequi debet non mo
do ex prædictis, verum etiam vt obuiā
faciat tot fraudibus & pessimis electio-
nibus faciendis sicut in præteritū factę
fuerunt, & ita in omnibus responden-
dum, & indicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu.1.& 8. adde quod hanc opinionem D. patrui, expresse tenet Scipio Rouitus, inter primates huius Regni iure consultos ascribendus, in Prag.2.de admin. vniuer.nu.49.quam limitauit, nisi habentibus maiora suffragia, obstaret aliqua legitima exceptio, allegat tex.not.in c. dudum lo primo extr.de elect.cui ego addo lo.de Plat.in l. si quos in princ.vers.quod intellige, C.de decur.li.10.& ad nu.9. & 11.videatur idem D. patruus, supra in consl.45.vbi plura ad ornatum d. Reg. Prag.volumus, & quæ ibi addidi.

Paul.Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Doctoribus ac scientificis magis standū est in testimonio quàm alijs.*
2 *An ius longobardorum sit ius vniuersale, & commune in Regno.*
3 *Etiam vbi viuitur iure longobardorum, sollemnitas mundualdi ommissa non vitiat testamentum.*
4 *Testamentum est firmum in specta consuetudine loci confectionis testamenti qua attenditur.*
5 *Consuetudo quibus modis probetur.*
6 *Species consuetudinum quæ sint.*
7 *Verba assertiua seu narratiua partium non probant consuetudinem.*

CONSILIVM LIII.

Pro Sebastiano de Cesare, contra Mag. Susannam de Amone, mulier viuens iure longobardorum etiam quod conficiat testamentum absq; mundualdo tale testamentum valebit.

MAGNIFICA Susanna de Amone vti soror, ac hæres ab intestato Mago. Filomenæ de Amone petijt condemnari Sebastianū de Cesare ad relaxandum eius bona hæreditaria nulla habita ratione testamēti eiusdem Filomenæ apparentis in beneficium dicti Sebastiani tanquā nulli, & inualidi.

Primo, quia metu extortum id, quod non fuit probatum, imò contrarium.

Secun-

Secũdò, quia caruit sollẽnitate Mũdualdi cuius auctoritatẽ prętendit fuisse necessariam, stante q dicta Filomena est Ciuis Ciuitatis Sulmonis, in qua viuitur iure Longobardorum, non negatur primum assumptum ciuilitatis, nec etiam inficiatur testes aliquos ex aduerso examinatos deponentes de modo viuendi Iure Longobardorum adtulisseq; ad id probandum non nullas fides instrumentorum, siue contractuum mulierum Sulmonentium cum authoritatibus Mundualdorum.

At Sebastianus dicit omni modo esse absoluendum. Primo siquidem non est probatum clarè in Ciuitate Sulmonis viui iure Longobardorum, nam licet pro parte Actricis sint producti aliqui testes id affirmantes.

Ac producti non nulli cõtractus celebrati cum mulieribus cum consensu, & authoritate Mundualdi. Nihilominus pro parte conuenti fuerunt producti infrascripti testes contrariũ probantes, & numero maiores, & prętãtiores, 1 litterarum scientifici, Doctores, ac causidici, quibus standum est, ad tex. cum ibi not. per glo. & Doct. in c. in nostra præsentia de testibus.

Præterea idem conuentus non modo exhibuit fides nonnullorum contractuum celebratorũ cum mulieribus citra Mundualdorum assistentiam, verum fides nonnullorum testamentorum cõfectorum in dicta Ciuitate Sulmonis citra sollemnitatem Mũdualdorum, quibus non refragabuntur fides dictorum contractuum celebratorum cum dictis Mundualdis ex aduerso exhibitorum, si quidem apparet sollemnitatem prædictam nõ successisse ea ratione, quia ibidem viuitur iure Longobardorum, sed ex cautela Notariorum.

Nec prædictis obstabit cõstitutio puritatem ex qua poterit fundari ius Lon2 gobardorum esse ius vniuersale, & commune in Regno, quia hoc assumptum non est vsquequaq; tutum, & ad partes disputant moderni Venusini in eorum Specul. in 3. par. principali à nu. 31. vsq; ad finem, cuius dicta, ne fur videar, non recenseo, cui assensus fuit Affl in d. const. puritatem nu. 9.

Secundo, & si ius commune esset, citra præiudicium, adhuc assero respectu Ciuitatis Sulmonis id ipsum partem nõ iuuare, nam ex cõtractibus prædictis apparet nonnullas mulieres, & innumeras iure Romano viuere, quo fit vt cũ promiscuũ siue dubiũ sit ius Lõgobardorũ, & ius Romanũ in Ciuitate prædicta, nõ põt Actrix desuper se fundare nam in specie probare debebat ipsam magnificam Actricem iure Longobardorũ vixisse arg tex. in c. in præsentia extra de prob. Quinimò apparet magnificã Actricem semper vixisse iure Romano, vt in fide, id quod etiam apparet in dicto testamento in quo sic se viuere asseuerat id quod sufficit magnifico Conuento p Victoria causæ cum cõstitutio prædicta considerauit personarum qualitatem, quod redditur verum ex illis verbis dictæ constitutionis, prout qualitas litigãtium exposcerit, ita Affl. in d. const. puritatem nu. 9. qui etiam asserit ius Longobardorum seruari in loco vbi viuitur iure Longobardorum, & ius Romanum in loco vbi viuitur iure Romano, deferẽdo onus id probandi actori ad eius intentionem fundandam, ex reg. tex. in l. ei, qui de prob.

Nouissimè Sebastianus dicit, quod etsi omnia prædicta corruerent citra tamen veri præiudicium. Nihilominus sollemnitas dicti Mundualdi ommis3 sa non vitiat testamentum, in quo non requiritur Mundualdi authoritas cũ id nulla lege Lõgobardorum fundari possit, iuriq; Romano contraria sit ex dispositione tex. in l. captatorias, & l. illa institutio ff. de hæred. instit. quæ militat etiã in militari testamento, iuxta l. captatorias C. de milit. testam. cui nec consuetudini derogari potest, ex cõmuni Doct. Theorica, de qua per Aret. & Ias. in l. 2. ff. de vulg. & pupil. subst. quos refert, & sequitur Couar in c. cũ tibi nu. 13. vers. præterea si captatoria de testam. hanc conclusionem vti necessariam firmauit copio-

copiosissimè per sex columnas reprobatis dictis per Affli. in decis. 260. Vincent. Maxilla Barens. in consuet. Barensi in l. Longobarda, quæ incipit mulier, in tit. qualiter mulieri alienare permis. sit à nu. 14. vsque ad finem fol. 96. à ter. omnino videndus.

Præterea aduertant Domini Iudicantes huiusmodi testamentum fuisse confectum in Ciuitate Yscłæ, vbi non viget huiusmodi ius Longobardorum, sed ius Romanorum, quo fit, vt testamē-
4 tum sit firmum inspecta consuetudine loci confectionis testamenti, quæ attenditur ita scriptū reliquit Bar. in l. Titius §. Romæ num. 1. qui refert ita tenuisse And. de Pisis ff. de excus. tutor. vbi Cyn. Oldrad. Bald. & Ray. idem Bart. in l. 1. §. fin. nu. 3. ff. de vent. inspi. & in l. cunctos populos nu. 36. & 37. vbi latissimè C. de sum. Trinit. & fid. cathol. & Bal. latissimè in addit. ad spec. quæ incipit, opponunt Cyn in tit. de inst. edit. in §. copiosissimè 9. col. Bar. in l. 2. nu. 4. C. quemadm. testam. aper. & in l. si non speciali in fin. C. de testament.

Nouissimè Aduersarij se fundant in prætensa consuetudine Sulmonensi, quod mulieres non possint disponere de dotibus nisi de tertia parte, ex qua prætendunt testamentum inualidare pro duabus tertijs partibus, cui prætensæ consuetudini accommodantur non nulla responsa. Primo asseueratur aduersarios non probasse prætensam consuetudinem, nam testes super hoc examinati nil aliud deponunt, nisi qd dotantes solent apponere pactum, quod dotata potest disponere de tertia parte, & idem testantur fides Notariorum, ista namq; dispositio nascitur ex pacto, non ex consuetudine, opus namque erat aduersario, fundare, consuetudinem Ciuitatis esse, quod mulier simpliciter contrahens non poterat disponere nisi de tertia par-
5 te, & non docto de consuetudine in scriptis opus erat probare antiquitatem temporis desuper annorum centum, vt in consuetudine præscripta Capuæ, testatur Neapod. in prohem. consuet. nu. 37. vsque ad nu. 49. vel bis secundum eam fuisse iudicatum ad finem fundandi consuetudinem titulatam, idem Neapod. vbi supra num. 71. vel opus fuisset asportare sententiam aliquam, qua Iudex declarasset, ita fuisse consuetum in dicta Ciuitate ad finem, vt fundari potuisset consuetudo declarata, idem Neapod. vbi supra nu. 76. si quidem ipse
6 asseuerat consuetudinum speties esse quatuor videlicet scripta, præscripta, titulata, & declarata, vbi supra n. 10. Nec obstat qd in dictis conuentionibus dicatur iuxta consuetudinem antiquam Ciuitatis Sulmonis, quia illa sunt verba assertiua, seù narratiua partium, quæ
7 non probant consuetudinem, ex regula text. in cap. si Papa de priuileg. in 6. in clem. 1. de probat. & in clem. Summus Pontifex de sent. excom. in l. ex hac scriptura ff. de donat. & ibi omnes Doctor. tam canonistæ, quam ciuilistæ, latissimè Oldrad. cons. 258. cum concord. & ita iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *An ex probibitione alienationis cum ratione, quia testator vult bona remanere, vel conseruari in familia, resultet simplex fideicōmissum etiā in casu mortis, an vero solum in casu alienationis.*

2 *Quando in verbis inferentibus conseruationem bonorum in familia, apposita est dictio semper quę eandem vim habet quam dictio in perpetuū, & in infinitū tunc inducitur simplex fideicōmissum, & absolutū, ex quo alias vbi in solo casu alienationis diceretur grauamen inductum bona perpetuo in familia non remanerent contra expressam defuncti voluntatem.*

3 *Quando verba non per modum causæ, seu rationis enunciatiuè prolata, adiecta sunt, sed per modum principalis dispositionis apposita sunt, tunc non solum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis fideicommissum inducitur.*

4 *Quando post probibitionem alienandi sequitur*

quitur dispositio quod bona vadant de hærede in hæredem, tunc censetur inductum fideicõmissum in causam mortis.

5 *Appellatione domus intelligitur de agnatione.*

6 *Nomen casate accipitur pro agnatione, quando proximiores de casata vocantur, idest de parentela ex parte patris.*

7 *Appellatio familiæ significat agnationem.*

8 *In claris, non opus est coniecturis.*

9 *Agnatio, domus, seu familia testatoris potest dupliciter accipi.*

10 *In fideicommisso pro conseruanda agnatione inducto, tota ipsa agnatio, & omnes qui de eadem familia sunt etiam collaterales comprehẽduntur, quod maxime locum habet, quando defunctus nõ vocat familiam ipsius adiecto possessiuo, sed simpliciter familiam substituit ut num. 11.*

12 *Spuria de agnatione dici non potest.*

13 *Filij filiæ quamuis legitimæ, non dicuntur agnati.*

14 *In dispositione vocante domum, & familiam, videntur etiam feminæ quæ sint agnatæ comprehendi.*

15 *Quando apparet defunctum expressam, vel tacitam rationem conseruandæ agnationis habuisse, eo quod voluit bona in ea perpetuò permanere, tunc appellatione illorum de domo, seu de agnatione feminæ non continentur, & ratio, quæ opinio est magis communis ut nu. 23.*

16 *Feminæ etiã gradu propinquiores excluduntur per masculum remotiorem, uti substitutum, & vocatum pro agnatione conseruãda sub vocabulo de casata, vel de domo.*

17 *Quando sunt vocati illi de agnatione decisiuè feminæ agnatæ non comprehenduntur, sed masculi tantum.*

18 *Substitutis proximioribus de agnatione, feminæ non admittuntur.*

19 *Tam in dispositione statuti, quam ultimæ voluntatis, in qua illi de agnatione vocantur, nunquam veniunt agnatæ feminæ.*

20 *Quando testator instituit hæredem, & ei decedenti sine filijs substituit proximiores de domo, femina agnata præten-dens se quoque appellatione dictæ proximioris domus venire, non censetur vocata, & ita decisum.*

21 *Frequentius euenit, ut parentes de posteritate feminarum parum curant, quia transeunt ad alienas familias.*

22 *Fideicommissum factum per Authorem suorum bonorum in beneficium eius nepotum recensetur.*

24 *In fideicommisso proximitas respectu testatoris, non autem grauati in specie debet seruari.*

CONSILIVM LIV.

Pro Mag. Io. Petro de Ecclesia, contra Isabellam Laurenzanam. Fideicommissum simplex non solum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis resultat ex prohibitione alienationis cum ratione, quia testator vult bona remanere, & conseruari in familia semper, & in perpetuum, maxime quando verba non per modum causæ, seu rationis enunciatiue, sed per modum principalis dispositionis sunt apposita, & an appellatione familiæ comprehendantur etiam collaterales, qui sunt de eadem familia, & an appellatione agnationis, & familiæ comprehendantur feminæ.

CVM præteritis annis ab hac vita decesserit Claudius ab Ecclesia, qui in codicillis per eum conditis legauit Lucretiæ eiusdẽ filiæ spuriæ quædam prędia rustica sub nomine maxarię, cum onere his verbis adiecto. *Che la massaria non la possa vendere, ne alienare, ma sempre sia del più prossimo de la casa, & fameglia dell'Ecclesia*, & postea mortua sit Lucretia, relicta Claudia de la Ecclesia eius filia ex Io. Baptista de Ecclesia eiusdem Lucretiæ marito, & ipsius codicillantis ex fratre nepote iam prædefuncto, necnon superstite Io. Petro de Ecclesia dicti Io. Baptistæ fratre, & pariter eiusdem Claudij nepote, queritur, an post mortem Lucretiæ dicta massaria vti subiecta fideicommisso, ad Clau-

Claudiam, seu post illius mortem ad Isabellam Laurenzanam prædictæ Claudiæ filiam, an verò ad Io. Petrum peruenire debeat.

Pro cuius dubij absolutione præmittendum est, dubium non esse, quin ex memoratis verbis, per quæ codicillans ordinauit, vt Lucretia non possit massariam vendere nec alienare, sed illa semper sit proximioris domus, & familiæ de Ecclesia, inductum sit simplex fideicommissum etiam in casu mortis, quia licet plurimū controuersa sit illa quæstio, an
1 ex prohibitione alienationis cum ratione, quia Testator vult bona remanere, vel cōseruari in familia resultet simplex fideicommissum etiam in casu mortis, an verò solum in casu alienationis, de qua latè Socc. inter alios in l. qui Romæ §. coheredes ff. de verb. oblig. & in cons. 227. lib. 2. Dec. in cons. 218. 377. & 422 & latissimè Ant. Gabr. in tit. de fideicō. concl. 9. tamen difficultas omnis in casu isto cessat duabus potissimū rationibus,
2 Prima quia in verbis inferentibus conseruationem bonorum in familia, apposita est dictio (semper) quæ eandem vim habet, quam dictio (impetpetuum, & in infinitum) illaq; est tante vis, vt simplex, & absolutum fideicommissum inducatur, ex quo alias vbi in solo casu alienationis diceretur grauamen inductū, bona perpetuò in familia non remanerēt contra expressam defuncti voluntatem, vt declarat Salyc. inter consilia Curtij Senioris in cons. 40. in fin. Gozad. in cons. 102. nu. 7. vers. considero illa verba. Paris in cons. 53. nu. 24. lib. 3. Crot. in l. filiusfamil. §. diui, col. 1. ff. de leg. 1. cum pluribus alijs adductis per Anton. Gabriel. in d. concl. 9. nu. 12. Secunda
3 quia dicta verba nō per modum causæ, seu rationis enunciatiuè prolata adiecta sunt, sed per modum principalis dispositionis apposita fuerunt, dum dictum est semper esse proximioris domus, quo casu certum est, nè dum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis fideicommissum induci, vt explicat Curt. Iun. in cons. 111. ante finem, vers. tamen omissa hac disputatione dicens, hanc esse magis veriorem, & communem opinionem, & in cons. 145. num. 6. & seq. Socc. Iun. in cons. 140. num. 8. lib. 3. quam sententiam plurimi alij sequuntur, quos refert Ant. Gabr. in præalleg. loco nu. 29. quibus additur speciale responsum Deciani 50. nu. 14. disponens, qđ quando post
4 prohibitionem alienandi sequitur dispositio, quod bona vadant de hærede in hæredem, vt hic cernitur, cum appareat dispositum *che sia del più prossimo di casa de la Ecclesia sempre*, ꝯ tunc censetur inductum fideicommissum in causā mortis, idem sectatur Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. c. 14. nu. 24.
5 Similiter clarum est appellatione domus, seu della casa, qua vsus est codicillās intelligi de agnatione, vt determinat Bar. in l. 1. in princ. ff. ad Syll. in l. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. signif. & in l. si cognatis in fin. ff. de reb. dub. Alexan. in consil. 213. num. 3. lib. 6. Capr in consil. 90. num. 4. cum simil. relatis per Petr. Pisaur. in tract. de interpet. vltim. volunt. lib. 3. interpetr. 3. dubit. 1. solut. 11. num. 822. & per Mantic. in tractatu de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 17. sicuti & nomenn casatæ accipitur pro agnatione, quādo pro-
6 ximiores de casata vocantur, idest de parentela ex parte patris, Bald. in cap. cum innotuit colum. final. num. 16. de electio. Imol. in l. ex facto §. si quis rogatus sub num. 10. ff. ad trebell. Franc. in cap. si pater num. 114. in fine, versic. vigesimo nono de testament. lib. 6. Pisaur. vbi supra num. 17. subdens, idem esse, si proximiores de casata substituantur, vt per Soccin. Iun. in cons. 94. nu. 7. lib. 1. & Paris in cons. 32. col. 2. lib. 3. pa-
7 riter appellatio familiæ, quam etiam codicillans expressit, significat agnationē, d. l. pronuntiatio §. familiæ in fin. glos. Bal. & Castr. in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. & in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2. & Anch. in cons. 27. col. pen. Ruin. in cons. 110. nu. 14. lib. 2. Hieron. Gabr. in cons. 132. nu. 59. lib. 1. Pret. in loc. vbi supra cit. nu. 25. qđ in casu isto

absq; dubio procedit, eo quod codicillans, nomen etiam ipsius domus, seu
8 familiæ de Ecclesia expressit, ita vt in claris, non opus sit coniecturis, l. ille, aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.

9 Cum autem agnatio, seu domus, vel familia testatoris possit dupliciter accipi, Primo effectiuè seu actiuè de agnatione ipsius defuncti, idest quæ ab ipso originem habuit, & cuius ipse fuit causa efficiens, secundum quem sensum solum agnati descendentes ab ipso defuncto intelliguntur vocati. Secundo potentiuè de agnatione, in qua ipse defunctus continetur, iuxta quam interpretationem agnati etiam transuersales continentur, per ea quæ tradit Come. in cons. 2. & Salyc. inter cons. Anchar. in cons. 95. nu. 6. planè constat in fideicõmisso pro con-
10 seruanda agnatione inducto, totam ipsã agnationem, & omnes, qui de eadem familia sunt, etiam collaterales comprehendi, vt voluit Bar. in l. 1. n. 46. de condit. & procu. præd. fiscal. lib. 11. dicẽs, in casu, quo quis filio suo substituit domũ Bardorũ, intelligi substitutos omnes illos de Bardis, Come. in d. cons. 2. Alex. in d. §. si quis rogatus solum. antep. in fin. Corn. cons. 40. num. 16. lib. 2. Ruin. in cons. 24. nu. 5. lib. 2. Gozad. in cons. 79. nu. 6. cum alijs, quos refert, & sequitur Hiero. Gabr. in d. cons. 132. nu. 59. Prer. in d. solut. 11. nu. 22. in fin. & nu 43. vers. adeò quod in materia, & Mantic. in d. tit. 12. nu. 12. vers. sed ego subsisto, qđ
11 maximè locum habet, quãdo defunctus non vocat familiam ipsius, adiecto possessiuo, sed simpliciter familiam substituit, prout in casu isto factum est, vbi codicillans vocauit proximiorem domus, & familiæ dell'Ecclesia, & sic eius familiæ, de qua ipse erat, non autem eius quæ ab ipso fiebat, vt elegãter scripsit Hieron. Gabr. d. num. 59. in fine, cum quo transit Mantic. in loco proximè allegato circa fin. & tanto magis in casu isto, vbi
12 codicillans nullos filios habebat præter Lucretiam, quæ nec de agnatione dici poterat, cum esset spuria l. vulgo ff. de stat. homi. §. vulgò quæsiti, institut. de success. cognat. Cardin. Pall. in tract. de not. & spur. cap. 59. num. 3. & 5. & minus credebat filios ex Lucretia nascituros, futuros esse agnatos, ex quo filij
13 filiæ quamuis legitimæ non dicuntur agnati, vt per Soccin. Iun. in cons. 2. nu. 19. lib. 2. Dec. in cons. 7. num. 32. lib. 1. Mantic. in d. tit. 12. nu. 7. vers. item si relictum est ita, quo fit, vt codicillans procul dubio de agnatis collateralibus intellexerit, dum proximiorem domus, & familiæ de Ecclesia vocauit.

Vnde ex præmissis in proposito casu infertur per dictam dispositionem, qua proximior domus, & familiæ de Ecclesia vocatur, Io. Petrus de Ecclesia vti nepos codicillantis ex eadem domo, & familia de Ecclesia, ad massariam de qua supra admictendum esse, exclusa Claudia, quamuis ipsa quoque vti nata ex Io. Baptista de Ecclesia dicti Io. Petri fratre ex eadem domo esse censeatur, Nam
14 licet in dispositione vocante domum, & familiam videantur etiã feminæ, quæ sint agnatæ comprehendi, per text. in l. voluntas cum ibi notatis, C. de fidei-
15 commiss. tamen quando apparet, defunctum expressam, vel tacitam rationem conseruandę agnationis habuisse, eo quod voluit bona in ea perpetuo remanere, sicuti in casu isto contigit, tunc appellatione illorum de domo, seu de agnatione feminæ non continentur, quę non sunt aptæ agnationem ipsam conseruare, sed bona in alienas familias trãsferunt, vt latè probat Salic. inter consil. Curt. Sen. in d. cons. 40. & potissimè colum. 4. ver. secunda ratio, & Corn. cons. 26. nu. 4. & in cons. 41. nu. 6. in fin. cum
16 seq. lib. 4. concludens, feminas etiam gradu propinquiores excludi per masculum remotiorem, vt substitutum, & vocatum pro agnatione conseruanda sub vocabulo de casata, vel de domo, Ruin. in d. cons. 24. nu. 5. cum seq. lib. 2. Gozad. in consil. 45. nu. 9. cum sequent. & in consil. 79. num. 4. & seq. vbi cum vocati essent illi de agnatione, decisiuè consuluit feminas agnatas non compræhendi,

hendi, sed masculos tantum, Curt.Iun. in cons.154.nu.10.& seq.vbi pariter in
18 terminis nostris decidit, substitutis proximioribus de agnatione feminas non admitti, idem Curt.Iun.in cons.172.Riminal.Sen.in cons.184.& 185. Soccin. in d.cons.40. inter cons.Curt.Sen. maximè in tertia, & tribus vltimis colum. Socc.iun.in cons.181. num.39.in fin.& 40.lib.2. Crauett. in cons.180. num.1. vbi post Bal.Dec.& alios ibi relatos, in-
19 quit tam in dispositione statuti, quam vltimæ voluntatis, in qua illi de agnatione vocantur, Doct. communiter velle nunquam venire agnatas feminas, idem Crau.in cons.584.nu.11. & latius in cons.800.nu.6.vsque ad fin. vbi in specie facti huic similis, cum testator insti-
20 tuisset hæredem, & ei decedenti sine filijs substituisset proximiores de domo, per plura in fauorem agnati consuluit contra feminam agnatam prætendentē se quoque appellatione de dicta proximiorū domo venire, subdens pro agnato ipso, à Senatu pronuntiatum fuisse, prout ita verè in causa illa decisum esse, attestatur Osasc.in decis.127.eandē sententiam sequitur Rolan. in cons.56.nu. 26.lib.3. Hieron. Gabr. in d.cons.132. nu.38.& seq. Cæphal. in cons.511. nu. 27.Marzar.qui plures alios ad idē congerit, & ita in Rota Florentina decisum fuisse affirmat in æpito.fideic.q.43.vers. sed in contrarium, & concord.Prot.qui alios quoque hanc opinionem tenentes addit in d.solut.11.sub n.67. vers.ideò feminæ tunc non comprehendantur, & latissimè in consil. 161. vbi pro agnato contra feminam consuluit in casu, quo proximiores de casata, seu domo vocati erant, prout in casu quoque isto factum fuit, & in fine testatur, ita iudicatū fuisse, quibus accedit Mantic.in d.tit.12.nu.8.
21 vbi subdit frequentius euenire, vt parētes de posteritate feminarum parum curent, quia transeunt ad alienas familias, (quod ego cōsiderans bene seruaui, nam in
22 fideicommisso facto meorum bonorum relictorum D. Scipioni, & Cæsari Staibanis meis fratribus, in beneficium Pauli iunioris, & Francisci meorum nepotū, filiorū dicti D.Cæsaris mei fratris, ac D. Portiæ Rossæ de nobilissima familia Sedilis Montaneæ expressæ mandaui, quod feminę descendentes penitùs sint esclusæ in perpetuum, pro quibus montem duc. quatuor mille constitui, pro quā libet pro earū dotatione,) & ita apertissimè constat, hanc indubitanter esse ma-
23 gis communem sententiam, & ideò non obstante, quod aliqui contrarium senserint, de quibus per Marzar.in d.q.43.in princ. non esse ab ea in iudicando recedendum, iuxt.not. per Io.Andr. & alios in cap.1.de constit. Bart. & cæteros in l. vltima C.de pœn. iud. qui mal. iud. id quod etiam sectatur Mantic. quo ad feminæ exclusionem lib.8. de coniect. vltim.volunt.cap.12.nu.16.fol.215.

Deinde magis vera, & communis recepta opinio est, in huiusmodi fideicom
24 misso proximitatem respectu testatoris, non autē grauati in specie debere seruari, vt plenissimis verbis, rationibus, & authoritatibus demonstrat Menoch.in cōs. 124.in 1.dub. quam itidem magis receptam ostendit infinitos propè Doctores pro ea adducens insignis modernus Ioseph de rusticis in consil. 2. posito post tract.an, & quand.lib. in cond.posi.voc. nu. 102. At Claudia licet descendat ex Lucretia filia codicillantis, & sic tanquā descendens videatur eisdem proximior agnata codicillantis, multo minus Claudia ex ea descendens agnata dici pōt, vt supra comprobatū est, & propterea cum non pōt dici agnata nisi ex persona Io. Baptistę eius patris, cōsequens sit, quod Io. Petrus, qui erat frater ipsius Io.Baptistę, & sic in gradu præcedit Claudiā, proximiorem agnatum esse dicti codicillantis, & ita ex memorato fideicōmisso admittendū esse, ēt si Lucretia legitima fuisset, & Claudia in dispositione in fauorē illorū de domo facta cōpræhenderetur, quapp ex pmissis concluditur, dictā maxariā ad Io.Petrū vtj proximiorē de domo, & familia de Ecclesia deuolutā esse, cumq; ex pdictis luce clarius sit fundatū, exclusam dictam Claudiam ēt haben-

tem cognomen de Ecclesia, quanto magis exclusa cēsebitur Isabella, licet Claudię filia, cum adepta fuerit cognomen de Laurenzano ex eius patre, & non familiæ de Ecclesia vocatæ in dicto fideicommisso per dictum Claudium codicillantem, prout copiosè scripsit Aym. cons. 180. nu. 1. & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 1. adde quod è conuerso, permissa alienatione intelligitur data potestas non solum alienandi inter viuos, sed etiam in vltima voluntate, Fab. de Anna in cons. 53. nu. 20. & seqq. vbi latissimè, quod procedit etiam in feudis, idem Anna in d. cons. num. 22.

Et ad nu. 2. adde quod dictio semper non solum inducit simplex, & absolutū fideicōmissū, verū etiā est vna de coniecturis, per quam inducitur maioratus inter Hispanos, Molin. de primog. hispan. lib. 1. fol. 35. à ter. cap. 5. num. 32. vers. quinta cōiectura, quæ dictio semper denotat omne tempus omnem casum, & feminas non comprehendit, sed tantum masculos, ita notabiliter Boer. in decis. 158. per totam, idem Molin. in d. tract. lib. 3. cap. 5. nu. 38. ver. quarta cōclusio, & quod dictio semper idem sit quod dictio in perpetuum, addo glos. in l. 1. ff. solut. matrim. & quādo sunt vocati proximiores de domo, seu agnatione inducitur fideicommissum absolutū, & perpetuū inter illos de agnatione Anchar. in cons. 27. non seruato ordine col. 3. Crauett. in cons. 984. num. 160. & seq.

Et ad nu. 10. vltra adducta per d. patruum, addo Paul. de Castr. in l. cum ita §. in fideicommisso in princ. & in fine ff. de leg. 2. Marian. Soccin. in cons. 126. num. 43. lib. 1. Crau. in d. cons. 984. nu. 135. Port. Imol. in cons. 121. nu. 14.

Et ad nu. 15. adde quod quando sumi potest cōsideratio, testatorem voluisse bona in linea masculina, & agnatione conseruari, conditio (si sine liberis) restringitur ad masculos tantum Peregr. in tract. de fideicom. art. 25. nu. 25. fol. 238. Menoch. in cons. 95. nu. 28. & seq. & in tract. de præsumpt. lib. 4. præsump. 85. num. 25.

Et ad nu. 24. adde Thesaur. in decis. Pedem. 64. qui relatis hinc inde opiniōnibus communiorem dicit prædictam opinionem, quæ tamen limitatur, procedere quando testator descendentes non habeat, secus vero si habuerit descendētes, Cæphal. cons. 333. num. 16. & cons. 457. nu. 5. 6. & 7. Bursat. cons. 170. nu. 23. & 25. idem Thesaur. in dec. 65. nu. 4.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in sacris constitutus à feudorum successione repellitur, & ratio.*

2 *Clericus succedens in feudis potest per substitutum seruire, sicut femina, & infirmus, hoc est de opinione glos. & an sit vera hæc opinio, & quomodo declaretur nu. 4.*

3 *Habilis ad succedendum, sed inhabilis ad seruiendum potest per substitutum seruire, sed secus est in inhabili ad succedendum.*

5 *Seruitium feudorum in Regno consistit in solutione adohe.*

6 *Licet consuetum sit in Regno seruitium in solutione adohę præstari, tamen arbitrarium est domini, an velit exigere adoham, vel seruitium personale.*

7 *Quando arbitrarium est domini an velit in feudo seruitiū personale, vel reale, tunc clericus à feudorum successione excluditur.*

8 *Licet in feudo spetialiter sit promissum seruitium reale, tamen quando vna cū præstatione seruitij realis, adest præstatio iuramenti fidelitatis, clericus nō potest succedere.*

9 *Quoties in aliqua concessione adest promissio annuæ pensionis, & iuramenti fidelitatis, concessio non dicitur facta ex causa pensionis, sed ex iuramenti præstatione.*

10 *In iuramenta fidelitatis cōtinentur sex.*

11 *In subfeudo* Baronis *sufficit præstare pro-*

promissum seruitium, nec electio competit Baroni, et hoc quomodò limitetur.

12 *Clericus vt succedat in feudo opus est, vt dimittat habitũ clericalem re integra antequam esset quaestio de feudo.*

CONSILIVM LV.

Pro Ill. Principe, & Principissa Hostiliani, contra Suardum. Clericus an à feudorũ successione repellatur, & an possit per substitutum seruire, & an arbitrarium sit domini in Regno, exigere adoham, vel seruitium personale.

QVOD clericus non succedat in feudis probatur ex multis, & primo clara est in iure feudorũ
1 propositio clericum in sacris constitutum à feudorum successione repelli, hoc probant multa iura, & primo text. in cap. 1. de mil. vas. qui arma bell. depos. & in cap. 1. §. qui clericus si de feud. def. mil. fuer. controu. & cap. 1. vers. ex hoc illud, de beneficio feminae, & text. in cap. 1. an mutus surdus, vel ali. imperf. Andr. de Isern. & Afflict. in omnibus supra citatis locis, & in decis. 320. Capy. decis. 10. & 31. latissimè Alex. cons. 10. vol. 5. Cassan. qui testatur de communi opinione in consuet. Burgundiae in tit. des fied, §. 5. in tex. ibi excepte les religieux à nu. 1. vsque ad nu. 19. Felyn. in cap. in praesentia nu. 44. vbi Berous, & Det. de probat. Petrus Duena in tract. regularum vtriusque iuris regul. 103. & nouissimè tradit Ottauius Cacheran. in dec. Pedemont. decis. 27. & ratio est quia cum sit effectus miles Dei non potest esse miles seculi, & domino pro feudo seruire c. 1. de milit. vas. qui arma bell. depos. & res deuenit ad casum à quo incipere non poterat, Andr. in proprijs terminis in c. 1. nu. 2. an mutus surdus &c. ideo clericus à feudorũ successione excluditur, sed contra istam conclusionẽ multa facere possunt, quibus particulariter infra respondebimus.

1 Pro clerico primo facit glos. in c. 1. de beneficio feminae, vbi clericus succedens in feudo, potest per substitutum seruire, sicut dicitur in femina, & infirmo, qui possunt per substitutum seruire, vt per Andr. in cap. Imperialẽ §. firmiter de prohib. feud. alien. per Feder. ergo ita etiam in clerico dicendum erit, sed non obstat ratio pro clerico adducta, nam contra clericum facit communis Doctorũ concl.
3 53. quod habilis ad succedendum, sed inhabilis ad seruiendum potest per substitutum seruire, secus vero est in inhabili ad succedendũ, nam per substitutum seruire non potest, Afflict. in cap. 1. num. 8. de mil. vas. qui arma bell. depos. & in cap. 1. §. ex hoc illud num. 7. de beneficio feminae, sed sic est, quod clericus est inhabilis ad succedendum, vt supra probatum est, ergo per substitutum seruire non potest, nec obstat glos.
4 in d. cap. 1. de benef. fem. nam intelligenda est quando feudum à principio concessum fuit clerico, nam tunc eo ipso quod feudum conceditur personae inhabili ad seruiendum, videtur habilitata ad seruiendum per substitutum, vt optime explicat Afflict. ibidem nu. 7. & facit tex. in cap. si minori, & cap. si decesserit si de feud. defunct. mil. fuer. controu. vbi latissime Aluar. & Afflict.

5 Quod pro clerico facit est, quia seruitium in Regno consistit in solutione adhoe vt per Andr. in cap. 1. §. similiter de Cap. Corradi, quae solutio per clericum potest honeste fieri, meritò à successione non potest repelli, vt ex communi Doctorum conclusione relata per Felyn. in d. cap. in praesentia nu. 44. & refert Afflict. in locis supra citatis, Praepos. in cap. 1. §. & quia vidimus de his qui feu. dar. poss. Cassan. & Cacher. locis citatis, Capy. in dec. 10. n. 10. qui dicit hãc opinionem non habere contradictorẽ; ergo, sed respondetur, nam licet cõsuetum sit in Regno seruitium in solutione
6 adohae praestari, tamen arbitratiũ est Domini an velit exigere adoham, vel seruitium personale, Andr. in cap. 1. in fine, quis dicatur Dux, Com. &c. & in cap. 1. nu. 14.

nu.14.de cap.qui cur.vend.& in cap.Imperialem in §.firmiter nu.32.de prohib. feud.alien.per Feder.& in cap.1.§.similiter de cap.Corradi,congerit Afflict. in decis.320.nu.9.cum ergo arbitrarium
7 sit Domini, an velit seruitium personale,an reale, sequitur necessario concludendum, Clericum à feudorum successione excludi, & ex hac ratione ita determinatum refert,Affl.in d.dec.320.

Tertium quod pro clerico facere potest est, quod in concessione istius subfeudi,de quo nunc agitur,est specialiter determinatum seruitium reale, quo fit quod cum per clericum hoc adimpleri potest,ad successionem feudorũ admictitur, iuxta doctrinam Innoc. in d.cap. in præsentia nu. 5. relatam ab Afflict. Cacher.& alijs supra citatis, Respondetur tamen, nam licet specialiter sit promissum seruitium reale,tamen quando vna
8 cum præstatione seruitij realis,adest præstatio iuramenti fidelitatis, clericus non potest succedere, & ita limitatur communis conclusio,quod in feudis in quibus præstatur seruitium reale, clericus succedit,ita dixit Afflict.in cap.1.nu.10. de mil.vas.qui arm.bell.depos.& in c.1. §.ex hoc illud n.28.&29.de benef.fem. vbi ita refert iudicatum Felyn. in d.cap. in præsentia nu. 48. probat optimè Cacher.in d.decis.27.num.10. & ratio est,
9 quia quoties in aliqua concessione adest promissio annuæ pensionis,& iuramenti fidelitatis, concessio non dicitur facta ex causa pensionis, cum tantum dicatur causa impulsiua, sed ex iuramenti præstatione, Aluarot. in cap. 1. §. sed nec alia iustior nu.5. quæ sit prim. caus. benef. ammit.Bald.in cons.16. 1.vol.Imol. in cap. ex parte de feud. Afflict. in d.§. sed nec alia iustior nu.108. Det.consil. 139.nu.3. Brun.in cons.107. Frecc.de subfeud.lib.2.auth.4.nu.6. sed in iura-
10 mento fidelitatis continentur illa sex, de quibus in cap. 1. de forma fidel. vbi Andr.in quibus inest seruitium personale, vt patet ex dictis ibidem per And. in verb. incolume, & tutum &c. quod à clerico præstari non potest, vt supra dictum est, merito sequitur dicendum quod etsi tantum seruitium reale in concessione promissum sit,tamen ex iuramenti fidelitatis præstatione, clericus omnino excluditur.

Vltimum quod per clericum opponi potest est, quod feudum de quo nunc
11 agitur est subfeudum Baronis, in quo sufficit præstare,promissum seruitium, nec electio competit Baroni, nam illud quod supra dictum est, procedit in feudis quaternatis, vt per Andr. in cap. 1. de controu.feud.apud par.terminanda, ergo secus est in subfeudis, sed respondetur, nam etsi casus noster sit in subfeudo Baronis, tamen etiam præstatur seruitium personale arbitrio Baronis, cum possit iubere vassallo possidenti feudum planũ, & de tabula, vt ipsum associetur, atq; defendat, dum Regẽ associatur pro capienda corona, cap. fin. de pact.iur. firm. vbi Andr. hoc in specie tenet, & clarius Afflict. in d.§. sed nec alia iustior nu. 15. vbi allegat cap. Regis Roberti incip. habuit subfeudatariorum tuorum,Frecc.de subfeud.auth.22. Secundo responde, quod est vere feudũ, non autẽ subfeudũ, cum non recognoscatur à Barone, sed à Rege vt patet in facto, cum ergo insit seruitium personale arbitrio Domini, sequitur necessario concludendũ etiam à subfeudis, in quibus reale seruitium est promissum clericum excludi.

Paulus Staibanus.

In materia huius consilij, adde quod
12 clericus vt succedat in feudo, opus est, vt dimittat habitũ clericalem re integra antequam esset quæstio de feudo, ita Andr.in cap.1.nu.3.ver.item in summa de milit.vassall.qui arm.bell.depos. per text.in cap.1.de benef. fem. vbi idem Andr. Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg.in tit.7.de assens.Regijs &c.§.4. nu.13.& ita fuit decisum per Reg.Cam. Summar.teste Io. Felice Scalaleone in addit. ad prohem. Carol.in consuetud. Neap. quæ additio incipit exceptio clericatus fol.mihi 40. quam decis.nouiss.

refert

refert Io. Baptista de Thoro in comp. dec.Regni Neap.in ver.clericus, an succedat in feudo fol.mihi 95.& ad corroborationem huius consilij vide Io.Vinc. de Anna in alleg. 98. qui allegat Andr. in d.cap.1. ver.ex hoc de benef.fem. & quod tam clerici primæ tonsuræ, quam alij etiam Cardinales sint incapaces successionis feudorũ,tradit idem de Ponte in d.§ 4.nu.10. quod dicit etiam procedere in Militibus Hierosolimitanis, prout afferit fuisse decisum per Reg. Cam. ibi nu. 9. & nu.11. dicit hoc procedere in Regno, secus extra Regnum de iure communi, in quo clerici vt supra succedunt, & eo casu militat singul. Ann.70. & nouissimè ad hanc materiam vide Io. Aloysium Riccium in collect. decis. collect.890.par.4.fol.mihi 82.

Paul.Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Notoria iniquitas, & iniustitia nullitati equiperatur.*
2 *Constitutio Regni instrumentorum robur militat etiam in testamentis.*
3 *In testamentis lex magis dubitat de falsitate.*
4 *Testamentum licet exibitum in carta membraria, si apparet sumptum à scedis Notarij mortui, & non à prothocollo, non probat.*
5 *Notarij an teneant testamenta in prothocollis.*
6 *Notarius debet testari interlineaturas, & cancellationes apparentes in aliquo instrumento per ipsum reassumpto, vel in sua sceda, fuisse per ipsum factas.*
7 *Notario creditur degestis per eum, de quibus à partibus fuit rogatus.*
8 *Testamentum si non fuerit stipulatum, nullam fidem facit.*
9 *Necessaria est in testamento subscriptio aliorum testium in locum de mortuorũ.*

CONSILIVM LVI.

Pro Mag.Gasparina, contra Mag.Gregoriũ de Scorpionibus. Constitutio Regni instrumentorum robur militat etiam in testamentis, & testamentum si est sumptum à scedis Notarij mortui, & non à prothocollo, non probat.

INTERPOSITO lau d[illegible]er Dominos Arbitros in causa vertente inter Mag. Gasparinam, & Mag.Gregorium de Scorpionibus, quo fuit arbitratum ad dictum Gregorium virum Mag. Smiralde sterlich ex eius testamento spectare extimationem vsufructus bonorum feudalium dictæ Smiraldæ peruentorum ad dictã Gasparinam, vti eius legitimam succeditricem, dubitari contingit in Sac. Cons. an illud demandandum sit exequutioni vigore clausularum exequutiuarum, & quidem ex infradicendis in iure, veris existentibus nulli Iudicantiũ anceps dubiaq; fiet pars negatiua, id q̃d fundatur, ac suadetur, quandoquidẽ in laudum iam narratum inspicitur nullum tanquam fundatum in testamento exhibito reassumpto in carta pergamena, quod non probat ex infradicẽdis, & sic notoriæ apparet iniustum, & iniquum,
1 quæ notoria iniquitas, & iniustitia nullitati equiperatur, vt clarissimè fundat Afflict.in decis.28.nu.6. vers.sed peperit, & nu.7. vsque ad num.8. & licet asserat S. C. iudicasse binas relationes exequẽdas, id processit ex dispositione ritus Mag.Cur.dictantis binas relationes exequendas nisi verè nullæ fuerint, vt ipse testatur in fine dictæ decisionis in decis. 39.nu.5.cum seqq.& decis.47.nu.4.& 5. fundatur etiam dictum testamentum nullam fidem facere, si quidem copia illius exhibita in carta papirica nõ probat, tamquam non reassumpta in forma probante, de qua in constit.Regni instru-
2 mentorum robur, quæ militat etiam in testamentis, iuxta tradita per glos.dictæ constit.in ver. quæ in contractu, quam ibidem secutati fuere Andr.in princ.& iterum in ver.idem erit in omni contractu, & testamento, & Afflict.nu.3. & 4. & in decis. 165.& 166.nu.1. qui etiam asse-

asserunt, eo impensius constitutionem prædictam locum habere in testamētis,
3 si quidem in illis lex magis dubitat de falsitate, l. fin. C. de fideicom. nec autem
4 probabit testamentum exhibitum in carta membraria, si quidem illud apparet sumptum à scedis Notarij mortui, & nō à prothocollo, ex notatis per Bar. in l. 1. §. si quis duobus ff. de bonor. poss. secund. tabul. latè Afflict. in deci. 48. nu. 3. & licet idem Afflict. in decis. 165. enun-
5 ciatiuè asserat, Notarios non tenere testamenta in prothocollis, attamen non nocet stantibus dispositis in dicta decis. 48. nec in dicta dec. 165. fuit id obiectū, & successiuè illud non discussum, quia si discussum fuisset Sac. Cons. disposuisset seruata forma dispositionis iuris, iuxta adducta in d. deci. 48. & in præsenti themate omnino erit sectandum, quod tradidit desuper Affl. in d. decis. 48. tum quia apparet dictū prætensum testamentum fuisse positū in prothocollo, vt testatur Notarius in dicta prima copia, tum etiā quia apparet sceda à qua fuit sumptum dictum testamentū continere à principio vsque ad finem mille inter lineaturas, & cancellationes, quæ reddunt probationem testamēti suspectam,
6 nec in dicta sceda apparet Notarium testari dictas interlineaturas, & cancellationes scriptas manu eiusdem Notarij mortui, quemadmodum id facere debebat, iuxta responsum Iurisconsulti in l. 1. §. & ideo ff. de his quæ in testamento delentur, & licet id asserat Notarius reas-
7 sumens non probat, cum ei creditur de gestis per eum de quibus à partibus fuit rogatus, glos. & Doct. in cap. cum parati extra de appell. cum concordantibus,
8 Insuper ex lectura dictæ scedæ non apparet testamentum prædictum fuisse stipulatum, & sic nullam fidem facit, ex quibus asseueratur dictum testamentum non potuisse reassumi, nec illud reassumi ex causis prædictis iudicasset S.C. cui hæc committuntur ab Ill. & Excell. Dño Prorege, etiā quia ex prædictis cū non possit saltim negari quin fides ipsius vacillet, taliter reassumptum nullam fidem faciet, cum Notarius reassumens maiorem desuper potestatem habere nō possit ipso Rege, ei authoritatem ad id cōcedente, Præterea, & nouissimè dicitur dictum reassumptum testamentum nullum, si quidē in eo apparet subscriptio quatuor testium, & non septem licet reliqui tres sint mortui, etenim necessaria
9 erat subscriptio aliorum trium testium in locum dictorum totidem demortuorum, ita testatur veriorem hanc esse opinionem Affl. in d. dec. 166. per totam, tanto magis quia idem Notarius dicit, quod etiā est viuus vnus testis qui non reperitur subscriptus in dicto testamento, ex quibus sic in iure, fundatis iudicandum erit à S.C. petitæ exequutioni locum non fore, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 2. quod constitutio Regni instrumentorū robur militet etiā in testamentis, addo Carau. in prag. 1. in tit. de Senat. Cons. Maced. §. 8. nu. 22. & ad nu. 6. adde Bar. in l. fi. n. 3. C. de edic. diu. Adr.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Licet pactum de hereditate hominis viuentis non teneat, quando tñ imp citur factum ex necessitate præcedentis contractus matrimonij validum est.*
2 *Promissio facta per fratrem, si adest consensus patris valida est.*
3 *Tacitus consensus par est expresso.*
4 *In donatione remuneratoria insinuationis defectus non militat, & hoc idem est in donatione ob causam.*
5 *Donatio ob causam ex scriptura etiam priuata sine die, & consule probari pōt.*
6 *Donatio etiam per epistolam fit.*
7 *Votum captandæ mortis à iure est reprobatum, & illicitum est pacisci de hereditate alterius viuentis sine eius consensu & nu. 14.*
8 *Filius regulariter non insidiatur vitæ patris, nisi quando fuerit oneratus magno ere alieno.*
9 *Ex promissione facta de donando à fratre fratri non est quæsitum ius à fratre*

pro-

promittente fratri, cui fit promissio super bonis communis patris in promissione deductis, sed actio acquisita eidem cernitur ad interesse.

10 *Aliud est donatio, aliud promissio de donando cum similibus huius generis.*

11 *Cessante ratione cessat legis dispositio, & quomodo intelligatur.*

12 *Ratio est anima legis, & verbum ipsius, sicut corpus, siue superficies.*

13 *Dispositio l. fin. C. de pact. per quā prohibetur pactum de hæreditate viuentis, an militet in ascendentibus, & descendentibus & nu. 15.*

16 *Fides inter proceres, & magnates est seruanda etiam si fuerint inimici.*

CONSILIVM LVII.

Pro Illustr. Principe Venusij, contra Ill. & Reuer. Cardinalem Iesualdum fratrem. Donatio facta à fratre fratri paternæ portionis etiam viuo patre, si est facta contemplatione matrimonij tenet, etiam si pater non consenserit expresse, sed tacitè sciendo, & non contradicendo, & in donatione remuneratoria non militat insinuationis defectus.

ILL. & Reuer. Cardinali Iesualdo agenti petitione hæreditatis allodialis, ex infradicendis iuris munimine roboratis notorium iuris defectum obstare asseuerādum est contra Illustris. Principem Venusij fratrem.

In facto non ambigitur prænarratum Ill. Cardinalem contulisse donationem in dictum Dominū Principem eius paternæ portionis, ex causa, & ratione vt omnino se matrimonio copularet cum Ill. D. Isabella Borromea cum dote ducatorum triginta millium, cum qua cum ea dote D. Princeps non cōtraxisset matrimoniū ex nonnullis, & signanter cum reperijsset dotes maioris longæ summæ, ac cum mulieribus equalis conditionis cum dicta D. Isabella, quo fit vt licet pa-

1 ctū de hæreditate hominis viuentis non teneat l. fi. C. de pact. & l. hæreditas C. de pact. conuentis l. pactum q dotali C. de collat. cum alijs concord. ibidē per DD. allegatis, nihilominus quia pmissio prænarrata inspicitur facta ex necessitate præcedentis contractus matrimonij prædicti de iure valida inspicitur non obstante dispositione iurium prænarratorum, ita scriptum reliquere Bart. in d. l. fin. nu. 17. per tex. singul. in l. si quis seruum ff. de act. empt. vbi etiam idem affirmat, & in l. stipulatio hoc modo concepta nū. 7. vers. quarto casu ff. de verb. oblig. Bald. in d. l. fin. col. 2. in 9. opposit. C. de pact. late decis. Senat. Pedamont 100. num. 10. quæ omnes cumulat, & Boer. cons. 50. num. 8.

Secundo quia & si promissioni præfatæ consensus Ill. Principis genitoris
2 intercessisse minime appareat, qui si eidem accessisset omnem dubietatem cessare in præsenti themate disposuit Iurecons ult. in d. l. final. C. de pact. nihilominus in facto verum esse non negatur iam dictum Illustrissimum Genitorem promissionem de qua supra sciuisse eique non contradixisse quo fit, vt hic ta-
3 citus consensus par sit expresso, ita refert Deti. in cons. 31. num. 42. col. vers. præterea, & posset dici.

Quibus non refragabitur si promissio prædicta donationem sonabit illam non valere ex defectu insinuationis, ex reg. text. in l. sancimus, & l. penult. C. de donat. §. pronunciantur instit. de donat. cum simil. cum simus in donatione remunera-
4 toria, quo in themate communis schola Doctor. censuit insinuationis defectum non militare, vt omnes recenset Anton. Gabr. lib. 3. comm. conclus. concl. 1. num. 59. in 14. limit. qui in 15. limitat. num. 62. recenset communem legistarum opinionem eandem vigere dispositionem in donatione ob causam fol. 193 & 194. qualis cernitur præsens nostra
5 donatio, quæ donatio etiā scriptura etiā priuata sine die, & consule probari potest comm. est theor. Doct. Bar. Bal. Ang. & cæterorum in l. cum tabernam §. 1.

per illum text. ff. de pignorib. latissime Felyn. in cap. scripta col. 5. versic. tangunt hic Doct. & in ver. idem probatur per epistolam de fide instrum. quos, & alios refert, & sectatur Boer. decis. 172. num. 19. & num. 21. reddit rationem,
6 quia donatio etiam per epistolam fit l. si donatio per epistolam C. de donat. cum concord. ad id per eum allegatis.

Hæc omnia quæ narraui, & fundaui locum habent in donatione hæreditatis viuentis, & quia ex litteris Illustris. Cardinalis colligitur factam esse promissionem de donando, fundabo eo impensius locum non esse dictæ dispositioni d. l. final. & aliorum iurium similium, si quidem perpenditur rationes dictarum legum duas esse, quarum altera consistit
7 in voto captandæ mortis à iure reprobato tanquam bonis moribus cõtrario, altera vero illicitum esse pacisci de hæreditate alterius viuentis sine eius consensu, prout Imperator met testatur in dict. l. final. huiusmodi rationes non militant in themate proposito promissionis de donando facta à fratre fratri portionem hæreditatis communis patris viuentis, si quidem cessabit prima, nam
8 filius regulariter non insidiatur vitæ patris, nisi in speciali casu posito in §. penult. institut. quod cum eo, quando videlicet filij sunt onerati magno ere alieno non militante in personam Illustrissimi Principis, ita singulariter tradidit Hieron. Cagnol. in dict. l. final. num. 107. cessabit etiam, & nouissima ratio, cum ex promissione prædicta non est
9 quæsitum ius à fratre promittente fratri, cui fit promissio super bonis communis patris in promissione deductis, sed actio acquisita eidem cernitur ad interesse l. si pęnam ff. de verb. obligat. l. si quis stipulatus sit stichum §. final. ff. de verb. obligat. cum alijs allegatis per Tiraquell. copiosissime in tractatu de vtroque retract. in tit. de retract. conuen. ad fin. tit. num. 42. cum plurib. se-
10 quentib. ea ratione quia aliud est donatio, aliud promissio de donando l. si pecuniam ff. si cert. petat. aliud venditio, aliud promissio de vendendo, aliud fideiussio, aliud promissio de fideiubendo, cum similibus huius generis, ex regula text. cum suis concordantibus in l. in bonæ fidei ff. de eo q certo loco, cum igitur fundatum sit vtranq; rationẽ
11 legis cessare, quis negabit de iure legis dispositionem cessare, ex reg. text. in l. adigere §. quamuis ff. de iur. patr. l. quod dictum ff. de pact. l. illud ff. ad l. aquil. cũ copiosè enumeratis à Tiraq. in tract. cessante causa in 1. par. num. 125. versi. legis causa per plures colum. & ratio est de
12 qua per eum nu. 134. quia ratio est anima legis, & verbum ipsius sicut corpus siue superficies, ex his quæ tradidit Bal. notanter in l. fin. q. 15. C. de hæred. instituen. cum alijs per eum allegatis, & licet Bal. Alex. Ias. & cæteri in d. l. fi. affirmẽt,
13 eiusdem dispositionem militare in ascẽdentibus, & descendentibus, ea ratione
14 quia, & si in eis cessat ratio voti captandæ mortis in filio, ex his quæ supra fundauimus, in patre ex dispositione tex. in l. nam & si parentibus C. de inoffic. testam. viget alia principalis ratio d. l. fin. dispositionis scilicet hæreditatis patris viuentis contra eius voluntatem, ex reg. tex. in §. affinitatis instit. de nuptijs, nihi-
15 lominus Doctorũ præfatorum opinio non militabit in themate nostro, in quo vt ex supra congestis fundaui vtraque ratio non militat, imo cum ad præsens actio desuper experiatur per D. Principem, quod est tempus habile, & omnia cessent, negotium meo quidem iudicio nullam patietur controuersiam, ex reg. tex. in l. in tempus ff. de hæred. instituen. quem ad hoc citat Dec. in d. l. fin. nu. 15. vers. sed tamen aduertendum, & poterit Dominus Arbitrator, & si viderit exceptionem Ill. D. Principis ex promissione præfata tendere ad consequutionem interesse quod cõsistit tantundem, ad euitandum totum circuitum, ipsum absoluere ab impetitione dicti Illustris. Domini Cardinalis, iuxta sententiam Senatus Parisiensis quam testatur idem Tiraquell. ibidem nu. 61. & Guid. Pap. decis. 29. cum alijs per eum ibidem allegatis,

ad

ad quæ sequenda propensior inspiciendus erit dominus Arbitrator stante qualitate harum personarum in iudicio exi-
16 stentium, procerum, & magnatum Regni, quorum alter alterius fidem fuit sequutus in negotijs iam peractis, quæ de iure inspicitur seruanda in huiusmodi personis etiam inim cis, vt tradit Bart. in duce belli obligato ad seruandum fidem hosti in l. conuentionum ff. de pact. vbi etiam Alex. idem Bar. in l. fin. ff. ad l. Iul. maiest. & Castr. in cons. 32. hæc currenti calamo mihi propitio, & breui tempore mihi subuenere, (vt satisfaciam Domino Principi, cui plurimũ debeo ob nimiam dilectionem, quam erga me, & meam familiã ostendit, & præcipuè erga D. Cæsarem meum fratrem sui status generalẽ Auditorẽ cum maxima potestate,) quę meo more suppono iudicio saniori, & dominorum Collegarum in hoc punto.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 1. adde ꝙ pactum hoc factum inter fratres contemplatione matrimonij tenet, Boer. in decis. 355. & in decis. 204. & licet Camer. in cap. Imperialem fol. 36. 1. col. vers. quinimo, & fortius dixerit, quod pactum de hæreditate viuentis in feudis valeat, in quibus tenuit limitari dispositionem tex. in l. fin. C. de pactis, ac aliorum iurium concordantiũ hic per D. patruum allegatorum tamen reprobatur per Io. Francisc. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. 4. de regal. imposit. §. 7. nu. 20. ex rationibus de quibus per eum, & in tãtum hoc pactum non tenet, quod neque iuramento confirmatur, Papon. lib. 2. tit. 2. arrest. 1.

Et ad nu. 16. adde, quod adeo fides est seruanda inter proceres, & illustres Principes, vt hic, quod pactum factum inter eos de succedendo in hæreditate viuentis tenet, Gayl. obseru. 127. lib. 2. quod procedit inter nobiles, & Principes etiã Superiores recognoscentes, vt hic, Deci. cons. 516. nu. 3. & 4. Ias. cons. 5. vol. 3.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Duo requisita sunt necessaria in interdicto retinendæ possessionis, & spolij.*

2 *Spoliatus ante omnia est restituendus, quod procedit etiam in feudis.*

3 *Sed hoc quod procedat in feudis, intelligitur in personis habilibus, secus in muto surdo clauco clerico, & alijs.*

4 *Persona Monasterij respectu feudalium inspicitur inhabilis, & ratio est quia non potest seruire, & transit ad manus mortuas, & quomodo limitetur.*

5 *Quando dubia est quæstio iuris personarum inhabilium, tunc opus est quod non modo priuatus, sed fiscus restituant spoliato possessionem feudi, & iudicio petitorio contra spoliatum agant.*

6 *In iudicio spolij etiã titulus coloratus, & posterior iuuat spoliati petitã restitutionem possessionis qua spoliatus fuerat.*

7 *Laicus spoliatus ex actione decimarum, licet eius persona sit incapax illarum, est restituendus in eius possessione, ex ostensione tituli simplicis.*

8 *Clerici, & alij inhabiles qui fundauerant seruitium, & possessionem trigenariã, & titulum Regis præsumptum, fuerunt in possessione feudi conseruati per decisionem Sacri consilij.*

9 *Clericus non est omnino inhabilis ad feudum, quinimo ex regia dispensatione potest illud possidere etiam in Allodium.*

10 *Inhabiles quandoque, & non valentes adimplere contenta in iuramento fidelitatis, vt puta clerici, monaci, & alij admittuntur ad feudi acquisitionẽ, ex quo ipsis põt dispensari, vt seruiãt, & prædicta adimpleant per substitutum.*

11 *Dictum Andreę quod fundatur super dispositione text. in c. ad decimas de restitutione spoliatorum in 6. se fundat in præsumpta fraude, & intrusione possessionis spoliati.*

CONSILIVM LVIII.

Pro Sacro Monasterio S. Laurentij prope Padulã, contra Dom. D. Cesarem de Aualos. Monasteriũ an sit habile, vel inhabile respectu feudalium, & num clerici, & aliç personæ ecclesiasticæ feudum habere

 pos-

possint, & an cum decreto, & assensu, & late de regula quod spoliatus ante omnia est restituendus quod procedat etiã si spoliatus fuerit inhabilis ad illud de quo agitur.

SACRVM Monasteriũ Sancti Laurentij propè Padulam, media supplicatione asseruit se ipsum fuisse in possessione Aquæ defluentis ad ipsum Monasterium à fonte nuncupato di Santa Maria, spatio 64. annorum, in ipsaque fuisse turbatum per confectionem cuiusdam foueæ propè dictum fontem, cuius causa Aqua prædicta licet ad Monasterium labatur, attamen, non pura, & clara, sed inutilis prorsus percipitur, & proindè petijt se ipsum conseruari in dicta pristina possessione, etiam seruata forma capitulorum Regni, datoq; termino in causa, Præfatum Monasteriũ
1 probauit duo requisita necessaria ad Victoriam reportandam in præsenti iuditio, videlicet suam ipsius diutinam possessionem, & in specie tempore litis motæ, item secundo turbationem, ac foueę prædictæ cõstructionem factam per homines terræ Padulæ de ordine Domini D. Cęsaris de Auolos vtilis Domini ipsius, insuper Monasterium prædictũ iustam redidit prænarratam eius possessionem per plures scripturas in processu præsentatas. Primo per actum restitutionis possessionis dictæ Aquæ, qua fuerat Monasterium spoliatum in anno 1537. cum insertione conclusionis Vniuersitatis literarum Ill. Marchionissæ Padulæ, super qua accessit nouus assensus eiusdem Ill. D. Marchionissæ, item noua concessio dictæ D. Marchionissæ, in quibus fit mentio de possessione anteriori dicti Monasterij curriculo annorum 20. vigore similis concessionis eidem factæ per Comitem Colisani, super quibus apparet decretum Sacri Consilij esse desuper expediendum Regium Assensum citra præiudicium iurium Regiæ Curiæ, Et sic cum Monasterium nõ modo probauerit prædicta duo necessaria requisita præsentis iudicij, iuxta tradita per Andr. in cap. Imperialem, in §. illud quoque num. 69. ver. videtur etiam alia ratio de prohib. feud. alien. per Federic. iuxta tex. in cap. consultationibus de officio deleg. & l. 1. §. hoc interdictum ff. de vi, & vi armata, verum etiam eius possessionem, iustam demonstrauit, in eius fauorem iudicandum erit, vt in eius possessione conseruetur, & fouea destruatur, etiam ex dispositione tex. in §. hodie instit. de interd. cum simil. cum simus in interdicto retinendæ possessionis, & idẽ esset, si essemus in interdicto recuperandæ possessionis, ex regula iuris, quod
2 spoliatus ante omnia est restituendus, de qua per Andr. in dicto loco à nu. 68. vsque ad num. 72. & in constitutionẽ Regni violentias 4. col. ver. item hæc habent locum, quæ regula habet etiam locum in feudis, quemadmodum scriptũ relinquere, And. in locis prędictis, Card. Alex. in cap. 1. col. 1. ver. & sic in feudo etiã militat regula quod spoliatus &c. de controuer. inter vasall. & Episcopum, & Capy. in decs. 77. in fin. col.

Et licet ex aduerso opponi possit il-
3 lud procedere in personis habilibus, at secus in muto, surdo, clauco, clerico, & alijs, prout respondidit Andr. in locis pręcitatis, ex regula text. in cap. ad decimas de restit. spoliat. in 6. nihilominus huic obiecto multiplicia accomodantur responsa, quorum primum erit, quod
4 persona Monasterij licet respectu feudalium de iure inspiciatur inhabilis, prout in cap. qui clericus si de feud. fuer. controuer. inter. dom. & agnat. in cap. 1. an mutus, vel alius imperf. & in cap. 1. de milite vassallo, qui arma bellica deposuit cum concordantibus, ea ratione, quia non potest seruire, & quia transit ad manus mortuas, vt per Afflict. in decis. 324. num. 1. & 2. attamen illam videmus habilitatam ex priuilegijs prædictis roboratis Regio Assensu præstito, causa cognita, scilicet præuio decreto Sacri Consilij vt supra, adeo quod non potest contra Monasterium desuper adduci, seu accomodari dispositio d. cap. ad

deci-

decimas, nec dictum Andreæ super eo fundatum, tanquam notoriè inhabilis, sed adeò habilis, vt in petitorio iuditio vinceret, Et si dicatur Assensus, & decretum, sunt limitatus, ac limitatum, saluis iuribus Regiæ Curiæ, & sic Domini Don Cæsaris, gerentis personam Regiæ Curiæ, quæ successit in terra Padulæ, & illius aquis per obitum dictæ Marchionissæ sine filijs, si quidem respondetur hoc nō esse præsentis (iuditij possessorij, interdicti retinendæ possessionis summarij,) speculationis, sed iuditij petitorij, in quo quando Dominus D. Cæsar gressus suos diriget, multa in iure, & in facto fundabuntur, quæ Assensum firmum, ac perpetuum fundabunt.

Secundo respōdetur oppositioni prædictæ, ex mente Andreæ in d. constitut. violentias in d. 4. colum. ver. alias, si dubium esset, vbi scriptum reliquit, quod
5 quando dubia esset quæstio iuris dictarum personarum inhabilium, tunc opus est, quod non modo priuatus, sed Fiscus restituant spoliato possessionem feudi, & iudicio petitorio contra spoliatum agant, ad quod roborandum suffragabitur d. decis. Capyc. 77. in fin. asserentis in hoc iudicio etiam titulum
6 coloratum, & posteriorem iuuare spoliati petitam restitutionem possessionis qua spoliatus fuerat, vt ibi per eum, ac etiam decis. Guid. Pap. 288. in qua asse-
7 rit laicum spoliatum ex actione decimarum, licet eius persona sit incapax illarum, esse restituendum in eius possessione, ex ostensione tituli simplicis, ex nonnullis validissimis fundamentis, dicitque ita fuisse iudicatum pluries, licet secus sit titulo non exibito, vt ibi per eum, & magis in specie decis. Pedemontana (Domino causæ Commissario tam familiaris) nimis copiosa in decis. 116. nu. 6. ver. in contrarium, & in proprijs
8 terminis in clerico, & alijs prædictis qui fundauerant seruitium, & possessionem trigenariam, & titulum Regis præsumptum, fuisse in possessione feudi conseruatos dicit fuisse decisum è Sacro Consilio Affl. in decis. 324. & 361. prope finem, verf. nec obstat quintum, Specul. in tit. de petit. & possess. §. fin. nempe
9 clericus nō est omnino inhabilis ad feudum, quinimò ex Regia dispensatione potest illud possidere, etiam in allodiū, prout tradidit Andr. in constitut. Regni Iustitiarij, nomen, & Normam in ver. de feudis, quem sectatur Freccia in tract. subfeud. auth. 29. fol. 220. & Moder. in addit. ad dictam decis. Afflict. 324. latissimè.

Prædictis accedat, quod tradidit And. in cap. 1. §. firmiter de prohib. feud. alie.
10 per Feder. affirmans quandoq; inhabilem, & non valentem adimplere contenta in iuramento fidelitatis, vt puta clericum Monacum, & alios, admicti ad feudi acquisitionem, ex quo cum ipsis potest dispensari, vt seruiant, & prædicta adimpleant per substitutum, vt per glos. in cap. 1. in ver. non valet, vbi ad plenum per Iacob. de beluis. an mutus, vel alius imperfectus, & latissimè per Paris. in suo cons. 23. 1. volum. nu. 32. & 37. qui allegat Afflict. in dictis decisionibus, & in cons. 26. num. 5. & seq. eodem 1. vol. & per Andr. in cap. 1. §. ex hoc in fin. de feud. feminæ.
11 Tertio quia dictum Andr. vbi supra fundatur super dispositione text. in cap. ad decimas de restit. spoliat. quæ se fundat in præsumpta fraude, & intrusione possessionis spoliati, postquam ius spoliato notoriè resistebat possidendi decimas in aliena diocesi, & sic summus Pontifex, & Andr. fundāt se super notorio defectu iuris spoliati se fundantis tantum in possessione, & non in alijs, id quod non potest accomodari ad quæstionem nostram, seu ad præsens thema, postquam Sacrum Consiliū videt Monasterium prędictum tutum à principio, non intrusione, & sic iniusta possessione, sed priuilegijs, & concessionibus vtilium Dominorum dictæ terræ, roboratis Regijs Assensu, & decreto vt supra, Ex quibus si equam perlucidè fundatis, ac contrarijs reiectis, nulli Iudicantium anceps, dubiaque fiet Monasterij

victo-

victoria in præsenti iuditio, & ita de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 1. s3. quæ requirantur ad obtinendum remed. cap. reintegrandæ, adde Afflict. in decis. 361. num. 1. & ad num. 2. quod spoliatus ante omnia sit restituendus, addo text. in l. si quis ad se fundum C. ad leg. Iul. de vi l. 1. C. si per vim vel alio mod. l. momentaneæ C. vnde vi cap. in litteris, & cap. ex conquestione extra de restit. spoliat. cap. reintegrandæ 3. quæst. 1. & quod feudatario spoliato de facto à Rege sit restituenda possessio feudi decisum refert Afflict. in cap. 1. §. rei autem num. 2. de inuest. de re alien. fac. & ad num. 3. & 11. vbi allegatur tex. in cap. ad decimas de rest. spoliat. in 6. adde videndum D. de Franch. in decis. 163. nu. 10. & nu. 17.

Et ad num. 10. adde Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. 7. §. 8. num. 3. vbi num. 6. dicit, quod potest cum Monasterio clerico, & alijs inhabilibus dispensari, & consuetudine induci, prædictaq; personæ possunt per superiores habilitari ad possidendum bona feudalia.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Vnum territorium non debet diverso iure censeri.*

2 *Si soluitur vna species fructuum ex vno fundo, debet etiam ex eo solui, & de alijs fructibus.*

3 *Decima si soluitur de fructibus debet etiã solui de oleo, & de amindolis.*

4 *Ius feudale percipiendi decimam, nec directe illud remittendo, nec indirecte consentiendo confessioni facta per vassallos remitti potest.*

5 *Renunciatio est quidam quasi contractus.*

6 *Prohibitus à statutis contrahere non potest renunctare.*

7 *Renunciatio est ficta alienatio.*

8 *Qui declarat nihil de nouo facit.*

9 *Lex probationem requirit ab illo qui erat incapax.*

10 *Si quis non habet liberam administrationem, vel à lege, vel ab homine limitatam, tunc illius assertioni nõ statur, nisi aliunde probetur.*

11 *Qui non potest alienare, non potest confiteri.*

12 *Malitijs hominum, & eorum fraudibus est obuiandum.*

13 *Elusoria fuisset legis prohibitio si partiũ assertioni crederetur.*

14 *In pęnam incidit qui absque Domini assensu feudum de vna persona ad aliam transfert.*

15 *Immunitati decimarum in futurum pręscribi non potest.*

16 *In annuis præstationibus, & maxime conditionalibus non datur præscriptio in futurum, sed tantum in præteritũ, & ratio.*

17 *Quando plures sunt præstationes, plures præscriptiones requiruntur.*

18 *Obligatione durante præscriptio incipere non potest.*

19 *Non valenti agere nulla currit præscriptio.*

20 *Priuilegium resoluitur ipso iure ex defectu voluntatis.*

21 *Si quis se obligauit ad coquendum panẽ alicui, & eius familiæ pro certa pensione, quæ postea tantum creuit, quod ille remanebat multum grauatus, iniquitas prædicta tollenda est.*

22 *In omni dispositione intelligitur clausula rebus in eodem statu permanentibus, & ex causa de nouo superueniente receditur ab omni dispositione, & ratio.*

23 *A statuto receditur quando incipit tendere ad noxam, quod procedit in pluribus alijs casibus.*

24 *Priuilegium quandocunque incipit lædere reuocatur in totum.*

25 *Priuilegium si ex post facto incipit esse damnosum sine mora reuocatur.*

26 *Priuilegium statim quod incipit esse iniquum perdit vires suas.*

27 *Consuetudo diu obseruata super collectis etiam*

etiam si esset statutum iuratum inter Ciues, & Comitatenses, intelligitur rebus sic stantibus, pro vt tempore initi statuti.

28 *Priuilegium immunitatis collectarum ex noua causa tollitur.*

CONSILIVM LIX.

Pro Mag. Barone Sancti Donati. Decima si debetur Baroni à Ciuibus omnium fructuum nascentium in territorio suæ terræ, debetur etiam de oliuis, & an ius istud feudale percipiendi decimam, à Barone possit remitti, & aliqua de renunciatione, & præscriptione.

MAG. Dominus Baro Sancti Donati præuia supplicatione petijt declarari per Sacrum Cõsilium, Ciues dictæ terræ obnoxios solutioni decimæ oliuarum, & pro eius intentione fundanda, constanter asseuerat in facto probasse totum territorium esse obnoxium solutioni decimæ omnium fructuum ibidem nascentium, etiam per suos ciues, per testes, & scripturas Regiæ Cameræ, informationis releuiorum, cedularij dicti inuentarij, ac similium, id quod fatetur etiam Vniuersitas prædicta, respectu' exterorum obligatorũ solutioni decimæ prædictæ oliuarum, de quo etiam meminit Freccia lib. 2. subfeud. in 46. auth. in fin. col.

Et quod huiusmodi assumptum reddatur clarissimum, præter alia erudite scripta in hac causa per D. Camillum de Curtis meum fratrem dilectissimũ, & in præsenti causa collegam, rogo Iudicantes vt aduertant, non negari ex aduerso, Dño Baroni deberi decimã omnium fructuum nascentium in prædijs sitis in dicto territorio, etiam à Ciuibus, ergo etiam debetur ab eisdem de oliuis, cum non reddatur ratio diuersitatis in oliuis, immò eadem ratio respectu territorij decimalis, militans in alijs fructibus, militat etiam in oliuis,
1 alias autem vnum territorium diuerso iure censeretur contra text. in l. cum qui ædes ff. de vsucap. & ad hoc dubium decidendum factæ sunt decretales videlicet in c. cum in tua, & in cap. ex parte extra de decimis, vbi dicitur,
2 quod si soluitur species vna fructuum ex vno fundo, debet etiam ex eo solui, & de alijs fructibus, cum ratio diuersitatis reddi non possit, ne vnus fundus diuerso iure censeatur, & propterea
3 meritò dixit Rip. quod si soluitur de fructibus decima, debet etiam solui de oleo, & amindolis in resp. 11. in tit. de decim. vbi late idem refert de oliuis, & dicit sic decisum Cass. in cons. bur. in tit. de costumes prędiales §. duodecimo, col. 2. pulchrum æquidem esset, quod colonus in præiudicium Iurium Domini plantaret alias arbores, decimæ solutioni non subiectas.

Hoc sic iacto fundamento, prætendit dictus Dominus Baro fundare exemptionem dictæ Vniuersitatis super immunitate dictæ decimæ respectu ciuium non subsistere, etiam quod sit roborata prætensis inuentario, ac prætensæ centenariæ probatione, & successiuè ei non nocere, si quidem prænarratum inuentarium consistit tantum in confessione ciuium eiusdem terræ, quæ confessio tempore anni 1540. & sic tempore dicti inuentarij, poterat esse iam vera, forsan, quia per aliquod tempus modicum ante, baiuli qui præerant exactioni introituum Baronalium, ciues dictæ terre, vt gratum facerent ipsismet, & alijs, vt ciuibus obnoxijs solutioni decimarum dicti olei, absentibus vtilibus dominis dictæ terræ eo tempore existentibus, minimè exigissent decimam prædictam, adde etiam quod assertio facta in inuentario, fuit facta per ciues dictæ terræ, qui modo aliquo feudo præiudicare minimè poterant, nec in hoc obstabit tacitus consensus Baronis, nam
4 ius istud feudale percipiendi decimam, nec directè illud remittendo, nec indirecte

rectè consentiendo cõfessioni factæ per vassallos remitti potuit, prout expresè tradit Andr. in c. 1. nu. 4. loquens in seruitute de inuest. de re alien. fact. quem sectatur Camer. in l. Imperialem fol. 17. in fin. col. 1. & 2. vers. secunda conclusio, ibi, nos autem, vt distinctos de prohib. feud. alien. per Feder. & idem Andr. in cap. 1. de controu. feud. apud par. term. tradit etiam Luc. de Pen. in l. si quis C. de agric. & censit. lib. 11. & non sine ra-
5 tione, est enim renũciatio quidam quasi contractus, iuxta glos. in l si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. vt meritò di-
6 xerit Bal. quod prohibitus à statutis cõtrahere, non possit renuntiare in d. §. pa-
7 ctus, est enim renunciatio ficta alienatio ad text. in l. magis puto §. fundum ff. de reb. eor. dixit And. in tit. de alienat. feud. pat. in 2. col. tradit Bald. in l. seruum filij §. 1. ff. de leg. 1. nec dicatur quod hæc non est renuntiatio, sed potius declaratio iuris ad se non spectantis, quæ declaratio non inhibetur, nam non est alie-
8 natio, qui enim declarat, nihil de nouo facit, ad text. in l. hæredes palam. §. si quid post ff. de testam. & in l. sicuti §. sed si quæratur ff. si seruit. vend. nam dico quod prædicta locum haberent, quando is qui hanc facit declarationem, liberam haberet facultatem disponendi, ne aliqua esset lege abstrictus vt disponere non possit, cæterum si prohibitio adest, eius assertioni non creditur, præsumit enim lex, quod talem declarationem fecerit ad finem fraudandi legis illam dispositionem, qua sibi talis conuentio, siue contractus prohibebatur, casus est in l. qui testamentum ff. de probat. & pro-
9 inde lex probationem requirit ab illo, qui erat incapax, iuxta tradita in d. l. qui testamentum, faciunt notata per Bart. in l. & si forte ff. de castr. pec. per illum text. plenè per Doctor. in l. donatione C. de collat. est enim hoc regulare in
10 omni eo, qui non habet liberam administrationem, vel à lege, vel ab homine limitatã, vt illius assertioni minime stan dum sit, nisi aliunde probetur, iuxta tradita per Afflict. in tract. iuris prothomis. in ver. nisi quis col. pen. idem in propria materia in c. 1. 4. col. de alien. feud. pat. ex hac enim confessione per indirectũ sequeretur decimæ prædictæ oliuarum debite pdicto feudo, alienatio, & verissi-
11 ma iuris regula est, ꝙ ille qui nõ potest alienare, non potest confiteri, iuxta doctrinam Gemin. in c. 2. §. contractus de reb. Eccl. non alien. & per Bar. per illum text. in d. l. & si fortè de castr. pec. & ibi apostilla copiosa, & declaratio facta ab eo, qui non põt de re disponere, de qua fit declaratio nõ tenet, Deci. in cons. 36. nu. 8. & in cons. 184. & in cons. 142. idẽ Bart. in authen. si quis in aliquo docu-
12 mẽto C. de edend. malitijs enim hominum, eorumq; fraudibus est obuiãdum, iuxta regulã in l. in fundo ff. de rei vend. nam ex hoc daretur potestas fraudandi leges, quę alienationes feudorũ inhibẽt,
13 & clusoria fuisset legis ꝓhibitio si partiũ assertioni crederetur, ad text. in c. compromissa de elect. lib. 6. & quis non mediocris etiam iudicij videt hanc concessionem non fieri ob aliud, nisi in fraudẽ
14 legis, ad finem ne in pœnam incidat, quã incurrunt omnes, qui absq; Domini assensu feudum de vna persona ad aliam trãsferunt, iuxta plenissimè in proposito tradita per Andr. Tiraq. in tract. de leg. connub. q. 10. fol. 198. & per Dec. in c. qm̃ contra de probat. concludo ergo ꝙ hæc confessio siue assensus in confessione præstitus, nihil parti in iuditio de quo agitur opitulari potest.

Et prætensa præscriptio cẽtenaria nõ obstabit, seu nocebit Dño Baroni iuxta solitas decisiones S. C. super præstatione hac decimæ oliuarũ à centum annis citra habito respectu ad tempus præsentis litis motæ, iuxta nonnullas sententias eiusdem S C. quarũ copiæ sunt in processu exibitæ, vltra ꝙ hoc fundatur de iu-
15 re, nempe immunitati decimarũ in perpetuũ, seu vt rectius loquar in futurum præscribi non potest, si quidẽ de iure in
15 annuis pstationibus, & maximè conditionalibus, qualis cernitur pstatio decimarũ olei v3. si fructus recolliguntur, nõ datur præscriptio in futurũ, sed tantũ in præte-

præteritum, idq; cum tot Intelligantur præstationes quot anni, ac proinde quælibet præscriptio incipere debet à quolibet anno respectū ipsarū singularium præstationum, non autē futurarum, tex. est sing. vbi glos. in verb. cuiuscumq; anni in l. cum notissimi. §. in his. C. de præscript. 30. vel 40. ann. per quem scriptum ibidem reliquere Bar. Bal. Alex. & Salyc. qui magistraliter quęstionē examinant, asseuerantq; tutam esse Opinionem Dini Petri, & aliorum scribentium
17 plures præscriptiones requiri, cum plures sint præstationes. Idem Bart. Alex. & mod. in l. de pupillo. §. si pluribus ff. de nou. oper. nunciat. Abb. & Felyn. in c. auditis de pręscript. idē Abb. Io. Andr. & Canonistæ communiter in c. olim causam extra de cens. Franc. Bal. in tract. præscriptionum in 4. par. 4. part. principalis in q. 9. fol. 237. at. idem Bart. in proprijs nostris terminis in l. licitatio. §. earum rerum versic. quero quid si quidam ff. de pub. & vect. Capp. tolos. in dec. 342. Abb. in cons. 54. col. 2. vers. Quo queritur, & Dec. in cons. 534. col. 3. n. 11. & clarissimē Aym. in tract. de antiquit. temp. in 4. part. n. 280. vers. 2. quero, cuius quidem dicti ratio alia reditur, quia cum dicūtur plures præstationes, præscriptio non potest incipere, nisi à fine cuiuslibet ipsarum
18 obligationis, siquidem obligatione Durante, pręscriptio incipere non potest, iuxta tradita in l. cum notissimi, vsq; ad n. 23. vbi infinita notabilia desuper cumulat, pręterea futuræ pręstationes non dum sunt in petitione, Ideo respectu ipsarum non potest in-
19 cipere præscriptio, quia non valenti agere, nulla currit præscriptio. ex reg. Iur. de qua in l. 1. in fin. C. de ann. excep. Andr. in d. c. 1. n. 3. de feud. sine culp. non ammitt. cum alijs. Pręthereà ex alio corruet pretensio huiusmodi immunitatis perso nalis ciuium, nam negari non potest, quin ex supra congestis territorium totum sit decimale, & exemptio prætenditur tantum quando territoria possidentur per ciues. Igitur Quando vera esset centenaria possessio, sicut non vera, vt supra, opus est dicere, quod ciues prædicti aliquo forsan priuilegio particulari prædecessorum dominorum nitā tur, quo fit, vt cum probatum fuerit tempore præterito, nullam, vel modicam adfuisse in territorio dictę terrę oliuarum plantationem, & maximè in territorijs Ciuium, & quod ad præsens totum ferè territorium, tum ciuiū, tūcexterorum plenum sit oliuarum arboribus, & quod peius ciues prędicti ex causa dictę pretensę Immunitatis querunt territoria omnia prefata sibi appropriare, & ex eo summoperè læditur ius baronale, cum minus recipiat ex decimis fruguum propter dictas arbores occupantes, siuè impedientes solitum semen, ac solitam fruguum amplam exactionem, asseuerandum est de iure dictam prætensam immunitatem fundatam ex aduerso super prætenso priuilegio esse extinctam, nam si prætensus concedens id cogitasset, vtiq; non con-
20 cessisset, & sic ipso iure resoluitur priuilegium ex defectu voluntatis, tradidit Felyn. in c. nouit col. fin. vers. 2. limita extra de iud. idem tenuit Rip. in 2. resp. in 8. dubio 2. part. per tex. in c. sugestum extra de decim. arg. l. seio §. pen. de ann. leg. quibus accedit, quod tradit Decius in cons. 335. col. 2. vbi
21 scriptum reliquit, quod si quis se obligauit ad coquendum panem alicui: & eius familiæ pro certa pensione, quæ postea tantum creuit, quod ille remanebat multum grauatus, quod iniquitas prædicta tollenda erit, ratio
22 namq; redditur, si quidem in omni dispositione intelligitur clausula rebus in eodem statu permanentibus, & quod ex causa de nouo superueniēte receditur ab omni dispositione, nā id fieri dicitur contra voluntatem disponentis, cum si de tali status mutatione disponens cogitasset, vtiq; aliter

Dd di-

disposuisset, id quod patet in iuribus
23 concedendis, quia à statuto receditur, quando incipit tendere ad noxam c. non debet de consanguinit. & affinit. idem in dispositione testatorum l. in confirmando cum l. seq. de const. tut. & in iuramento, vt in c. quemadmodũ de iur. iur. Itẽ in pact. & conuẽtionibus l. tale pactũ §. fi. de pact. cũ alijs alleg. per Anchar. in cons. 84. n. 3. versic. Quibus item in priuilegio, d. c. sugestũ de decim. ibi ita erãt raræ abatiæ, quod exindè nulli poterat de iure scandalum suboriri, ex quo abb.
24 ibi n. 3. testatur, quod priuilegiũ quãdocunq; incipit lædere, reuocatur in totum. Idem dixit in c. cũ ad hoc nu. 3. de clericis non residentibus. asse-
25 rẽs quòd si priuilegium ex post facto incipit esse damnosum, sine mora reuocatur, glo. in c. rescripta in vers. quod non lędat. 25. q. 2. dicit, quod
26 priuilegium statim, quod incipit esse iniquum, perdit vires suas, Felyn. in d. c. nouit. d. vers. 2. limita, & Paul. de Castr. in cons. 8. col. 2. lib. 1. vers. non obstante, quem refert Crauet. in
27 cons. 95. n. 4. asseruit, quod consuetudo diù obseruata super collectis, etiã si esset statutum iuratum inter ciues, & comitarẽses. Intelligitur rebus sic stãtibus pro vt tempore inhiti statuti. Quinimò Alberic. de Rosat. in q. 138. in 2. part. statutorũ, & Curt. Iun.
28 in cons. 61. num. 14. asserunt, priuilegium immunitatis collectarũ ex noua casa tolli, & est communis opinio Doctorum in l. si ex tota ff. de leg. 1. vbi Socc. singulariter colligit plures conclusiones, & latissimè hæc omnia cõgerit vltra omnes quos ego viderim Roland. à Vall. in cons. 1. à n. 158. vsque ad nu. 180. vol. 2. qui omninò est videndus. & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad corroborationẽ huius consilij in prin. vsq; ad n. 3. videatur omnino Io. Vinc. de Anna in alleg. 94. p totã, vbi in pro prijs terminis fuit per Regiam Cameram decisum, quod vniuersitas, que tenetur soluere decimã baroni omnium fructuum nascentiũ in territorio, vt hic, teneatur soluere decimam oliuarum, & aliarum arborum, & ibi pluribus medijs hanc opinionem corroborat, & an decima debeatur de palea; idẽ de Anna in sing. 142. Pręses de Franchis in dec. 103.

Et ad nu. 15. quod decima habeat causam continuam vide Io. Fab. in l. si quas n. 2. C. de seruit. & aqua, vbi etiam quanto tempore prescribatur, & an decima possit pręscribi, vide late Couarru. lib. 1. var. resol. c. 7. n. 10. & seqq. vsque ad finem, & num possit p̃scribi a laico, vide Verall. in dec. 241. part. 1. & nouissimè doctissimum Io. Aloysium Riccium in collect. dec. p. 4. collect. 993. fol. mihi 125.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Assensus præstitus post mortem alienatis non validat contractum feudalem, et ratio.*
2 *An hęres etiam in feudo hæreditario teneatur habere ratum factum defuncti, et nu. 4. et n. 11.*
3 *Assensus valide potest interponi super venditione alicuius feudi, subhasta legitima tamen facto, etiam illius reuocatione existente tanquam nulla, et a iure reprobata, etiam si fuerit impetratus post mortem debitoris, quod videtur etiam esse secundũ opinionem Andreę nu. 5. et n. 16.*
6 *Actus venditionis alicuius feudi subhasta, dicitur celebratus a iudice, nulla habita ratione voluntatis, et consensus debitoris, et tunc quia denegatur debitori reuocatio, denegatur etiã hęredi n. 8. et n. 11. et 16.*
7 *Iudicium redditur in inuitum.*
9 *Hæres tenetur ad omnia ea adq; defunctus teneretur si viueret.*

10. Ca-

10 *Casus voluntatis adequatur casui impotentiæ.*
12 *Ius reuocandi datur heredi ex persona defuncti.*
13 *Constitutio regni constitutionem diue memorie non loquitur de herede, sed tantum de alienante, et tamen heredes comprebenduntur in identitate eiusdem persone.*
14 *Heres non potest plus iuris habere quam defunctus.*
15 *Heres non potest reuocare, id quod nõ potest defunctus.*
17 *Vbi viget eadem ratio idem ius est statuendum.*
18 *Fauore dotis ideo est probibita heredi reuocatio, quia est etiam probibita defuncto in eius vita, et ideo assensus potest impetrari post mortẽ n. 20*
19 *In contractu innominato datur de iure pœnitentia id quod denegatur fauore dotis.*
21 *Assensus conceditur non obstante reuocatione in vẽditione subhasta facta.*
22 *Assensus, (adimplemento pendente) nõ impedit contractus perfectionem, et dominij translationem suspensiue quando per modum conceptus est.*
23 *Impetratio assensus est modus licet sit conceptus per verba ablatiui, quæ important conditionem, et dispositionem non suspendit.*
24 *Decisio Præsentis causæ.*

CONSILIVM LX.

Pro Mag. D. Aloysio de Silua cõtra Mag. Hipolytam Ritiam. Assensus præstitus post mortem alienantis non validat cõtractum feudalem, et quid si venditio fuit facta subhasta, et an tũc heres possit reuocare dictam venditionem ex eo quia assensus non fuit impetratus in vita alienantis, et an in feudo hereditario teneatur habere ratum factum defuncti.

QVæstionis est in hac causa Mag. Hipolyte Ritiæ, cum Magnif. D. Aloysio de Silua super petitione terræ Laretini. An quia assensus regius non fuerit impetratus super emptione facta, per D. Fabritiũ de Silua eiusdem terræ subhasta audito Alfonso Francisco Ritio nisi post illius mortem, procedat prætensa reuocatio illius facta per dictam Hippolytã media supplicatione in ãno 1586.

Pro parte dictæ Hippolytæ contra D. Aloysiũ adducitur decisio Andr. in c. imperialem nu. 15. & 16. in addit. ver. in contrariũ de prohib. feud.
1 alienat. per Feder. firmans assensum præstitum post mortem alienãtis nõ validare contractum fæudalem. His rationibus, v3. nullitatis contractus spes reconualidationis ammissa per mortem alienantis reuocatio pariter per illius mortem inducta, & dominiũ
2 in hæredem translatum, qui etiam in fæudo hæreditario non tenetur habere ratum factũ defuncti nullum, limitata in hoc dispositione tex. in l. cum a matre C. de rei vendicatione.

Attamẽ D. Aloysius asseuerat prædictum obiectum sibi non refragari, quando quidèm emptio facta terræ iam dictæ fuit facta, per D. Fabritium sub hasta præcedentibus decreto de vendendo causa cognita ac legitimæ interposito trinis publicis bandimentis illius oblatione, & demum solenni, & legitimo decreto quo fuit prouisum terrã prædictam liberari ipsi D. Fabritio præuio regio Assensu, ex quibus inspicitur actum distractionis, & alienationis dictæ terræ fuisse legitimum, & validum, vt interpositum ex legitima causa ac processu legitimato legitimis subhastationibus præcedentibus, quo fit iure sancitum reperiri eundem principalem Alfonsum Franciscum actum præfatum nõ potuisse reuocare, assensumquæ vali-
3 de potuisse interponi etiam illius renocatione existente tamquam nulla, & a iure reprobata, iusta tradita, per Fretiam lib. 2. suffeud. in 6. limitatione ad const. regni constitutionem diuę memoriæ, qui refert sic fuisse deci-

sum per sacrum consilium,& Io. Vincen. de Ann. in repet. d. constitut. in 1. limitatione num. 232. fol. 119. at. quibus terminis (actus validi) retentis ac supposito, quod feudum larateni sit feudum mere hæreditarium, arguo sic a sufficienti partium enumeratione, vel est dicendum hunc actũ alienationis fuisse gestum ab Alfonso Francisco licet de ordine Sac. Conf. iusta terminos l. prime C. si in caus. iudic. pignus dat. fuerit, & tunc cum feudum sit hereditarium Hipolyta
4 hæres tenetur habere ratum factum defuncti eiusque reuocatio denegatur iuxt. text. in l. cum a matre C. de rei vendic. ita scripsit Andr. in spetie in c. 1. §. donare n. 8. qui ampliat etiã in re propria hæredis, qualiter olim feud. poter. alien. Loffred. latiss. in cõ sil. 14. nu. 44. idẽ Andr. scripsit ad litterã in c. 1. nu. 7. de success. feud. vbi moder. idẽ Andr. in c. 1. §. quid ergo nu. 8. ver. item, & quando esset datum eo tenore, & in ver. seq. item & quando filius non fecisset, de inuest. de re alien. facta, & in proprijs terminis
5 assensus impetrationis post mortem, Andr. implicite, id sensijt in d. c. imperialem nu. 10. in addit. dum arguit de d. tex. in l. cum a matre, cum eidẽ postea respondeat in ver. in contrarium, quod actus per defunctum factus erat nullus, & inualidus, igitur si nullus non erat, sed validus militabat dispositio tex. in d. l. cum a matre, disponens non solum denegari hæredi reuocationem, sed obligationẽ hæredis ad obseruantiã illius actus vbi capit fol. 39. col. 1. vers. quoniam, id q, & Camerarius fol. 96. col. 3. ver. 4. cõ
6 clusio, verum actus idẽ absolute fuit celebratus per Sac. Conf. non aliter aliqua ratione habita voluntatis, & cõsensus debitoris, cum fuerit factus
7 in iuditio, quod redditur in inuitum, vt verbis sic expressis in specie scripsit fret. vbi sup. nu. 12. vers. nam cũ exequutio fiat authoritate legis, & legitimæ assensus debitoris nunquã
8 consideratur, & tunc quia idemmet defuncto denegatur reuocatio, vt supra fundatum extat illa denegatur
9 etiam hæredi, qui tenetur ad omnia ea ad quę defunctus teneretur si viueret ita scripsit Andr. in d. c. 1. n. 7. ver. vnde tenebitur, & in specie quando defunctus non reuocauit, qui est ca-
10 sus noluntatis adequatus de iure casui inpotentiæ, vt hic iusta latissime scripta per Ruinum in cons. 126. per
11 totum vol. 2. quod hæres non possit reuocare, scripsit Andr. in c. 1. nu. 23. quæ fuit prim. cau. bene. ammict. qui inter alia allegat l. fin. C. de reuo cand. donat. & l. ea quæ a patre gerun tur C. de restit. militum, & lati. Tiraq. in l. si vnquam in vers. susceperit liberos nu. 215. 216. & 217. C. de reuocand. donat. quibus accedat, quod
12 hoc ius reuocandi datur hæredi ex persona defuncti, nempè const. regni
13 constitutionem diue memorie non loquitur de hærede, sed tantum de alienante, & tamen doctores dicunt in d. dispositione cõprehẽsos esse heredes in identitate eiusdem persone, ad tex. in §. 1. de iure iurando a moriente prestito, vt dicit Andr. in d. c. imperialem in addit. igitur asseuerandum est denegari hæredi reuocationem sicut denegatur defuncto cuius
14 est hæres, primo quia hæres non potest plus iuris habere quã defunctus scripsit, Loffred. in conf. 14. nu. 44. & facit text. in l. plus iuris ff. de reg. iuris cum concordan. secundo quia
15 hæres non potest reuocare, id quod non potest defunctus, idẽ Loffred. in cons. 1. n. 170. & facit tex. in l. hæredem ff. de reg. iuris.
16 Tertio nempe omnes rationes adducte per doctores præfatos, negantes reuocationem debitori in veditione subhasta congruunt in personam hæ-
17 redis, ergo idem ius statuendum est ad tex. in l. si vero §. de viro ff. soluto matrimonio l. illud ff. ad legem aquiliam

liam cum concordantibus. quarto, & nouissime tex. in l. si ego §. 1. ff. de iur.
18 dotium, disponens fauore dotis here dem non posse reuocare id procedit ea ratione, quia fauore dotis prohibita est de iure reuocatio hæredi, quia est etiam prohibita defuncto principali in eius vita, & procedit id fauo-
19 re dotis, quia cum simus in contractu innominato dabatur de iure pœnitentia, iuxta opinionem Alex. in l. qui rome §. flauius ff. de verbor. obligat. id quod denegatur fauore dotis, quemadmodum scripsit, & subtiliter perpendit, Loffredus in cons. 31. nu. 11. quodquæ vtriq; reuocatio sit de iure denegata, scripsere, ac affirmarunt Afflict. in c. imperialem in q. 29. nu. 30. vers. sed in regno de prohib. feud. Alien. per Feder. & Io. Vincent. de Anna in repet. const. regni constitutionem diue memorie nu. 235. fol. 120. & ea de causa (quia denegatur vtriq; reuocatio nec timor est reuo-
20 cationis) assensus potest impetrari post mortem iuxt. opinionem Bartolomei de Capua, & aliorum authorũ huius opinionis huiusmodi decisio vltra prenarrata decidit nostram conclusionem, vt cum denegata sit in vẽditione subhasta reuocatio debitori Francisco Alfonso, & successiue Hippolyte sine nouo Hippolyte contractu, post mortẽ Francisci Alfonsi vali de impetratus fuit assensus regius in anno 1587. videatur etiã ad hoc quæso Anna in repet. dicte constit. n. 232. qui dicit in proprijs terminis, quod
21 assensus conceditur non obstante reuocatione.

Ex qua contractus validitate vt supra fundata infertur, quod illa verba præuio assensu non inducant conditionem, sed modum, qui non habet præfinitum tempus ad assensum impetrandum, & excluso timore reuocationis semper potest impetrari, qui
22 adimplemento pendente non impedit contractus perfectionem, & dominij translationem suspensiue, id quod non est inconueniens, verba sunt Bal. in l. 3. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, & probat tex. in l. volun tate in fine ff. quibus modis pignus, vel hyppotheca soluatur, cum respectu venditoris contractus sit absolutus, cum non possit reuocari per eum, respectu regis cuius assensus requiritur similiter est absolutus nulla iusta causa existente non concedendi assensum, vt explicat Loffredus in c. 1. §. donare in eius parafrasi fol. 23. in nouis col. 3. & 4. qualiter olim feud. pot. alien. in proprijs terminis, quæ dispositio erit pura, & perfecta in suo esse, & non erit iu suspenso ex reg. posita per glos. in l. 2. ff. de in diẽ adiectio. quam ad hoc ponderat Bar. in l. quibus diebus §. quidam il 2. ff. de condition. & demonstrat.

Ex qua conclusione sic fundata oritur responsio indubitata ad obiectum domini presidis, quod terminus mensium octo non erat decursus in anno 1586. quo fuit intẽtata præsẽs lis per Hippolytam stãte impetratione regij assensus super dicto contractu in anno 1587. tum quia contra-
23 ctus est purus, & impetratio assensus est modus licet cõceptus sit per verba abblatiui, que important conditionem l. a titio ff. de furtis, & dispositionem, non suspẽdit, vt Loffredus testatur in d. §. donare, & Marin. Fretia in 26. limitatione dicte constitutionis constitut. diue memorie, tũ etiam, quia hic articulus fuit decisus per nouissimum decretũ, quod amplius non audiatur Franciscus Alfonsus stante lapsu temporis mensiũ octo, sicut præcedente comparitione ad dictum decretum dictus d. Fab. prouideri petierat, ex quibus sic dilucidatis conuenti sunt absoluendi, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

24 Pro decisione præsentis causæ videa tur

tur D. de Franchis in decis. 620. part. 4. vbi asserit contra hoc consilium fuisse decisum, attamen doctissimus, & semper recolendus Regens de Pōte in tract. de pot. pror. in tit. 6. de assen. reg. super dot. §. 1. n. 21. de predicta decisione non solum dubitat, sed eam videtur expresse improbare, & maxima (quidem) cum ratione, post quam, vt ipse ait, in venditione necessaria iudex representat debitorem, ac ex facultate ei a lege tributa ipse vendit, qui iudex semper dicitur viuere representãdo suũ tribunal, cuius authoritate res subhastantur, ergo assensus nõ dicitur impetratus post mortẽ venditoris, cum iudex, vt supra nunquam moriatur, & certe rationes hic adductae per d. patruum mihi videntur adeo substantiales, & concludentes, quod casus si iterũ acciderit maturius erit scrutinandus, & examinãdus, prout idem d. regens in loco praecitato dicit, pro qua opinione arguo sic, venditio, seu obligatio alicuius feudi facta fauore dotis non potest reuocari, etiam si assensus fuerit impetratus post mortem, vt mox dicam, & est indubitatum, & tamen si assensus non dum fuerit impetratus poterit reuocari, & praecipue a defuncto secũdum magis communem opinionem, quam tenuerunt illustriores nostri iureconsulti, inter quos fuit Afflict. Camer. & ceteri relati, per D. de Ponte in d. tract. & tit. §. 1. n. 2. & 3. sed venditio necessaria subhasta non potest reuocari a defuncto sub praetextu, ꝙ assensus non sit impetratus, imo non obstante reuocatione, assensus conceditur, vt optime fundauit hic d. patruus ex mente Freccie, & aliorum, & precipue Ann. in repet. constit. regni constitut. diue memorie nu. 232. ergo tãto magis non poterit reuocari per haeredem, si assensus fuerit impetratus post mortem debitoris, cum peius sit nõ impetrare assensum, (in quo casu loquitur constitutio praedicta constitutionem diue memorie) quam illum impetrare licet post mortem debitoris.

Et ad n. 18. & 20. scilicet quod assẽsus possit fauore dotis post mortem obligantis valide impetrari super obligatione feudi, adde, Io. Vinc. de Anna in alleg. 66. vbi tenuit, quod eo casu in subsidium tantum possit mulier agere super feudo, at D. de Franchis in decis. 86. nu. 1. asserit pluries fuisse decisũ, ꝙ possit impetrari, & quod ita practicatur, quod etiam dixit Regens de Pōte in d. tract. de potest. proreg. in d. tit. 6. §. 1. nu. 1. & seqq. licet ipse contrariam opinionem late defendat in d. loco num. 8. & seqq. & an possit assensus post mortem impetrari etiam pro antefato, fuit pluries decisum negatiue, prout dicit Anna Senior in d. alleg. 66. n. 19. de Franchis in decis. 126. & in decis. 620. part. 4. nu. 13. vbi reprehendit addentes ad Afflictum contrarium tenentes.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus habens sub feudum illudque recognoscens a barone ob homicidiũ, ac alia delicta dummodo non in dominũ cõmissa subfeuda non ammittit, etiam, quod sit foriudicatus.*

2 *Inuestitura nil aliud est nisi veteris cõcessionis confirmatio.*

3 *Verba (quatenus de nouo cõcedimus) nõ operantur nouam concessionem.*

4 *Licet nouum sit subfeudum, si rex, vel baro concedit illud sub natura feudi antiqui illud censetur, antiquum cũ illud facere possit.*

5 *Semper quod baro subfeudorum naturam non mutat, et antiquum tenorẽ eorum, inter eum, et regem non est differentia.*

6 *Baro semper tenetur reconcedere, nec potest subfeudum feudo vnire, et ratio.*

7 *Propter delictum proditorium delinquens priuatur subfeudis.*

8 *Homicidium non potest dici proditoriũ quan-*

quando inter occisorem, et occisum aderat capitalis inimicitia.

9 *Proditor dicitur, qui mente gerit vnū et facto demonstrat aliud.*

10 *Verbum fellonia denotat factum sine fide.*

CONSILIVM LXI.

Pro Magnif. Isabella de Hast, contra Illustriss. Principissam Mileti. Subfeudum possessum, à vassallo, qui illud recognoscit a barone ob homicidium ac alia delicta dummodo non in dominum commissa non ammittitur, etiam, quod sit foriudicatus, et quid si delictum fuerit proditorium, et quæ dicantur delicta proditoria, et an baro possit concedere subfeudum licet nouum sub natura feudi antiqui,

AD Instantiam Magnif. Isabelle de Hast, fuit conuenta Illustrissima Principissa Mileti ad præstandum assensum venditioni, per ipsam factæ Hieronymo Vento fęudorum, & bonorum fęudaliū, quę ipsa possidebat immediatè, & in capite à Curia dictę Illustrissimę Principissæ, vt in supplicatione, produxit instrumenrum dictæ venditionis factæ d. Hieronymo bonorum prędittorū fęudaliū pro ducat. 12000. & bonorum burgensaticorum, pro ducatis 2200. Produxitq; priuilegium inuestituræ factæ, in personam dictæ Isabellæ per mortem quondam Magnifici Scipionis sui patris in anno 1566. per Illustris. prædecessorem d. D. Principissæ. Et ad demonstrandum, quod habet successorem in dictis fæudis, in termino dato probauit, Quòd fęuda ipsa sunt antiqua, & per Illustrissimam conuentam non negatur. Nā fuerunt in dominio & possessione, quondam Magnifici Pauli de Hast eius proauij, pro tempore, quo vixit, vsque ad annnm 1550. quo mortuus est, ex cuius Pauli descendētia plures hodie viuunt, qui legitimi sūt successores in dictis fęudis Magnificę Isabelle prout in facto clarum fit.

Illustrissima verò conuenta per ea, quæ adducit in eius articulis, & scripturis videtur prætēdere, quod dicta fęuda sint effecta noua in personam Dominæ Isabellæ actricis, cum sua natura concessionis prò se, & hæredibus ex corpore, & cum non habeat filios, nec habere successores, & ex consequenti non teneri ad præstationem assensus, & prò fundamento eius exceptionis adducit. Quod dictus quōdā Magnificus Scipio pater actricis deliquerit committendo homicidium in personam, quond. Reuerendissimi Archiepiscopi Monaldi, & ex hac causa fuisse effectum cōtumacē, & foriudicatum mediante sententia Curiæ melitensis, & similiter mediante sententia eiusdem Curiæ confiscata omnia bona dicti Magnifici quond. Scipionis, & præsertim dicta fæuda ipsorumq; bonorū fructuum dicta Mag. Isabella habuit medietatem mediante sententia eiusdem Curiæ. Et deindè post mortem dicti Scipionis patris dictam Isabellam dicta feuda deperdita petijsse in gratiam ab Illustrissimo Principe, a quo habuit cōcessionem qualificatā, prò se & hæredibus ex corpore, & nihilominus refert se ad inuestituram, & eam reproducit.

Quibus obiectionibus facillima per Magnif. Isabellam accommodātur responsa; Asseueratur namq; vassallum habentem subfeudum, illudq;
1 recognoscentem à Barone, ob homicidium, aliauè delicta, dummodo nō in dominum commissa, subfeuda prędicta non amittere, etiam quod foriudicatus sit prò dictis delictis, applicātur tū viuente vassallo foriudicato fructus facta distributione, tāquā vni ex filijs, est particularis decisio Regni, tradita in cōst. reg. si quādo, Id, q decreuit

uit Curia Domini Principis, censendo ac determinando medietatem fructuum vsq; ad mortem Scipionis perceptorum à subfeudis prædictis spectauisse ad Curiam Mileti, & aliam medietatem spectauisse ad Isabellam de Hast primogenitam, & vnigenitã dicti Scipionis, nil de subfeudis loquendo, eò quod Curie ex delictis, & foriudicarione in eisdem nullum ius erat quæsitum ex dispositione d. constitutionis. Imò ex lectura inuestituræ exibitæ per Mag. Isabellam in eius personam loquentis, super qua pars se fundat, apparet, non esse nouam concessionem, sed documentum inuestituræ ob mortem Scipionis, quæ
2 nil aliud est nisi veteris concessionis confirmatio, Andr. per illum tex. in c. 1. in prin. vers. sed dicitur cõfirmatio possessionis, vbi Affict. in 3. notab. per quos fiat inuestitu. & in c. 1. in prin. ibi, quæ est quædam confirmatio, & nu. 3. ibi, vel veteris. de capit. Corra, & in c. 1. 5. col. nu. 2. vers. hoc vero, quo tempo. mil. Capyc. latè in feuda. inuestitu. in verb. feudorum confirmatio 1. & 5. colum. fol. 137. Frecci. in 3. authorit. nu. 12. fol. 183. à ter. & 184. Camera in c. Imperialem fol. 90. col. 2. vers. 3. Cõclu. & in uersic. non enim per quodcumque verbum, immò ex verbis dictæ inuestituræ apparet non nouum, sed antiquum feudum, stante etiam dispositione, d. constitut. si quando, ex qui-
3 bus apparet, illa verba (quatenus de nouo concedimus) nouam non operari concessionem, ex his, quæ scripsit Andr. in c. 1. nu. 3. de vassall. decrep. ęta. vers. quid si diximus.

Nouissimè ad fundandum, subfeuda prædicta nunquam fuisse deuoluta ad Curiam Mileti ob foriudicationẽ prædictam, & ita sentisse officiales dicti Domini Principis, ac ipsum Dominum Principem. iux. dispositionem d. const. si quando Rogo iudicantes animaduertant inuestituram prædictam, ex qua colligitur duplex dispositio: prima respectu subfeudorũ, quæ inspicitur per viam inuestiture, & sic veteris concessionis confirmationis, secunda respectu bonorum burgensaticorũ, & ea colligitur, per verbum (relaxamus) quod importat indulgẽtiam. In qua, prima dispositione desideratur verbum (relaxamus) Sed ad tollendas omnes difficultates, quę ex aduerso obijci possent contra Magnif. Isabellam de Hast, de prætensa noua qualitate subfeudorum in actis deductorum, vltrà quod ea de iure fundari non poterit, nihilominus os aduersarię claudetur ex inuestitura obtenta à Domino Principe dictorũ subfeudorum in personam dictæ Dominæ Isabellæ, post mortem Domini Scipionis patris, cuius asseritur Isabellam legitimam hæredem, & sic est cõfirmatio prioris concessionis, vt sup. fundatum extat, preterea, quando
4 nouum esset subfeudum, si Rex, vel Baro concedit illud, sub natura feudi antiqui, illud censetur antiquum, cũ illud facere possit, & ab eius voluntate reguletur, tradidit Andr. in c. 1. de cont. feu. apud par. ter. Bald. laud. & Car. medio. in cap. 1. de ali. feu. pa. idem Bald. in cap. 1. in penult. colu. an agnat. & in cons. suo, quod incip. sanctissima posito inter consil. Ang. n. 110. Cuius voluntas colligitur ex d. inuestitura, tum ex prædictis, tum etiam ex illis verbis in ea positis, *iuxtà formam priuilegiorum, et cautelarum desuper apparentium*, item ibi *prout tui antecessores melius, et plenius tenuerunt, et possiderunt*, item ex clausula in fine posita *restituentes eandẽ Isabellam, eo modo, et forma, ac si dictus Scipio dictum delictum non commisisset*, cuius natura est in pristinum statum reponere, vt satis copiosè fundãtur oræd icta omnia in tracta. crim. lesæ Maiest. in 2. quæstio. incerti autho. posito, in Codice omnium tractatuum crimina. fol. 47. & licet Docto. prædicti loquantur in Rege, tamen non video rationem differentiæ in hoc

5 hoc inter Regem, & Baronem, semp quod Baro subfeudorum naturam, & antiquum tenorem eorum non mutat, iuxt. tex. in c. 1. in fin. de duob. fratrib. à c. inuest. Afflict. dec. 195. n. 5. Curt. in tract. feud. in 2. part. 7. q. principalis, Paris in tract. reintegrat. feud. c. 1. in fine, & Deti. consf. 614. colũ. 2. in prin. Facit etiã tex. in cõst. cõstitutionem Diue memor. in fin. Id quod potest facere Rex si vult, & si dicit, Id quod testatur, Andr. in d. constitut. ver. excadentias in fine; In hoc Baro concedẽdo sub natura feudi antiqui non lædit feudum, sed semetip-
6 sum, Immò Baro sẽper tenetur recon cedere, nec potest subfeudum feudo vnire, cum in hoc fiat feudi deterior conditio, Interest namq; feudi potius habere vassallum seruientem, quam incorporationem subfeudi, latè Paris in tract. reintegr. feud. c. 7. incip. iuxta præmissa quæro per totum.

Vltra prænarrata Illustrissima D. Principissa Mileti ex eo prẽtẽdit assẽ sum impartiri petitum prò parte D. Isabellæ de Hast non esse impartiendum, Siquidem cum Magnificus Scipio de Hast pater interficere fecisset Dict. Reuerendiss. Epis. Monaldum Vicarium Cathedralis Ecclesiæ Militensis, in ea sedentem mediante appositione maschiorũ, & pulueris subtus
7 sedem, & sic proditoriè, de iure fuit priuatus subfeudis in actis deductis, ex dispositione tex. in c. 1. An ille qui interfec. fratr. dom. sui cum similib. & successiuè licet D. Prin. illa postmodum concesserit prædicte Magnif. Isabellæ, in eius personam cẽsentur subfeuda eadem noua, in quibus caret successore, Cui obiectioni duo facillima accommodantur responsa. Primo respondetur prout in præcedenti proximo responso ad hoc obiectum nimirum congruo. Secundo cessat obiectũ prædictum, Quia negatur delictum
8 prædictum posse nuncupari proditorium, quandoquidem inter dictum Magnificum Scipionem, & dictum Reuer. Episcopum aderat capitalis inimicitia, igitur subsistente causa delicti, Illud non potest dici proditoriè
9 commissum, Proditor enim dicitur, qui mente gerit vnum, & facto demõstrat aliud, exempla per Docto. traduntur in itinerantibus simul, In commensalibus, & in amicis, qui amicos retrò offendũt, nullis inimicitiæ causis proprijs subsistentibus, Ità in proprijs terminis ãmissionis feudi declarant, ac firmant, Bar. in tit. qui sint rebelles, in verb. rebellis vers. item nota quod proditoriè dicitur, Id quod per antea singulariter scriptum reliquerat, in l. respiciendum in §. delinquũt ff. de pœnis Præposit. in d. c. 1. col. 2. vers. sed tu dic clarius, an ille qui interf. fratr. domi. sui Aluarot. in d. c. 1. col. 2. vers. sed tu dic clarius, per eadem verba præpositi. Id quod expressis verbis traddidit, Bal. ibidem 1. colum. n. 2. ver. & ista qualitas proditionis; dum affirmat, proditorem, de quo in eo text. appellari traditorem, eandem Bar. opinionẽ in indiuiduo sectati fuerunt Iacobi in feud. inuesti. in uerb. dictiq; vassalli promiser. non committ. fello. il 1. col. 5. vers. sed prò declaratione quæro quis dicatur proditor. Et Curt. in tract. feud. in tit. ex quib. caus. feud. ammict. in 4. par. xxi. causa ammissionis feudi, Felyn. in c. 1. in prin. vbi etiam Anchar. extra dè homic. volunt. Idẽ tradidit Afflict. in c. 1. §. item si fratrem 1. col. vers. sed quæro quis dicatur proditoriè, quib. caus. feud. ammict. Quorum opinionẽ sectatus fuit Blancus in tract. inditiorum posito inter tractat. crim. in tit. in ipso actu homicidij initia, incip. modus percutiendi vers. proditio f. 328. qui etiam dicit, quod in copia capitulorum homicidij siuè delicti proditorij, requiritur, vt dicatur nulla præcedente inimicitia, ac etiam Vrsillus in addit. ad decis. Afflict. 265. nu. 70. vbi copiose vltra prædicta. Quæ omnia luce meridiana clarius elucescunt ex
10 illo verbo *felloniam* apposito in d. c. 1. an

1. an ille qui intersec. fratr. domi. sui, quod denotat factum sine fide, vt tradidit Parif. in tract. reintegr. in c. incip. sequitur videre, si Dominus expellat n. 15. fol. 38. à ter. fine qua præsumitur ille, qui delictum proditoriū committit, ità Pręposit. Aluarot. & cęteri in d. c. 1. Ex quibus omnibus ità fundatis, & contrarijs reiectis nulli iudicantium anceps, ambiguaque esse debebit petita concessio assensus in venditione prædictorum subfeudorum.

Paulus Staibanus.

Ad n. 1. adde Frecc. in tract. de subfeudis lib. 2. auth. 29. n. 1. ver. sed tūc baroni deuoluitur, & ad nu. 2. vltra D. patruum sup. in conf. 38. nu. 7. & 8. adde quod inuestitura confirmatoria debet espediri secundum tenorem prime inuestiture, aliter reformatur, & reducitur, ad prime inuestiture formam, D. de Pon. in tract. de potestat. proreg. in tit. de diuer. prouis. & c. rubri. de reformat. inuestit. num. 1. & 2. qui d. loco in fi. dicit quod ita passim seruatur in Collaterali consilio, & vassallo non potest immutari forma prime inuestit. Anna Sen. in sing. 563. & in tantum hoc est verum, q prima inuestitura est attendenda, & nulla ratio haberi debet inuestiturarum alio modo postea expeditarum, Afflict. in decis. 195. quem refert, & sequitur D. de Pon. vbi supra nu. 5. & seqq. & ad n. 3. vide eundē D. patruū in d. conf. 38. nu. 11. 12. & 16. in qua materia, vide Lanar. in conf. 21. & in terminis, quod Rex si restituit fęudū antiquum ad se deuolutum propter crimen vassalli, vt habeat iure feudi antiqui, fęudum erit antiquum non obstāte, quod dicat rex restituimus, & de nouo concedimus, tradit idem D. de Pont. in d. tract. in tit. de prouis. fier. solit. §. 2. nu. 11. ex doctrina Andr. in c. 1. de vassal. decrep. ętat. & ad nu. 8. & 9. adde quod is dicitur proditor, qui occidit aliquem, qui nō erat suus inimicus fingēdo se illi amicum, vel socium itineris, & propriè aliud in corde, aliud in ore habendo Iul. Clar. in pract. crim. in §. homicidium ver. proditorie vero, Baiard. ad eum in q. 68. n. 107. Afflict. in decis. 265. nu. 64. & Farinac. qui innumeros allegat in tit. de delict. & pen. q. 18. n. 74. vers. vel qui eum occidit, & in specie, quod occidēs eum, qui erat suus inimicus (vt hic) licet occidat per insidias, vel retro, quod non dicatur p hoc proditorium homicidium committere dicunt Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amict. col. 4. Gomes. in tit. de homicid. c. 3. nu. 5. vbi Suarez in add. l. B. dicit hanc esse communem opinionem, Baiar. ad Clar. in §. homicidium nu. 25. ex decis. Bart. in l. respiciendū §. delinquunt ff. de pen. licet Farin. in d. q. 18. nu. 77. videatur contrarium tenere, & nouissime pro hac opinione est puntualis decisio d. de Franch. 713. par. 4. vbi fuit per S. C. & R. C. S. decisum, quod vulnerans seu occidēs suum inimicum, a retro cum sclopo rotato, & sic per insidias, non per hoc dicatur proditor, nec delictum proditorium commictere, & proinde non esse exceptuatum in Regio indultu, quod exceperat vulnus seu homicidium proditorium, habens S. C. & R. C. pro indubitato, illud tantum dici crimen proditorium, quod est illatum contra amicum sub colore amicitie.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Assensus est gratia.*

2 *Ex clausula posita in concessionibus subfeudorum ad habendum tenendum, et possidendum, cum potestate alienandi reseruato assēsu cōcedēs tenetur in alienationibus præstare assensum.*

3 *Quando nulla adest causa ex qua potest denegari assensus, tunc (et si assēsus sit gratia) tenetur dominus assen-*

sentire, et gratiā facere ne vassallus iniuria afficiatur.

4 *Constitutio Regni, vt de successionibus vocat successores in subfeudis, vsque ad tertium gradum ius cōmune feudorum vocat vsque ad septimum geniculum.*

5 *Constitutio Regni, vt de successionib. vēdicat sibi locū tātū in feudis quaternatis.*

6 *Dictio vsque an stet exclusiue, vel inclusiue.*

7 *Tex. in c. 1. si vassalli feud. priuetur, et duo alij concordantes, cum tex. in c. 1. §. hoc quoque sciendum, de his qui feud. dar. poss. concordantur.*

8 *Ex delicto proditorio, qui subfeudis priuatur, et ad quē deuoluantur n. 11.*

9 *Ex foriudicatione subfeuda non ammittuntur, sed mortuo foriudicato ea perueniunt ad successorem, et viuo foriudicato curie tāquam vni ex filijs foriudicati est correspondendū de fructibus.*

10 *Sententia lata contra casum legis siue constitutionis est nulla.*

12 *Subfeuda antiqua nunquam ex delicto proditorio ammictunt veterem naturam.*

13 *Allegans aliquid nō debet audiri, quādo huiusmodi allegatio tendit ad ius tertij.*

14 *Constitutio regni constitutionem diue memorie quomodo limitetur.*

15 *Restitutio est in pristinum statum repositio, quo ad omnia, et ideo omnia damna reparat ac resarcit.*

16 *Verba (ac si delictum non esset commissum) important integralem restitutionem.*

17 *Hæres domini non potest plagitare delictum vassalli commissum inuita domini, qui illud noluit plagitare.*

18 *Dominus potest felloniam, et culpam remictere, et non plagitare.*

19 *Feudum nunquam censetur caducum, nec caducitatis exceptionē potest tertius allegare ante declarationē factā per dominum velle feudū caducū.*

20 *Feudum est antiquum non obstante delicto relaxato vassallo, etiam ex gratia.*

21 *Baro potest feudum antiquum, ad se deuolutum, et sic nouum reconcedere, sub natura feudi antiqui, et paterni, et ratio et num. 23.*

22 *Exceptio debet esse de regula.*

24 *Baro potest facere omnia ea in iurisdictione ac territorio suo, que rex, et princeps possunt in vniuerso.*

25 *Quando subfeuda reconceduntur iuxta naturam pristinam, et iuxta antiqua priuilegia, illa et si deuoluta sint ad curiam censebuntur renouata, et cōcessa, vt antiqua, et an ex hoc fiat alteratio feudi nu. 26.*

CONSILIVM LXII.

Pro Magnif. Isabella de Hast, contra Illustris. Principissam Mileti. Assensus licet sit gratia, tamē, quando nulla adest causa, ex qua possit denegari, tenetur dominus assentire ne vassallus iniuria afficiatur, et successores in subfeudis de iure regni vsque ad quem gradum vocentur, et quid de iure communi, et foriudicato subfeudatario, subfeuda ad quem perueniant eo mortuo, et quid eo viuo, et quid si delictum fuerit proditorium, et plura de restitutione facta subfeudatario ex causa delicti, et baro potest reconcedere feudum ad se deuolutum, et sic nouum sub natura feudi antiqui.

VLtra deducta in præcedenti consilio cōgesto in præsenti causa, addimus fundatam esse de iure intentionem Magnif. Isabellę dum prætendit cogi facere Illustriss. Principissam Mileti, ad præstandum assensum super venditione eius subfeudorum, in processu deductorum,
1 non obstante, quod assensus sit gratia, vt per Andr. in constitut. si quis post litem, ex duobus. Primo ex clausula posita in concessionibus eorundē subfeu-

Ee 2

2 dorum, ad habendum, tenendum, & possidendum, cum potestate alienandi, reseruato assensu Iuxtà tradita per Alber. in tit. de nouo Cod. comp. fin. col. Afflict. in d. constit. Regn. Si quis post litem nu. 22. vers. item addo, Cap. in feud. inuestit. in vers. feuda les assensus in §. necessitas vers. lim. 3.

3 Secundo quia nulla adest causa, ex qua possit denegari assensus, vt inferius etiam subnectetur; Quo casu, & si assensus sit gratia, tenetur assentire, & gratiam facere, nè vassallus iniuria afficiatur.Ità Afflict. in loco vbi sup. nu. 22.

Adiuuat Magnif. Isabellam existentia successorum in subfeudis prædictis tum à const. regn. vt de successio.

4 vocatorum, vsq; ad tertium gradum, ex existentia Magnif. Margaritæ de Hast filię, quon. Mag. Pauli de Hast, & sororis Lucchini, quæ numeratur à iure in secundo gradu, non connumerato Paulo Stipite in linea transuersali, vt scripta omnia prædicta reliquit caius iure consultus in l. 1. §. 2. gradu ff. de grad. & si stipitem fecerimus Magnif. Marinum de Hast Pauli prædicti patrem, Magnif. Margarita erit in tertio gradu, vt in facti memoria, & arbore demonstratum extat, & sic in gradum à constitut. iam dicta dispositum. Tum etiam à iure communi feudorum, vsq; ad septimum geniculum, iuxtà text. vbi glos. & Andr. nu. 21. in c. 1. §. hoc quoque sciendum, de his, qui feud. dat. poss. & in c. 1. §. si vassallus culpã, si de feud. fuer. controuer. inter. dom. & Agnat. & in c. 1. vers. nisi, ibi quando ex latere veniunt, si vassall. feud. priuet. Cui iuri cõmuni feudorum successio horũ subfeudorũ spectat, cũ constit.

5 vt de success. vendicet sibi locum tãtum in feudis quaternatis, vt in alijs allegationibus, est fundatum. Cum ex arbore non modo inspicitur existentia dictæ Magn. Margaritæ, quæ est in 2. gradu, verum etiam Magnif. Andreæ Gurrerij, & aliorum trium filiorum Magnif. Porfidæ de Hast, qui sunt in quinto gradu, vt in d. l. 1. §. 5. ff. de grad. etsi Magnif. Margarita connumerabitur in 3. vt sup. Magnif. Andreas prædictus, & fratres tunc erunt in sexto gradu, iuxta text. in l. sexto gradu, ff. de grad. & sic erimus extrà disputationem Illius dictionis,

6 vsq; si stet exclusiuè, iuxtà opinionem Andr. in d. §. hoc quoq; sciendum, vel inclusiuè iuxta opinionem Iacobi. in inuestit. feud. in vers. præsentes col. 1. vers. quæro an illa dictio, & sequacium, per ipsum relatorum.

Quibus addo Magnif. Isabellã habere in successores, omnes Collaterales In Arbore mentionatos, & ipsorũ successores, vsq; in infinitum, siquidẽ, vel faciamus Marinum primum acquisitorem, vel Paulum, semper inspicitur subfeuda prædicta peruenisse non ad Collaterales primi acquirentis, sed ad eius descendentes, quorum nũc defectus, & si faciat locum linee transuersali descendentium, transuersales predicti in infinitum succedunt, & in istis terminis loquuntur text. in

7 c. 1. si vass. feud. priuet. in c. 1. de nat. success. feud. & in c. 1. de success. frat. & de grad. succed. in feud. secus si primus Acquisitor decessisset sine filijs, sed cum fratre, qui ex pacto successisset, quãdoquidem casu militat dispositio tex. in d. §. hoc quoque sciendũ, cum alijs suprà congestis, & ita concordantur, per doct. Iura prædicta sic prima fronte contraria apparentia, Ita Bald. post Iacob. de Beluis in c. 1. col. 9. nu. 6. vers. item oppono de feud. guard. vbi Afflict. col. 3. versicul. 4. nota qui idem sectatur in alijs locis Aluar. in d. §. hoc quoque in 1. not. vbi Mart. laud. col. pen. vers. ego verò sum in contraria opinione, Iacobi. qui refert omnes huius opinionis in d. vers. præsentes, col. 1. vers. videamus nunquid in Collateralibus, & alios innumeros refert apostilla domini Liparoli, in vers. secundum gradũ. in d. §. hoc quoq; qui disputat articu-

lum

lum ad partes, qui refert huius opinionis fuisse Odoffre. Angel. Iaco. Faso. Curt. Zaf. Parif. Det. Gulie. Bene dict. Federic. Schiuez Iacob. & Iac. Pomeran. & alios, ad quem molestiæ causæ euitandæ, & nè fur aliorum laborũ videar, me remitto; Quę opinio meo Iud. viua ratione suadetur, nàm si feudum à primo Acquirente deueniat ad hæredem descendentem, & ab eo mortuo, sinè filijs, siuè descendentibus, Illud perueniat ad Collateralẽ, descendentis, & non ipsius primi acquisitoris, tunc si Collateralis ille perpetuo habebit descendentes, feudum ad illos perueniet, vt ad descendentes, non vt ad Collaterales ex dicto Collaterali, non in infinitum, sed vsq; ad settimum gradum succederent; Cum hic Collateralis succedẽs sit de descendentibus primi acquisitoris, id quod considerauerunt Illa tria iura supra allegata in illis verbis, dummodò feudum sit paternum, Id est eius, qui fuit communis agnationis, quæ verba non congruunt Collaterali primi acquisitoris, alias autẽ, si prædicta intelligeremus, id totum esset contra dispositionem, & mentẽ illorum iurium, quam opinionem tacitis verbis, licet non ità apertis, videtur amplecti glos. Parif. in §. 5. nu. 80. fol. 92.

Vlterius processit dicta domina Aduersaria prætendens feudum fuisse nouum in personam dominæ Isabellæ, & successiuè eidem tanquam filijs carenti denegandum esse petitum assensum ex duobus. Primo ex sẽtentia foriudicationis domini Scipionis eius patris, per quam in spetie fuerunt bona feudalia applicata Curiæ Militensi, per quam præsupponitur postea captam fuisse eorundem subfeudorum possessionem; secundo ex qualitate delicti (quam affirmant esse
8 proditionis) dominum Scipionem fuisse subfeudis priuatum ex dispositione text. in c. 1. an ille, qui interfec. fra. domin. sui.

Vana sunt quidem hæc obiecta meo iud. nàm respectu primi capitis, responsa sunt clara; cum primo funda
9 tum extet ex foriudicatione subfeuda non ammicti, sed mortuo foriudicato, ea peruenire ad successorem ex lege subfeudi, & viuo foriudicato, curiæ tanquam vni ex filijs foriudicati, esse correspondendum de fructibus, iuxtà dispositionem Constit. si quando aliquem foriudicari contingerit; cuius dispositionis causa dicta foriudicationis sententia, quò ad caput prædictum priuationis subfeudorum,
10 redditur nulla, tanquam lata contra casum legis, siuè constitutionis, iuxtà tex. in l. 2. vbi Bart. summans illam, profert hæc verba, contra ius constitutionis, vbi Salyc. Castr. & reliqui C. quando prouocare non est necessè, cum similib. Secundo quia apparet sententiam prædictam fuisse postea in anno 1559. implicitè reuocatam per Curiam Militensem ad instantiã dictæ dominæ Isabellæ, per decretum interpositum, quod Isabellæ correspondeatur de medietate fructuum dictorum subfeudorum, Iuxtà dispositionem dictæ constit. Si quando, cũ alias si subfeuda prædicta fuissent deperdita, domini Auditores status, qui bus fuerat negotium commissum per dominum Mardones, non potuissent de iure concedere dictam fructuum partem, Id quod postea Illustrissimus Princeps sectatus iuris cõstitutionis prædictæ dispositionem, mortuo Scipione, contulit inuestituram dictorũ subfeudorum, vt paternorum, & antiquorum in dictam Isabellam, & non nouam concessionem, vt ex dicta inuestitura palam fit.

Quòd verò attinet ad secundum obiectum, Responsa sunt clarissima. Primo cum iam supra in alijs allegationibus, sit iure fundatum. delictum prædictum non meruisse, nomen proditionis, id quod etiam colligitur ex facti euidẽtia luce meridiana clarius, cùm si delictum prædictum fuisset p-

di-

ditorium, Illustrissimus Princeps nõ inuestisset de subfeudis prędictis,nec inuestire potuisset dictam dominam Isabellam, nec eidem de nouo posset
11 cõcedere, cum illa deuoluta fuissent ad proximos Agnatos, iuxtà text. in d. c. 1. an ille qui interfec. frat. domi. sui. Secundo Demus tamen,non con cedendo. dictum delictum posse proditorium nuncupari cum eius causa parata fuerit successio subfeudorum in personam Agnatorum, ex dispositione d. c. 1. quis dubitat subfeuda
12 antiqua, & nunquam ex delicto prædicto mutasse veterem naturam,cum alias in nouis Agnati non potuissent de Iure succedere,nisi ex pacto,iuxta text.in c.1.de duob.fratrib. à cap.inuestit.& c.1.§.fin autem vnus, de his qui feud.dar. possunt, cum concord. & Afflict.post Isern. in constit. vt de successionib.nu. 13. & latè per Bald. Aluar.& cęteros in d. §. hoc quoque sciendum.Tertio Respõdetur,& asseueratur,per Magnif.Isabellam,per Sacrum Consilium non debere audiri dominam Principissam,hoc delictum proponentem;ex tribus. Primo Quia
13 huiusmodi allegatio tẽdit ad ius tertij scilicet dictorum agnatorum, ad quem peruenire deberent subfeuda etiam,vt antiqua,vt supra,& sic ipsius dominæ Principissæ non intereit,iuxta text.in l.ille,à quo,§.1.cum simili.ff. ad trebell. Et ad propositum faciunt scripta per Fret.lib. 2. subfeud. fol.120.nu.89.in vltim. limit. Const.
14 Regn.Constitutionem diuę Memor. illam limitans in hærede alienantis feudum sinè assensu habentis ante se heredem anteriorem in feudi successione,ex dictis Gulie.de perno in con sil. 6. in fin.per tex.in l.peto §. fratre ff.de leg.2.

Secundo etiam si ob delictum prædictum, subfeuda de iure deuoluta fuissent ad Curiam prædictam,nec domina Principissa hæres domini Principis inuestientis,posset obijcere hoc delictum contra dominam Isabellam quæ fuit restituta ad omnia ea que contra eam objici potuissent ex causa dicti delicti,ac si delictum prædictũ non fuisset per Scipionem patrem commissum,vt in fine inuestituræ prędictæ satis clarè legitur, restitu-
15 tio namque est in pristinum statum repositio,quo ad omnia, & ideo omnia damna reparat ac resarcit, ità scriptum reliquit singulariter Signor. in cons.132.incip.factum sic se habet p text.in l.ab hostibus,in princ. & in §. sed quod simpliciter in l. sed et si per Prætorem §.si ferie, & §. quoties, ff. ex quibus caus.maior.& in l.fin. cum concord.C.sententiam pass. id quod
16 etiã sonant illa verba, ac si delictum prędictum non esset commissum,quę important integralem restitutionem ad tex.in c.dilecto,vers. integro stipẽdio,extr.de præb.l. si.ver.integrũ,C. ad l.falcid. c.licet nobis vers.integris fructibus de præben.in 6.l. decẽ cum glos.de fideicom.libert. cum alijs allegatis,per Loffred.in c.1.§.filij 4.colum. vers. si considerari potest, si de feud.fuer.contro.inter.dom.& Agna. Ergo quonam pacto domina Principissa prædicta allegans, est audienda, cum eidẽ obstet exceptio text. l. cum a matre, cum concord. C. de rei uendic. & faciunt dicta per glos. & Andr. in c. 1.nu.23. quæ sit prima caus.benef.ammitt.tradentem hære-
17 dem domini non posse plagitare delictum vassalli commissum inuita domini Qui illud noluit plagitare, vbi Aluar.col.2.vers. quæro in eadem glos. & latè per Curt. in tractat.feud. quarta part.vers.secunda principalis dubitatio restat discutienda, Zas. in tract. feud. x.part.nu.76. vers. è diuerso, si dominus,& Iacob.in inuestit.feud.in vers. dictiq; vassalli promiserunt non committere fellonìam.

18 Tertio quia dominus potest fellonìam,& culpam remittere,& non plagitare, vt per glos. Andr. & cæteros, vbi supra,& Fret.in tract.subfeud. libro 2.1.author.nu.7. fol.107.a ter.dicit

cit feudum nunquam cēseri caducū, nec caducitatis exceptionē posse tertium allegare ante declarationem factam per dominum, velle feudum caducum, & melius copiosus, & apertius doctissimus Franciscus de Aret.
20 qui dicit tunc feudum esse antiquū, non obstante delicto relaxato vassallo, etiam ex gratia in l. si mihi, & titio, penult. col. vers. circa secundam quæst. & idem esset quando vassallus ff. de verb. obligat. ad idem, quod sit antiquum, glos. sing. in l. peculiū est §. si ere. in vers. manet. ff. de peculio quam sectantur ibidem Guliel. de Cun. Bartol. Bald. Alber. Angel. & Castrens. & latissimè per Tiraquell. qui innumeros doctor. per integram Col. refert in tract. lignagier. §. 32. nu. 29. & si tertius id allegare non potest, Quonam pacto hæres, qui tenetur habere ratum factum defuncti, secunda, & tertia prænarratæ responsiones fundantur etiam ex inuestitura prædicta, in qua non modò inspicitur restitutio supra allegata, verū etiā inuestituram dictorum subfeudorum tanquam non deperditorum ob delictum prædictum, sed vt retinentium eandem naturam antiquam, quā retinebant ante prænarratum delictum per Scipionem commissum, ex verbis & clausulis in ea appositis, sicut supra in alijs scriptis fundauimus, & remissio fellloniæ prædictæ etiā Scipioni facta censetur, Princeps inuestierit Isabellam, ob mortem Scipionis, vti ipsius succeditricem, Id quod non potuisset cadere, nisi fœllonia remissa, quando ob delictum fœllonia adfuisset.

Non tamen ommictam fundare conclusionem illam, per me in alijs allegationibus fundatam, Baronem
21 posse feudum antiquum ad se deuolutum, & sic nouum reconcedere sub natura feudi antiqui, & paterni, ex dictis glos. Par. in §. 5. nu. 81. ver. & hoc nisi constet, qui loquitur In renouatione feudi, quod noui naturā sapit à patrono posse concedi, cum clausula (subfeudi paterni, & antiqui natura) vt in omnibus Sortiatur feudi antiqui naturam, adeò quod frater fratri, qui alias in feudo nouo non succederet, succedat, est verum, quod illud limitat in Prælato, & Capitulo, qui non possunt alienare, nisi cū quibusdam sollemnitatibus, vt copiosè testatur, in d. §. 5. nu. 86. ex qua limitatione clarum fit, conclusionem supra fundatam per dictam glos. Par. loquentem in patrono; procedere in Barone renouante feudum, vt dicamus doctum illum virum legitime loquutum, & cum ratione limitans dictum prædictum
22 in Prælato, cum exceptio debeat esse de regula, l. nam quod liquidè §. fin. cum concord. ff. de pęn. legat. Ra
23 tio autem affertur: quia substantialia feudi non mutantur ex dicta renouatione, sed accidentalia, vt de nouo fiat antiquum, vt traddit Calderin. in consil. 11. incip. Episcopus, in titul. de feud. Det. in consil. 194. post num. 3. prædicta conclusio roboratur etiā dispositione text. in c. 1. de duob. fratrib. à capitanco inue-
24 stit. Quibus addo, quod Baro potest facere omnia ea, in iurisdictione, ac territorio suo, quæ Rex, & Princeps possunt in vniuerso, Paris. cumulat in consil. 69. num. 3. 1. volu. & apertius fundat Petrus Belluca in Specul. Princip. rubrica 23. §. dicamus n. 10. ver. & scias, quod isti nobiles, & Barones, & Marian. Soccin. in consil. 33. incip. pulcra est præsens consultatio 3. vol.

Quibus addo, quod cum dominus
25 Princeps reconcesserit subfeuda prædicta Dominæ Isabellę, iuxtà naturam pristinam, & iuxtà antiqua priuilegia, quod illa, & si deuoluta essent ad Curiam militensem, censebuntur renouata, & concessa, vt antiqua, prout Aret. magistraliter singulariter, ac copiose scriptum reliquit in d. l. si mihi, & titio, col. pen. ver.

vetsicul. circa secundam quæstionem vers. propter quod in ista materia, faciens differentiam inter nouam concessionem, & renouationem, ex cuius dictis datur responsum ad obiectum domini causæ Commissarij
26 quod sit alteratio feudi, ex quo frater qui non erat successurus in feudo nouo succedit, cum illud procederet Innoua infeudatione, & non in renouatione feudi facta seruata forma antiquorum priuilegiorum, cum inspecto illorum tenore, hic frater erat vocatus, & comprehensus, vbi Bartol. num. 7. & Imo: in cap. 2. num. 6. extra de feud. & Tiraquell. de retract. lignagier. §. 32. num. 30. tanto magis, cum supra fundauimus ex mente Paridis, quod dominus Princeps poterat cogi ad renouandum, seu reinfeudandum, vt etiam ponderat ibi Aret. & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. adde Frecciam de subfeudis lib. 2. quæst. 4. num. 10. Rouit. in pragmat. 9. de feudis num. 3. sed licet assensus sit gratia, nunquam tamen intelligitur concessa in præiudicium tertij, de Pont. in tract. de potestat. proreg. tit. 8. §. 10. num. 5.

Et ad num. 2. addo eundem d. de Ponte in d. tract. tit. 7. §. 3. num. 13. & 14. licet Lanar. in cõs. 15. n. 16. teneat, quod etiam, quod adsit dicta clausula assensus sit gratia, & sic quod rex non teneatur assentire, & ita referat in quadam causa decisum, & quod assensus habeatur pro præstito in casibus in quibus tenetur dominus consentire, & requisitus recusauit, id quod etiam procedit in rege, tradit idẽ de Pon. in d. tract. tit. 7. §. 1. num. 4. & nu. 19. ex author. Afflict. Capyc. & cęterorum fęudistarum ibi per eum allegatorum.

Ad num. 3. adde Rouitum in prag. 9. de feudis num. 4. & quia assensus est gratia solita concedi, ideo Rex facit iniuriam si denegat assentire quod limitatur, quando iustam causam haberet denegandi assensum, idem de Pont. in d. tract. tit. 7. §. 3. num. 12. & seqq. vsque ad finem, vbi iustas causas narrat denegandi assensum per regem

Et ad num. 10. addo glos. in ver. palam est in l. 2. C. quando prou. nõ est necess. loquens in sentẽtia lata contra ius constitutionis, & Balb. in decis. 166. & Borgnin. Caualc. in decis. 11. parr. 2. Et sententia quæ continet manifestam iniustitiam est nulla, Dec. cons. 8. num. 5. & an sententia nulla possit exequi Capyc. in dec. 1. d. patruus supra in consil. 12. nu. 3. & 4.

Ad num. 15. & 16. adde, quod restitutus ad omnia bona censetur etiã restitutus ad feuda, Afflict. in constit. si quis in posterum num. 17. & an restitutus dicatur, restitutus etiam ad officia ammissa propter delictum, & medio tempore alteri concessa, Io. Fab. in §. cum autem nu. 4. instit. quib. mod. iuspat. pot. sol. Paul. de Castr. in l. 1. §. sin autem aliquid nu. 4. C. de caduc. toll. & an regalia veniant in restitutione generali, vide Loffr. in c. 1. §. omnes filij si de feud. fuer. contr. & quod condemnatus ad mortem, si fiat sibi gratia non per hoc recuperat feuda agnatis aperta quamuis sit restitutus ad bona tradit Bal. in cap. 1. hic finitur lex num. 15. ver. pone rex Franchorũ, & in restitutione an veniant bona alteri quęsita vel tantũ q̃sita principi, vide Cassan. in cõsu. burgũ. rub. 1. §. 5. n. 194. ver. & quoniam, Loffred. in §. filij col. 3. vers. 2. adducis si de feud. defun. fuer. cõtro. Deciũ in cõs. 520. Anch. cõs. 409. Philip. Franc. in cap. quamuis ver. in glos. magistra col. 2. de rescrip. in 6. ad ꝙ vide c. regis Roberti incipiẽs vniuersis p̃sẽtis edicti ibi quid si successu temporis, & quid de plenitu

dine

tudine potestatis Parif.consil. 1.vol. 1.nu.111.Bal. in l.serui C. pro quib. caus. ser.liber.accip.ad num.21.adde D. de pon.in trac. de pot. pror. tit.1. §.2.num.11.

Paulus Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio regni, si quando aliquem filios admittit ad subfeuda non obstante patris foriudicatione.*

2 *Delictum operatur de perse ammissionem feudi in personam delinquentis.*

3 *Sententia foriudicationis sola tanquam lata in contumaciam non efficit foriudicatum seruum pene, et sic intestabilem.*

4 *Foriudicatus ius commune non ammittit sed iura ciuitatis vel territorij illius, vbi foriudicatus seu banditus est.*

5 *Ea quae ad filios deferuntur patre damnato fiscoquae denegantur liberi habent eodem iure successionis ac ex eadem successione quo totam haereditatem haberent si damnatio non sequeretur.*

6 *Hereditas defertur filijs ex delicto patris violatoris pacem.*

7 *Regius assensus est concedendus cum clausula solita poni in assensibus (iuribus curie, et alienis saluis) vxori baronis committentis crimen proditorium, propter quod fuit feudo priuatus, et illud fuit delatum agnato.*

8 *Nunquã ex cõtumacia, per annũ pditur feudũ nisi commissa fuerit, culpa, ex qua feudo vassallus venit priuandus.*

9 *Fisco bonorum publicatio ex damnatione patris non venit, sed bona veniunt ad descendentes, et ascendentes, et Collaterales vsq; ad tertium gradum.*

10 *Cum feudum, et subfeudum non possint peruenire ad haeredem extraneum, nec fiscus heres extraneus illa consequi poterit, et nu.11.*

12 *Constitutio regni si quando loquitur in omni subfeudo tam ex pacto, quã haereditario, et ratio.*

13 *Et filius ad illud admissus per dictam constitutionem est admittendus, vt haeres vltimi decedentis.*

14 *Constitutio foriudicatorum bona non loquitur de feudis, et subfeudus quorum causa processit sequens constitutio si quando contingerit, et doctrina Andreae, et Salyceti declaratur.*

15 *Morte ciuili patris nata ex foriudicatione, dominium, quod filius habebat in bonis patris continuatur in eundem filium.*

16 *Damnatus est seruus pene, et non habet haeredem, et quomodo intelligatur.*

17 *Caducitas potest remitti vassallo à domino, et tunc feudum erit antiquum ac si fellonia nunquam commissa fuisset.*

18 *Sicut defunctus contra factum suum veniens non audiretur, ita etiam nun auditur eius haeres.*

CONSILIVM LXIII.

Pro Magnif. Isabella de Hast, contra Illustris. Principissam Mileti. Tractatur late de dispositione constitutionis regni si quando aliquem, et an sententia foriudicationis sola efficiat foriudicatum intestabilem, et filius patre foriudicato consequitur subfeuda quae nõ deuoluuntur ad dominum, vt haeres patris, et declaratur opinio Andreae, et Saliceti.

IN causa Dominae Isabellae de Hast, Cum Illustrissima Principissa Mileti. Nouissimè prò parte Dominae Principissę praetenditur, Subfeuda in iudicio deducta esse noua in personam

Ff Do-

Domin.Isabellę ex eo, q̃ cum Dom. Scipio fuerit foriudicatus, & successiue effectus-seruus pęnę, Dom. Isabella illa consequuta fuerit non vti hęres Scipionis. Sed ex prouidentia
1 constitutionis, si quando aliquem, quę filios admittit ad subfeuda p̃dicta nõ obstãte patris foriudicatione iuxt.nota p Salyc. in auth. Bona dãnatorũ n. 4. & per Andr. in cõst.foriudicatorũ bona in princi. Huiusmodi obiectũ non subsistere de iure ex infra dicẽdis: p̃pẽdẽt iudicãtes. Quos(rogo) vt aduertant, aduersarię obiectum concludere in foriudicatio
2 ne sequuta, non ex delicto, quod de iure de p se operatur ammisionẽ feudi in personã delinquẽtis, de qua ammisione testatur tex. in c. 1. An ille qui interfec.frat,dom. sui, cũ similib. sup.congestis.Nã in his terminis forsã bene loqueretᵉ pars, esse subfeuda noua cũ ex psona delinquẽtis illa haberi nõ posset(licet cõtrariũ inferius subnectemus)sed ex. delicto nõ continente dè per se feudi priuationem. Hoc iacto fundamento assero de iure Dom.Isabellã ad subfeuda p̃dicta venire vti hæredẽ Scipionis. Primo mo
3 ueor,q̃a sentẽtia foriudicationis sola tãquã lata in contumaciam nõ efficit foriudicatũ seruũ pęnę, & sic intestabilẽ,vt p Bar.in l.q. vltimo ff. de pęn. & in l.q̃ à latronibus §.1.ff.de testam. &clarius in l.eius §.1.ff.de testament. qui dicit, itã fundasse plenissimè in sua disputat. incip. Lucanę Ciuitatis statuta,& Alex.latissimè in cõs.25.1. vol.q̃a nõ p̃dit factionẽ testamẽti de
4 iure cõmuni,q̃ ius cõmune nõ amittit, sed iura Ciuitatis, vel territorij illiᵘ vbi foriudicatᵘ,seù bãditᵘ est Aret. sig.in§.cũ autẽ n.8.ver.in glos.in versũ p̃pè finẽ Inst.q̃b.mod.ius pat.pot. sol.Bal.in l.si q̃s filio §.eiᵘ q̃ de iniust. & irrit.testam.idẽ Bal.in l.1. 6. colu. vers.4.q̃ro de Sac.san. eccl. Io. Andr. in c.ad hęc de testam & in c.2.col.2. de vsur.in 6.& Cardin.in clem.1. 10. q.de pęn.& remis.Quæ omnia eò impensius procedunt in foriudicatione Dom. Scipionis prolata à Curia Militensi,effectum sortitura tãtum intus territorium militense.

Secundo moueor tex.in l. cum ratio ff. de bon.damnato.in prin. ibi,*vt qui ad vniuersitatẽ venturi erant iure successionis,ex ea successione, et portiones sibi cõcessas*,supple ex dispositione l.1. ff.eod.*haberent* iũcto principio d. l.cũ ratio ibi *liberis hęreditatem adijceret,velut ad debitam successionẽ eos vocando*,ex quo tex. sumitur clarissima
5 dispositio, que ea quod ad filios deferuntur patre damnato, Fiscoq; denegantur,liberi habẽt eodem iure successionis, ac ex eadẽ successione,quo totã hęreditatẽ haberẽt, si damnatio nõ seq̃retur.Tãto magis cũ l.p̃dicta,cũ ratio,admittit filios ad portiones iure successionis,vt sẽtit etiã Andr. in d. cõst.si quãdo vers.& intelligũt periti Regni,ergò vt patris hæredes. Si igitur, q̃ fisco nõ defertur ex damnatione,filiᵘ cõsequitur,vt hęres patris,eodẽ modo,ut hęres consequitur Dom. Isabella subfeuda prędicta, quę ex foriudicatione nõ deuoluũtur ad Dom. Principissã,& licet hic intellectᵘ non placeat Andr.in cõst.Regni foriudicatorũ Bona in prin. nihilominᵘ cõtrariũ fũdabitur inferiᵘ verũ esse, & saltẽ in feudis,&subfeudis in respõsione ad doctrinas p̃narratorũ Salyc. & Andr.

Tertio id fũdatur ex tex.in c.1. §. si quis hominẽ,in vers.*hęredes autem sui hęreditatẽ q̃ ipse tenebat, recipiãt* dè pace tenen. & eius viol. q̃ loqᵘtur in hęreditate delata à iure filijs ex de
6 licto patris violatoris pacẽ, ex cuius text.prouidẽtia tãtũ filijs p̃dictis deferũtur bona p̃dicta, nõ sic in subfeudo,q̃ Dom.Isabella consequitur, non modo ex cõst.si quãdo,sed de iure cõmuni,& feudorũ,vt inferius subnettetur in sequenti 5.fundamento.

Quarto id affirmatur ex his per quæ traddidit Affiict.fuisse decisũ in S.C.
7 in dec.385.cõcedẽdũ Regiũ assensũ cũ clausula solita apponi in assẽsibus *iuribus Curiæ, et alienis saluis* vxori Baronis cõmittẽtis crimẽ proditorij

pro-

propter quod fuit feudo priuatus, & illud delatum fuit agnato ex dispositione tex.in d.c.1.an ille q. interfec. fratr.domin.sui, non obstante, quod agnatus allegasset, feudum prædictũ fuisse consequutũ nõ vti hæredẽ Baronis, sed ex ꝓuidẽtia illius tex.in d.c.1. an ille qui interfec.fratr. domini sui.

Quinto id fundatur, quia quandò subfeuda ex foriudicatione consequeretur Domina Isabella ex sola dispositione, & prouidentia d.const.si quã do, tunc forsan posset obiectum par-
8 tis subsistere, sed constitutio predicta illud disponens, est conformis dispositioni iuris communis tum feudorum, cum nunquam ex contumacia per annũ perdatur feudũ, nisi cõmissa fuerit culpa ex qua feudo vassallus venit priuãdus, iux.tex.in c.1. de mili.vass.q. cont.est, tũ etiã de iur. com.iust.tex.in Auth.Bona dãnatorũ & in §.fin.in authẽ.vt nulli iudic. ne
9 gãtium Fisco bonorũ publicationem ex damnatione patris, & disponentiũ bona venire ad descẽdentes, & ascendentes, & Collaterales vsque ad tertium gradum, est etiam conformis dispositioni iuris communis etiam admissa publicatione bonorum, non tamen ex delicto, cum ab ea excipiatur feudum, & subfeudum, vt latè per Bartol.Alex. & cæteros in l.si finita §. si dè vectigalibus ff. de damn. infect.& latissimè per Iacob.in suo tract.feud. in verb.dictiq; vassalli promis.non cõmitt.fellon. col.1.& Nell.in tract.Bãnito.q.23.in 1.part.2.tempo.fol.196.
10 ea ratione, quia cum feudum, & subfeudum non possint peruenire ad hæredem extraneum, iux.text.in c. 1. §. et si clientulus de aliena.feud. pat. & in c.1.§.filij vbi And.de succ.feud.cũ concordant.Nec Fiscus hæres extraneus illa consequi poterit, iux. glos. in l. eũ qui ff.de interd. & releg. l. 1. ff.de bon.libert.l.1.C.eod.Bart. in l. iura libertorũ, Alex.in l.insulam ff.solut.matrimon.& Bal in c.1.2.colum. qui success. tene. vt latè per Doctor. prædictos in locis prææallegatis, Si igitur Dom. Isabella subfeuda prædicta consequuta est non ex sola prouidentia constitutionis, sed etiam ex dispositione iuris communis etiam feudorum, Ergo cessat partis obiectum, etsi ex dispositione etiam iuris communis admissa cernitur, quæ habilitauit Dominam Isabellam ad iam dicta subfeuda, ergò iure primęuo hæreditario etiam ex dispositione d.l.cum ratio supra ponderata.

Sexto Id cõprobatur ex ratione supra narrata, & ꝑ Docto.tradditã.qua
11 re publicatis bonis non publicatur feudum, quia illud non potest peruenire ad Fiscũ vti hæredem extraneum; si in filium, ergò non modò, vt in hæredem, sed vt in suum sanguinis hæredem, & si feudum de iure non publicatur, & illud residet in personã delinquentis, & ex delicto illud non ammisit, sed foriudicatio illud ab eo ademit, vti impeditus seruire ex Bannimento, vt considerat, & casus distinguit Iacob.in loc sup.citato, ergo oportet, filium illud consequi ex persona patris, & sic vt ipsius hęres, cum In alia persona feudum nõ residerit.
12 Septimo id ipsum comprobatur, quia constitut.Regni, si quãdo loquitur in omni subfeudo tam ex pacto quam hæreditario, Tum quia loquitur generaliter, tum quia est conformis dispositioni iuris communis, non admittentis publicationem subfeudi bonis publicatis, Ergò dicendum est,
13 q filius ad illud admissus, per dictam const.sit admittendus, vt hæres vltimi decedẽtis, id quod omnino in feudis requirit const. vt de successionibus, & periti Regni ita voluerunt, & intellexerunt, vt testatur Andr. in d. const.si quando aliquem.

Nec obstabit dictũ Salyc.& Andr. quia illorum dictum militat tantum in bonis burgensaticis, vt ipsi loquun
14 tur, & patet, quia const.foriudicatorum bona non loquitur de feudis, & subfeudis quorum causa processit sequens

quens prænarrata constitutio si quã do contingerit aliquem foriudica. Id quod luce meridiana colligitur clarius ex his,quę supra in quinto fundamento adduximus, & quod responsio prædicta sit vsquequaq; verissima,Affertur,rationem Salyc. ibidem adductam, (quia filij subrogãtur in locum Fisci successoris(nõ militare in his seu dissãguinis,In quib⁹ dãnatione sequuta,Fiscus nullo iure potuit nec succedere, nec aliq ius qrere, Ergò nulla subrogatio filiorũ ex psona Fisci, igitur vti hæres Dom.Isabella succedet, cum in Regno omnia feuda sint hęreditaria, ad quæ Dom. Isabella ex tot iuribus vocatur,vt sup.fundatum extat in prænarrato quinto fundamẽto, quęso etiã ppendãtur verba.Andr.in d.const.foriudicatorum,in 1.col.ver.
15 item filius erat,qui dicit, q morte ciuili patris nata ex foriudicatione,dominium,quod filius habebat in bonis patris ex dispositione tex.in l.in suis. ff.de lib.& posthum.continuatur in eundem filium, ex dispositione text. l.cũ hæredes sumus ff. de acquir.hæred.Ergò sentit Andr. contrarium, quod in prin.dixit videlicet,quod vt hęres patris succedat, Præterea cessat in casu nostro ratio Andr.& Salyc. fundata in illa iuris conclusione, dã-
16 natum esse seruum pęnę,qui non habet hæredem, Nam illa procedit in foriudicato Magn.Curiæ,& sic a Rege,& Regno siue Imperio,iuxta tradita per Alex.in cons.75. 1. vol. non autem in damnato respectu certi loci seù territorij iuxta nostrum thema, Nam isto casu militabunt dicta per eundem Alex.in cons.25.1.vol.& omnia alia quę adduximus sup.in primo fundamento.

Quibus omnibus addo vanum esse obiectum prænarratum ex alio, quia apparet remissio facta p D. Principẽ patrẽ Dom. aduersariæ dictæ foriudicationis, & restitutio amplissima ad omnia forsan deperdita ex causa prę narratę foriudicationis, & iuris quęsiti ex ea Principali Curiæ Militẽsi, ac si foriudicatio sequuta non esset, Er-
17 gò foriudicatio remissa,caducitas.n. potest remitti vassallo à Domino, & tunc feudum erit antiquum, ac si fęlonia nunquã commissa fuisset,vt supra fundauimus, Et vltrà prędicta videatur(quęso)Iacob.in d.feud.inuest. in verb. dictique vassall.promis. nõ commit.fęllon.fin. col.ver.dubitatur etiã,qui apertius, & diffusius loquitur & prædicta fundat, & si Domin.
18 Princeps contra factũ suũ veniẽs,ac contra prędicta non audiretur,quonã pacto audienda erit Dom.Principissa illius hæres?vltra superius fundata videatur ad hoc propositum Andr. id fundans in c.1. col.8.nu.7.vers.sed si Domino obstabit exceptio, obstabit agnato vel filio,qui causam habent à Dom.de inuesti. de re aliena facta, & ita iuris esse consulo.

Paulus Staibanus.

Ad nu.3.Adde Bal.in l.si quis filio §.eius qui deportatur ff.de iniust.rup. vbi etiam tradit quod condẽnati ad mortem possunt testari,idẽ Bald.in l. qui a latronibus §. 1. ver. sed quid si in sententia ff.de testam.& in hac materia,vide Bologn.cons.35.Gozadin. cons.96. Curt.Iun.in cons.100.nu.1. & 2. peritissimum Farinacium more solito cunta rimantem libro 3. in tit. de var.ac diuer. quęst.q. 96. inspec. 1.qui plures huius opinionis cumulat a nu.4.vsq;ad n.6.& nu.95. & nu. 11. dicit bannitum posse non solum testari de bonis sitis extra territoriũ, sed etiam de bonis sitis in territorio, vbi est bannitus,quando bona non fuerunt confiscata,vel fuerunt acquisita post bannum,attamen non poterit facere testamentum de iure municipali illius loci vbi fuit banditus,idẽ Farinac.ibi nu.77.& in decis.55. imo fuit decisum per Sac.Cons.die 24.Ianuarij 1541.in causa inter Baronem Serini,& fratres della Tolfa,quod testamentum foriudicati in regno ante sen-

sẽtentiã foriudicationis non teneat, prout ego vidi in quadam apostilla manu scripta eximij tũc temporis doctoris,& scias etiam,quod si foriudicatus appellat a sententia foriudicationis poterit pendente appellatione facere testamentum, etiam si appellatio esset deserta, Præses de Franchis in dec. 501. Molfes. in comment. ad consuet. Neap. par. 4. in tit. de success. ab intest. q. 47. nu. 16.& Bannitus est capax hæreditatis sibi delate, tam ex testamento,quam ab intestato secundum ius commune,Farin. in d.q.102. nu.6.& nu.96.& seqq.quod secus de iure municipali seu statutario ciuitatis vbi fuit banditus nu.78.

Ad nu.4.53. quod foriudicatus ius commune non ammictat,adde eundẽ Molfes. in d.q.47.nu.14.& Farin. in d.q.102.nu.1.& seqq. vbi num. 8. dixit quod Banniti non ammictunt ea, que sunt iuris cõmunis, etiam quod fuerint banniti cum publicatione bonorum,pro vt in hoc regno,ex mente Imol. in l.ex facto §. ex facto nu. 20. ff. ad trebell.& aliorum doctorum,ibi per eum allegatorum,& plura alia notatu digna in materia bannitorum videri poterunt in d.q.102. per totam, sed pro coronide materie foriudicationis in hoc regno sciendum est, ꝙ licet per.c.regni siue quis dispositum erat,quod tunc demum quis poterat foriudicari, quando erat inquisitus pro aliquo crimine, pro quo imponi poterat pena mortis naturalis, aut ciuilis,vel membri abscissionis,quod dixit etiam Afflict. in constit. regni penam eorum in 14. requisito post nu. 48. & niger campanus in d. c. siue quis nu.7.18.& 19.attamen hodie foriudicatio,tunc poterit fieri, quando venit imponenda pena mortis naturalis, vel ciuilis,secus si veniret imponenda pena abscissionis membrorum,non obstante dispositione d.c.siue quis,& ita nouissime fuit decisum iunctis omnibus tribunalibus huius ciuitatis, prout refert Regens de Pont.in tract.de pot.pror.titul.1.§.4. num.47.Molfes.in d.q.47.de success. ab intest.num.9.imo Rouitus in Rubrica de sententia foriudicationis n. 34.dicit,quod foriudicatio poterit solum fieri in delictis in quibus venit imponenda pena mortis naturalis tãtum,& quod ita seruatur, & vt deueniatur ad eam debent vigere talia inditia contra foriudicandum, quod ex ipsis posset deueniri ad torturam, reiecta opinione Afflict. in d.const. penam eorum nu.20.

Ad nu.8.& 10.adde eundem Molfes.in d. q.47. num.17.& seqq. vsque ad nu.21.

Ad nu.17.nota quod caducitate remissa a domino,si feudum sibi deuolutum reconcedit uti antiquum illud erit antiquum, & non nouum cum illud facere possit, & vltra allegata per D.patruũ in proximę præcedentibus cõsilijs,ac per me in additionibus,ad do Curt.Sen.in cons.49.in 5.fund. n. 16.Dec.in cons.194.post nu.3. qui testatur hanc esse communem opinionẽ,Nat.in cons.467.vol. 2. Tiraquel. de retract.lignag.§.32.nu.29. cum sequent.Cumia in c. si aliquem in ver. antiquis a nu.217.fol.mihi 396. & ratio est,nam sicut dominus potest ad libitum alienare fęudum, sic nouã potest addere qualitatem ex noua lege dantis, & recipientis, cum reguletur feudum ex tenore inuestiture concedentis,& inuestiti, ex reg. tex. in c.1. in fin. de duob.fratrib.a cap.inuest.& eo casu non dicetur mutare substantialia feudi,quod non posset, sed accidentalia respectu noue qualitatis, vt in feudum antiquum concedatur,vnde non per hoc substantialia vt fidelitas mutabitur, & proinde hoc de iurę domino permittitur,Calderin.hoc docet in cons.11.

Paul. Staib. Iun.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Homicidium commissũ in personam patris spiritualis an dicatur parricidiũ et an ipsum committens ammittat feudum et nu. 2.*
3 *Is solus est pater spiritualis, qui aliquẽ ex sacro fonte leuat.*
4 *Occisor proprij episcopi an sit parricida*
5 *Occisor vicarij non est parricida.*
6 *Si in fauorabilibus dispositio loquens in principali non extenditur ad vicariũ, multo magis in pęnalibus, in quibus nõ fit extensio de casu ad casum.*
7 *In pęnalibus non fit extentio de casu ad casum etiam si esset eadem ratio.*
8 *Ad corroborationem consilij Alex. 25. et 75. allegatur ripa.*
9 *Decisio pręsentis causę in fauorem.*

CONSILIVM. LXIV.

Pro eadẽ Mag. Isabella de Hast cõtra Illustriss. Principissam Mileti. Parricidium an dicatur homicidium commissum in personam patris spiritualis, et an ipsum committẽs ammictat feudum, et an vicarius sit pater spiritualis, et an occidens proprium episcopum sit parricida, et quid si occiderit vicarium episcopi.

Nouissimè Dom. Principissa nititur petitam assensus impetrationẽ impedire, asserẽs, subfeuda iã dicta in personam Isabellæ noua, tamquam ammissa per Dom. Scipionem de Hast actricis patrem ex homicidio de sui ordine patrato in personam Vicarij Mo
1 nardi, vti prætensi patris spiritualis, & sic parricidio, ex reg. tex. in c. 1. §. deniq; quę fuit prim. causa benef. amit. ibi (fratrem, vel aliud graue crimẽ cõmittendo, quod parricidij appellatione continetur) iuncta glos. in c. aut facta verb. patremuè, de pen. dist. 1.

Cui obiecto actrix facillima accommodat responsa

Dicit primo, quod quantum atti-
2 net ad feudi ammissionẽ respectu parricidij, id totum esse restrictũ p Andr. in d. §. deniq; & propriè in ver. si vero nu. 51. solum ad personas de quibus in l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. põpe. de parric. inter quas pater spiritualis non est cõprehensus, ergò dispositio illius §. deniq; non militabit respectu præsentis thematis.

Secundo Quia negatur vicarium esse patrem spiritualem, solus is est pater
3 spiritualis (aliàs à iure patrinus appellatus) qui aliquem, ex sacro fonte leuat, qui vnus esse debet c. in cathechismo, & c. non plures de consecrat. distint. 4. latè Hostiens. in summa de cognat. spiri. §. 2. quot sũt speties imò idem Hostiens. ibidem enumerat omnes spirituales cognationes, inter quas hec cognatio spiritualis ex aduerso pretensa non legitur.

Et licet Dom. causæ Cõmissarius, mihi retulerit, ex aduerso fuisse funda
4 tum, parricidam esse occisorem proprij episcopi, ex dicto Bal. in titulo ff. ad leg. pompe. de parric. quem reuolui, & eũ scripsisse in tit. pdicto nõ reperij in Codicibus meis. Attamẽ etsi verum esset dictum in se, nihilominus ex eo non poterit inferri ad occidentem vicarium, etenim si in fauorabilibus dispositio loquens in principali non extenditur ad vicarium l. filius decurio vbi Bart. & l. vicarius ff. de legatio. Et in vicario episcopi tradidit Cardin. Zaba. in clem. 1. in 6. oppo. de offic. vica. ergò multò magis in
7 pęnalibus, & sic in subfeudorum priuatione, in quibus non fit extensio de casu ad casum, ex reg. text. l. si verò §. de virò, etiam si esset eadem ratio, vbi Bar. nu. 1. & cæteri ff. solu. matrim. in l. præcipimus in fine C. de appella. cum concordantib.

Tertio cessat huiusmodi obiectum, ex causa decreti interpositi per Auditores Illustriss. Dom. Principis, quo fuit implicitè iudicatum, subfeuda prędicta spectare aperto iure ad dictam Dom.

Dom. Isabellam, Illaq; minime ex delicto prædicto Scipionis ad Curiam Militensem fuisse deuoluta, cum alias non iudicassent medietatem fructuũ subfeudorum prenarratorum spectare ad Dominam Actricem viuo Scipione, seruata forma constitutionis, si quando aliquem foriudicari, sed integros Curiæ adiudicassent, quam decisionem tamquam iustissimam, & verissimam amplexus fuit Dominus Princeps sequuta Scipionis morte, Inuestiendo Dom. actricem de subfeudis prędictis non tanquam nouis, sed ad illam spectãtibus iure successionis seruata seriæ constitutionis prædictæ, si quando aliquem foriudicari.

Quarto & vltimo, & si prædicta cessassent, nec illud obstabit ex remissione delicti, & foriudicationis facta per Principem, vt in pręcedentibus cõsilijs id luce meridiana clarius fundatum estat.

8 Non ommittam ad corroborationem consiliorũ, Alex. 25. & 75. 1. vol. allegare Ripam omninò videndum in l. ex facto §. ex facto à num. 14. vsque ad finem fęrè ff. ad Trebellian.

9 Referente doctissimo, & integerrimo Dom. Vincentio de Franchis Regio Consiliario postea S. C. Præside dignisimo amico, & domino meo carissimo, fuit condemnata Illustrisima Principissa ad pręstandũ petitum assensum Act. Milone de qua decisione mentionem facit idẽ D. de Franchis in decis. sua 310. in princ.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. adde Farinac. in par. 2. to. 2. in tit. de homicidio queſt. 120. sectio 5. n. 114. vbi plures doctores hui⁹ opinionis allegat, attamẽ n. 116. allegat Decianum in tract. criminal. lib. 9. cap. 9. num. 6. tenentem, quod homicidium commissum In personam patris spiritualis nõ dicatur parricidium pluribus validissimis rationibus de quibus per eum, verum idem Farinac. ibi num. 115. declarando supradictum assumptum ex mente Hieronym. Gabrielis in cons. 196. num. 8. & seqq. lib. 1. dicit parricidium committi in personam patris spiritualis, qui patricidam baptizauit, non autem in Sacerdote parocho, quod valde confert ad dictum D. patrui hic nu. 3.

Et ad num. 2. nota quod per parricidium feuda non deuoluuntur ad fiscum, sed in eis succedit filius parricide, & vltra consiliarium Rouitũ (per me allegatum supra in additione cons. 6.) in pragm. 1. de bonis proditorum num. 64. & seqq. addo Regen. de Ponte in tractat. de potestat. proreg. titul. 8. §. 9. per totum, vbi latisime, & magistraliter more solito hanc quæstionem discutit, & concurrit cum opinione Rouiti pro filio parricide, pro qua asserit fuisse decisum, per Regiam Cameram in causam illorum de cincio (prout etiam asserit cons. Rouitus in loco supracitato) quicquid in contrarium scripserit Fabius de Anna in cons. 128. part. 2. cuius obiectiones validissimis rationibus idem Regens confutat.

Paulus Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Sumitur qualitas allodialis, quando in priuilegio Regis non cernitur necessaria illa clausula in feudum.*

2 *Quando in priuilegio nullum verbum seruitij res cernitur, vt liberam traditam.*

3 *Rex asserens rem tenere vti rem suam propriam, illa res dicitur allodialis, cum res sua nemini seruiat et n. 11.*

4 *Ex istis verbis (ad habendum tenendum vendendum, et alienandum nullo Regio reseruato assensu) res prę sumuntur allodiales.*

5 *Ex illis verbis (nihil nobis, et nostræ Curiæ reseruantes nec in proprietate nec in dominio vtili, nec in possessione*

sione) res dicitur allodialis.

6 *Prædicta confirmantur ex sequentibus actis, et scripturis*

7 *Verbum restituere significat in pristinum statum reponere, et n.16.*

8 *Per possessionem continuatam non soluendi adoham, præsumitur res concessa uti allodialis.*

9 *Ex natura et forma solita huius Regni gabellæ conceduntur in allodium.*

10 *Pecunia super aliqua gabella ex vi dictionis super censetur, vt ius reale.*

12 *Concedens si vult seruitutem sibi reseruare opus est in specie illam reseruare, nec sufficit reseruatio in genere.*

13 *Quando res venditur ab aliquo integre, quo ad plenum dominium vēditur.*

14 *Verbum integrum omnem diminutionem excludit,*

15 *Si maritus promisit restituere integram dotem totam dotem siue diminutionem lucri sibi spectantis ex statuto restituere cogitur.*

17 *Verba præteriti temporis narrata in priuilegio excludunt tempus præsens illius priuilegij.*

18 *exceptio Regiæ pragmatice edite Thori non militat, quando controuertitur qualitas rei, sed quando controuertitur totus status rei, et an hoc sit verum nu.20*

19 *Directum dominium, à iure magis est consideratum quam vtile.*

21 *Verbum alio quouis modo refertur ad qualitatem.*

22 *Licet sub prohibitione alienandi excipiatur necessaria alienatio id non militat existente illa dictione alio quouis modo.*

23 *Verbū alio quouis modo, seu quomodo libet, et quocunque modo, appositum in signatura per Pontificem (quod nullum ius tollatur quomodolibet quæsitum) non modo comprehendit ius in re verum etiam ad rem.*

24 *Verba sine aliqua innouatione important prohibitionem innouationis pristini status rei nedum respectu dicti principalis, sed circa alia, et num,25*

26 *Innouare non dicitur, qui aliquid de nouo facit, sed qui veterem statum non conseruat.*

27 *Dictio prout in qualitate etiam verificatur.*

28 *pragmatica edita Thori est fauorabilis, et ideo latissime est interpretanda et nu.29.*

30 *Decisio Regiæ Cameræ, et Collateralis Consilij refertur, quod exceptio Regiæ pragmaticæ edite Thori obstet contra fiscum. etiam, dum de qualitate rei innouanda tractatur.*

31 *Exceptio Reg. Pragmaticæ edite Thori potest opponi in quacunque parte iuditij, cum sit dispositio prohibitiua cui nec tacite, nec expresse potest renunciari per processum ad ulteriora in causa, et ideo potest opponi etiā contra Regium Fiscum in causa appellationis seu reclamationis, et ita decisum nu.33.*

32 *Dispositioni prohibitiue pro bono publico, et pacis renunciari non potest.*

34 *Exceptio dictæ pragmatice q̄ potest opponi in quacunque parte iuditij, illa opposita sublata est iurisdictio iudicis in causa principali.*

35 *Nullitas ex defectu iurisdictionis non tollitur per statutum, quod reijciantur nullitates.*

CONSILIVM. LXV.

Pro Illustrissimo Principe Bisiniani, contra Regium Fiscum in articulo gabelle Serici, qualitas allodialis ex quibus verbis priuilegij sumatur, et ex quibus coniecturis præsumitur, et dictio alio quouis modo, et prout, et verba sine aliqua innouatione, quid importent et pragmatica edita Thori est fauorabilis, et eius exceptio potest opponi in quacumque parte iudicij

Sa-

Satis ſuperq; recordor alibi fundaſſe qualitatẽ allodialem tàm reſpectu Gabellæ Serici, quàm ducatorum ſexcentorum ſuper eadem Gabella Serici olim conceſſis Principi Hieronimo per Sereniſſimum Regem Alfonſum Primum fundari, tum ex priuilegio Regis Ferdinandi Primi celebrato in anno 1483. tum etiam Regis Federici apparẽtis in anno 1496. & proinde iuſtiſsima reddetur à iudicantibus propoſita deſuper exceptio Regiæ Pragmaticæ ædite thori per Regem Cattholicũ in anno 1505. tàm in primo capite reſpectu dicti tituli Regis Ferdinandi Primi, quàm in ſecundo capite ex cauſa Priuilegij iam dicti Regis Federici aduerſus Regium Fiſcum prætendentem declarari feudalem, vel totam dictam Gabellam, vel ſaltim præfatos annuos ducatos ſexcentum, & ſucceſsiue obnoxiam, ſeu obnoxios ſolutioni adohæ, non obſtantibus duabus obiectionibus ex aduerſo propoſitis.

Breuiter tamen, & in compendium loquendo perſtringendo ea, quæ ad hoc propoſitum fuſius fundauimus, Reſpectu Gabellæ Serici, ſumi qualita-
1 tem allodialem ex prænarrato Priuilegio Ferdinandi Primi, dum non cernitur in eo neceſſaria illa clauſula in feudum ad tex. in cap. primo de conſuet. recti feudi, & in cap. primo quis dicatur Dux Marchio, vel com. & vtrobiq; Andr. cum alijs per eum adductis. Se-
2 cũdò, nullum quidem verbũ ſeruitij, nec determinati, nec indeterminati, quo caſu cernitur, vt liberã traditam ad dicta per Andr. in cap. primo S. huius autem generis in princ. ex quib. cauſ. feud. amiet. & in c. 1. S. ſed nec alia iuſtior quæ fuit prima cauſa benef. amitt. cum
3 alijs. Tertio, nempe Rex aſſeruit illã tenere, vti rem ſuam propriam, & ſic allodialem, cum res ſua nemini ſeruiat l. ſi quis ff. de ſeruit. vrb. prædiorum l. tria ff. de ſeruit, ruſt. præd. l. quicquid ff. communia prædiorum cum alijs allegatis per Andr. in d. S. huius autem generis numero 13. & alijs, etiam quia vt ſic libera tradita fuit ad habendum, tenendũ vti rẽ propriã Principis. Quar-
4 to, ex illis verbis *ad habendum, tenendum, vendendum, & alienandum, nullo Regio reſeruato aſſenſu*, & ſic tamquam allodiales, ad tex. cum alijs, in cap. 1 de feud. non hab. propr. nat.
5 Quinto, ex illis verbis *nihil nobis, & noſtræ Curiæ reſeruãtes, nec in pprietate nec in vtili dominio, nec in poſſeſſione*, quinimo illã tranſtulit in Principem cũ omnibus ſuis proprietatibus, iuriſdictionibus &c. ad dicta per Andr. in cap. 1. S. huius autem generis in princ. num. 10. Brun. in conſilio 156. & Iacob. in inueſt. feud. in ver. & cũ Caſtro col. 3.
6 Confirmantur prædicta ex ſequentibus actibus, & ſcripturis ad tex. in c. cũ dilectus de conſuet. & in c. ſi vero fidelis de contro. inueſt. nã ſequitur in anno 1496. reſtitutio ſtatus Principis facta per Regem Federicum, in qua reſtituitur integra Gabella Serici, & non dicitur in feudum, ſic exprimitur in alijs rebus, & annuis prouiſionibus, quæ tunc erant feudalia, ex eo fundatur exceptio prædicta Regiæ Pragmaticæ in ſecundo capite per illud verbũ Pragmaticæ quoquo modo.

Secundo dum reſtituitur ſecundo loco Gabella Serici per Catholicũ Principi dicitur *ad integram Gabellam Serici in burgenſat: cũ reſtituimus*, quod ver-
7 bum ſignificat in priſtinum ſtatum reponere l. fin. cum ibi not. C. ſententiam paſsis l. quod ſi minores S. reſtitutio ff. de minor. l. primo in prima reſponſ. ex quib. cauſ. maior. cum concord.

Tertio idipſum excipitur ex contractu celebrato inter Excellentiſsimum D. Petrum de Toledo, & Principem Petrum Antonium in anno 1542. aſsignationis granorum duorum ſuper dicta Gabella vltra prima grana quinque conceſſorum in burgenſaticum per viã incorporationis dictis granis quinque, igitur Gabella Serici per prius conceſſa in allodium.

8 Quarto idipsum depromitur ex continuata Principis possessione negatiua soluendi adoham, in hoc namque processu, nec minima quidem solutio adohæ p fis.ũ exhibita fuit,q̃ est maximũ argumentum, quinimo firmissimũ voluntatis Regum prædictorum concedentium,illam concedere voluisse,vti allodialem, ad hoc propositum perpendatur singulare consilium Dec. 48. num. 2. vltra regulas dictorum iurium c. cum dilectus de consuet.& in c. si vero fidelis de contro. inuest. Quæ omnia nouissime confirmantur ex natura, & forma solita huius Regni concessionũ Gabellarum in allodium, prout scripsit Paris, & sic testatur de consuet. & solito in tract. reintegr.feud. fol. 66. in c. incip.iure feudi An censeatur n. 11. col. 4.ex quibus sic dilucidatis constat qualitatem prænarratam dictæ Gabellæ luce clarius sumi, & cerni ex dictis Priuilegijs Ferdinandi Primi, & Federici, & successiue fuisse per Principem fundatam propositã exceptionẽ Regiæ Pragmaticæ prædictæ.

9

Ex eisdem etiam Priuilegijs asseueratur in Principis beneficium fundari qualitatem allodialem respectu prænarratorum annuorum ducatorum sexcentum. Ex Priuilegio inquam Ferdinandi Primi,siquidem dicti annui ducati sexcentum de iure ex vi dictionis super censentur,vt ius reale super dicta Gabella Serici, ad hunc modum scripsit Bal. in concessione annuorum ducatorum ducentum super triuaria famę agustæ in cons. 182. num. 30. vol. 5. quibus accedunt dicta per Alber. in l. Gaijus de annuis legat. & sic cũ ius reale illorum respectu fuerit constitutum super Gabella, sequitur, quod licet citra veri præiudicium, quod dicti annui ducati sexcentum fuissent à principio concessi, vt feudales, cuius contrarium fundauimus in alijs nostris allegationibus à principio fuisse allodiales cum vice illorum dominium directum Regis . . . . . . super dicta Gabella, quo fit vt cum fundus dominans,scilicet Gabella prædicta ex causa dicti priuilegij Regis Ferdinandi Primi, in qua erat illud . . . . cum fundo seruiente illa qualitas feudalitatis ex causa dicti

10

11 Priuilegij fuerit extincta, cum res mea mihi non possit seruire, ita probant illa tria iura l.si quis ædes l.tria l. quicquid

12 quæ asseuerant, quod si concedens voluisset illam seruitutem sibi reseruare opus fuisset nominare,& in specie illam reseruare,nec sufficisset reseruatio in genere,& hoc vltimum dictum fundatum super d.l.quicquid est primum responsum ad illa verba, quæ inspiciuntur in præfatione dicti Priuilegij Regis Ferdinandi asseruit namque *habere, tenere, & possidere Gabellam Serici francam, liberam, &c. preterquam ab annuis ducatis sexcentum olim concessis per Serenissimum Regem Alfonsum Principi Hieronimo mediantibus aliquibus Priuilegijs, quibus per prædicta, & infrascripta nullatenus intell gatur derogatũ, sed illa semper in suo robore remaneant, ac persistant*, super quibus fiscus se fundat, vltra quod Collega meus doctissimus Doctor Hippolitus Vannius satis, superque fundauerit verba illa ad aliud prolata, & alia significare, non autem reseruationem illius qualitatis feudalitatis extinctæ, vt supra.

Secũdo idipsum fundatur ex illis verbis: *nil nobis reseruantes super Gabella prædicta, nec in utili dominio, nec in proprietate:* Primo ponderando illud verbum *in proprietate* super Gabella,quo translatum omne directum dominium, quod Rex habebat super Gabella, & sic illud directum, quod habebat super dictis annuis ducatis sexcentum tentis super dicta Gabella, super qua illud residebat, vt supra fundatum est,quod assumptum redditur luce clarius ex sequẽtibus verbis dum Rex cessit transtulit in Principem Gabellam Serici sic indefinitè cum omnibus suis proprietatibus in numero plurali, ergo in eis fuit conclusum directum dominium dictorum ducatorum sexcentum existens super dicta Gabella. Secundo ponderatur illud verbum

verbum, *nec in utili dominio*, vt illa verba includant remissionem dicti directi dominij, quod Regi competebat super illo vtili dominio, quod Princeps habebat super dictis annuis ducatis sexcentum, nam illa verba, nec in proprietate, nec in vtili dominio fuissent impropria, cum nulli dubiũ sit, quod quando res
13 venditur ab aliquo integre quo ad plenum dominium venditur l. cum res cũ concord. C. de contrah. empt. Tertio, prænarratæ duæ ponderationes confirmantur; Primo ex Priuilegio Regis Catholici anni 1507. dum restituitur Princeps ad integram Gabellam Serici in burgensaticum ponderando illa verba
14 *integram*, quæ omnem diminutio nem excludunt l. 2. §. ad filiorũ, quomodo, & quibus quarta pars debeatur l. si quando, de bonis vacantib. lib. 10. C. l. fin. C. ad l. falcidiam, per quem tex. dixit Bal. in l. quod nomine col. prima vers. sed quid si ex consuetudine ff. de condit.
15 indeb. quod si maritus promisit restituere integram dotem, totam dotem, sine diminutionem lucri sibi spectantis ex statuto restituere cogitur, Angel. Rom. & Alex. in l. damni infecti §. si parietem ff. de damn. infect. & latissimè Loffred. in c. primo §. filij col. 4. vers. si considerari potest. Si de feud. fuer. contro. inter dom. & Agna. quibus addo, quod in dicto priuilegio Catholici nulla fit mentio ducatorum sexcentorũ, sicut de alijs feudalibus, ergo tanto magis procedet ponderatio prædicta super dicto verbo *integram*, insuper ponderatur illud ver-
16 bum *restituere*, id est in pristinum statum reponimus, ergo dicti ducati sexcentum confusi cum Gabella ex dicto priuilegio Ferdinandi Primi. Quarto ex possessione Principis non soluendi adoham pro dictis ducatis sexcentũ ex his, quæ supra in iure fundauimus. Quinto & nouissime prædicta fundantur ex priuilegio Regis Federici, dum ex eo Princeps restituitur ad integram Gabellam Serici, nec dicitur feudum, sic uti hanc clausulam in alijs feudalibus, etiam in prouisionibus expresserat ponderando duo, primum, illud verbum *integram* idest sine diminutione, vt supra, it a sicut Gabella burgensatica, ita ducati sexcentum illi incorporati.

Secundum nempe cernitur de dictis ducatis sexcentũ in dicto priuilegio fuisse factam expressionem cum qualitate feudali in præteritum, non autem per tempus præsens, super qua Gabella Serici Princeps Hieronymus annuam prouisionem ducatorum sexcentum habebat, ergo tunc non habebat, quod fũdatur eo impensius, si illi verbo præteriti temporis iungatur illud verbum *integram Gabellam Serici*, expressa clausula in feudum, & verborum intellectus sit ante annũ 1483. quo Princeps habebat dictos ducatos sexcentum in feudum, ex concessione Ferdinandi in prædicto anno 1483. fuit extincta illa qualitas feudalis, & propterea *restituimus ad integram Gabellam Serici*, nulla Gabellæ, & ducatorum sexcentum diuisione facta, siue facienda, & ad roborandum, quod
17 illa verba præteriti temporis narrata in priuilegio Federici excludant tempus præsens illius priuilegij ponderatur, ad hoc glo. singul. in l. certum §. sed & si fidum in verb. confessus ff. de confessis. Ex quibus cum sit dilucidatum qualitatem prænarratam allodialem excepti etiam ex priuilegio Federici per illa generalia verba Pragmaticæ, *quoquo modo dispositta, & concessa*, vt supra illius propositæ exceptio in secundo capite clarissima redditur.

Superest modo respondere duabus obiectionib⁹ ex aduerso propositis, quarum prima est, quod non militat exceptio Regiæ Pragmaticæ, quando controuertitur qualitas rei, vt hic, an Gabella & ducati sexcentũ sint feudales, vel burgensatici, sed quando controuertitur totus status rei, vt quando fiscus prætenderet Gabellam, vel dictos ducatos sexcentum. Secunda illa dignoscitur ex replicatione Regij fisci, vt vana sit illi⁹ propositio, dum fuit proposita tempore expeditionis causæ in cuius discussione veniunt discutienda, eadem quę discu-

tienda essent respectu dictæ exceptionis.

Quibus facillima accommodantur responsa, quorum primum ad primam obiectionem illud est, in hac lite tractari de tollendo, licet non totam Gabellam nec integros ducatos sexcentum, sed partem dictæ Gabellæ, vel dictorum ducatorum sexcentum, Idest illorum dire-
19 ctum dominium, quod in re à iure est magis consideratum, quam vtile, quod est quædam chimera ex dictis Innocentij. & Hostiens. relatis per Andr. in c. 1. n. 3. de inuest. de re alien. fact. & in c. 1. n. 6. & 9. de cap. Corra. secūdo & si trā-
20 ctaretur de qualitate, & nō parte rei, adhuc asseuerāmus Pragmaticæ exceptionem militare, ponderatis verbis infrascriptis in dicta Pragmatica apparentibus, *qua propter ab eodem Regno lites omnes differentias controuersias, & tumultus pro viribus amouere statuimus, & mandamus, quatenus per quascunq; Ciuitates, Castra, loca, feuda, possessiones, & bona feudalia, ac burgensatica cuiuscumque nominis, & valoris fuerint, per eosdem prænominatos Reges capta, erepta, in fiscum redacta, data, donata, vendita, concessa, seu alio quouis modo disposita, & ordinata sic teneri, & sine aliqua innouatione debeāt, obseruari prout illis viuentibus tenebantur, & obseruabātur*

Primo ponderatur illud verbum alio
21 quouis modo, quod refertur ad qualitatem text. Roland. à Vall. in cons. 5. nu. 47. & 48. vol. 1. fundante, quod licet
22 sub prohibitione alienandi excipiatur necessaria alienatio per tex. in l. alienationes ff. famil. hæreis. & in l. pater in prin. de leg. 3. Id non militare existente illa dictione alio quouis modo, & sic illud ad qualitatem refertur, comprobat etiam Idem Roland. à Vall. in cons. 2. nu. 21. vol. 4. qui ibidem num. 24.
23 firmat illud verbum alio quouis modo, seu quomodolibet, & quocūq; modo appositum in signatura per Pontificē, quod nullum ius tollatur quomodolibet quæsitum non modo intelligitur, seu comprehendit ius in re, verum etiam ad rem, vt ius qualitatis huiusmodi feudalis etiam in specie competens per glo. primam in clem. secunda in verb. quomodolibet de sentent. excommunic. & Gozad. cons. 14. nu. 2. quibus adduntur illa verba sequentia *dispensata, & ordinata* quæ necessario referuntur ad qualitates rei, cum illa verba antecedentia *data, vendita, donata, & concessa*, satis superque continebant rem ipsam, & illius dispositionem, alias dicta verba *dispensata, & ordinata* vana legerentur. Secundo vim facimus in il-
24 lis verbis *sine aliqua innouatione*, quæ verba important prohibitionem innouationis primeui status rei, nedum respectu dicti principalis, sed circa alia, vt testatur famigeratus Doctor Io. Angelus Pisanellus in comment. dictæ Pragmaticæ nu. 48. & ibidem nu. 49. asseuerat comprehendi nō solum si tractatur de
25 inualiditate tituli, verum etiam si agitur de innouatione super rebus quantumuis remota, & etiam, si innouantur per litem in modico, quibus additur, quod
26 innouare non dicitur, qui aliquid de nouo facit, sed qui veterem statum non conseruat ad text. in cap. quia intentionis de priuileg. in 6. & cap. ex parte de præben. in 6. Tertio pon-
27 deratur illa dictio *prout*, quæ in qualitate etiam verificatur, ita singulariter Bar. ad reprimendum in verbo prout nu. 2. vers. si vero, quæ eò impensius qualitatem comprehendit, cum fuerit admista cum illis verbis *quod viuentibus tenebantur, & obseruabantur*, quæ qualitatē, & modū possessionis cōprehendūt. Quib'
28 additur huiusmodi pragmaticā esse fauorabilē, & ideo latissimè interpretādā Quemadmodum ex nostris Regnicolis fundat Loffred. latissimè in d. c. 1. §. filij si de feud. fuer. contro. inter dom. &
29 agnat. eo impensius cum ex illis verbis apparet mens statuentis voluisse tollere tumult', lites, differentias, & iurgia quæcūq;, quæ mens, ac statuētis intētio vera redditur, etiam dum de qualitate rei innouanda tractatur & in specie in qualitate subfeudali prætensa per Principem

Bisi-

Bisiniani contra fiscum respectu terræ
30 latronici fuit bis iudicatum referente in Collaterali, Regia Camera, contra fiscum obstare dictam exceptionem, eique desuper fuit interpositum perpetuum silentium, vt ex actis (credo) penes ritium.

Secunda obiectio Regij fisci tollitur,
31 si quidem exceptio Regiæ Pragmaticæ prænarratæ potest opponi de iure in quacumque parte iudicij, cum sit dispositio prohibitiua, cui nec tacite, nec expresse potuit per Principem renunciari per processum ad vlteriora in causa verba sunt aurea Bald. in l. fin. 13. q. in fin. nu. 31. C. de edict. diu. Adr.
32 toll. Quinimo prohibitiua pro bono publico, & pacis, cui renunciari non potest ad tex. in l. nemo potest cũ toto suo glo. & Doct. apparatu ff. de leg. 1. &
33 etiam in causa appellationis, seu reclamationis fuit iudicatum hisce rationibus illa posse opponi etiam contra Regium fiscum in causa Terræ Latronici Vera existente dicta conclusione, quod
34 in quacumque parte iudicij illa potest opponi illa opposita sublata est iurisdictio iudicis in causa principali, vt dictat dicta Regia pragmatica, cum prohibeat lites moueri, & iudices minime iudicaturos aduersus dispositam, & ordinata per illos Reges, & sic respectu causæ principalis iudicibus denegatum fuit iudicium, vt declarat Ias. in l. Gallus §. & quid si tãtum nu. 77. de liber. & posthũ. & Imol. in c. quoniam diligentia de elect. & abnegata iurisdictione, iudicium forsan quod sequeretur esset nul-
35 lum ex defectu iurisdictionis, quæ nullitas minime tollitur per statutũ, q̃ reijciantur nullitates ad tex. in l. fin. de iurisd. om. iud. glos. sing. in clem. prima de sequestr. possess. & fruct.

Ex quibus sic in iure fundatis nulli iudicantium anceps fiet victoria Principis in hac exceptione Regiæ Pragmaticæ de iure militante respectu vtriusq; capitis Gabellæ, & ducatorum annuorum sexcentum, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

In materia huius consilij adde, quod res præsumitur in dubio libera, & sic allodialis, & non feudalis Io. Vincent. de anna alleg. 6. a nu. 1. vsque ad num. 6. par. 1. & vide Alber. Brun. in consil. 127. vol. 2. & licet Barone possidente res presumatur feudalis, vt per Innocen. in c. cum dilectus extr. de cappell. Monachor. Ianar. consil. 97. nu. 9. Rouit. in Rubr. de feudis nu. 2. fallit tamen quando eam tenet vti allodialem, idem Anna in dicta allegat. 6. nu. 4. qui alleg. Andr. in c. 1. §. quidam tamen in add. de contr. inter masc. & fœmin. & in quibus alijs casibus limitetur dicta Regula vide eundem Rouitum in d. Rubr. de feud. nu. 3. & seqq. & quando res præsumatur feudalis, vel a seruitio feudali libera vide Regen. de Pon. in consil. 30. & in consil. 95. vol. 1. Surd. cons. 311. vol. 3. Io. Franc. capibl. in pragm. 8. de Baronib. n. 200.

Ad n. 1. quod res tunc dicatur feudalis quando conceditur in feudum aliàs secus addo Parid. in tract. reintegr. feud. c. 1. in proem. n. 4. & c. 10. fol. 7.

Ad n. 7. adde, quod restitutio extẽditur ad mortuos, & eorum bona Loffr. in parafr. fol. 55. col. 3. vers. dubitari etiam potest, & an extendatur ad bona alienata, vel à principe alteri donata Boer. in decis. 38. nu. 7. & in decis. 65. & quid importet quando Princeps dicit facimus alicui plenam gratiã Hipoll. in sing. 246. in fine, & an Indulgentia extendatur ad ignorantes Boer. in d. decis. 38. num. 6. in fine. & plura alia in materia restitutionis, ego addidi supra in cons. 62. ad n. 15. e. 16. vbi vide

Ad num. 10. dictio super quid importet vide Lanar. in conf. 31.

Et ad nu. 22. pro limitatione huius maximè, & text. in d. l. alienationes ff. fam. ercisc. vide Angel in Auth. de litigiosis in princ. & Veronen. cautel. 191. res litigiosa regulariter, & Petr. Rauẽ. in alphab. aur. iur. ciuil. in ver. alienat. in princ. & in vers. si alienatio prohibetur.

Paul. Staib. Iun.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Non creditur partium assertioni assensum fuisse impetratum, quod procedit etiam notarij assertione existente vidisse assensum nu. 5.*

2 *Disponere prohibitus est etiam prohibitus fateri.*

3 *Assensus habet certam formã cũ subscriptione quæstoris, & aliorum, & nu. 9. quæ intrinsecæ solemnitates, & similes non præsumuntur nu. 4.*

6 *Non sumus in factis antiquis, quando non adest lapsus centum annorum.*

7 *An ex cursu* 10. *vel* 30 *annorum præsumatur præstitus assensus.*

8 *Constitutio constitutionem diuæ memoriæ requirit specialem licentiam.*

10 *Cessat præscriptio feudi quando feudum non habetur cum possessione seruitij & aliorum, & tunc nec inter priuatos deseruit trigenaria præscriptio.*

11 *Assensus ex temporis diuturnitate iuncta cũ partium assertione præsumitur.*

12 *Quò ad rescissionem contractus æquiparantur dolus ex proposito, & dolus re ipsa.*

13 *Ex promissione de vendendo citra assensum non oritur actio personalis ad interesse, & nu.* 17. *de opinione Freccia, sed contrarium de opinione Afflicti, quam latè defendit Author nu.* 18. *imo fundat etiam esse de mente Andreæ nu.* 19. *& nu.* 30. *&* 32.

14 *Minor prohibitus disponere non potest se personaliter obligare & nu.* 25.

15 *Prohibitus vendere, est etiam prohibitus promittere, de opinione Bal. & an sit vera nu.* 28. *& quomodo declaretur nu.* 26.

16 *Finis est attendenda, & quomodo intelligatur nu.* 29.

20 *Emptor bonæ fidei rei subiectæ fideicommisso potest petere interesse à vẽditore reuocante alienationem, id quod etiã in materia feudali nu.* 21.

22 *Emptor feudi, vel venditionis feudi recipiens promissionem reseruato assensu ex eius reseruatione constituitur in bona fide.*

23 *Prohibitus alienare non est prohibitus se personaliter obligare.*

24 *Ex pacto renouationis emphiteusis facto per ecclesiam prohibito, ecclesia obligatur ad interesse.*

27 *Licet feudatarius non possit disponere de feudo in testamento, tamen loco sui hæres obligatur ad extimationẽ ipsius.*

31 *Promissio impetrandi assensum obligat promittentem Regis familiarem.*

33 *Promissioni de vendendo feudum citra assensum, an præscribatur spatio triginta annorum.*

34 *Pactum factum quandocumque est perpetuum, quod est receptum à nostris iudicantibus nu.* 35.

CONSILIVM LXVI.

Pro Illustr. Principe Bisiniani *in causa Mathafellonis. An credatur partium assertioni assensum fuisse impetratum, & an ex cursu* 10. *vel* 30. *annorum præsumatur præstitus, & an stante enormissima læsione possit agi ad rescissionem contractus venditionis alicuius terræ, & an ex promissione de vendendo citra assensum oriatur actio personalis ad interesse.*

1 QVod attinet ad primũ punctum. An credatur partium assertioni assẽsum fuisse impetratum, quod non credatur testantur ita fuisse obseruatum, ac iudicatum sæpe sæpius. Affli. in c. primo 4. col. de alien. feud. frec. secundo libro subfeud. quæst. 25. folio
2 153. Hisce rationibus. Primo, quia disponere prohibitus, est etiam prohibitus fateri ex reg. tex. vbi Bar. in l. si forte ff. de castren. pecu. Secundo, quia si aliter esset induceretur fraus legi, quæ ad nihilum deseruiret. Tertio, quia assensus habet certam formam cum subscriptione quæstoris, & cæterorum, vt per And. in c. primo §. quoniã de prohib. feud. alien. per lott. & Affli. in d. c.
4 primo §. hac edictali, quæ intrinsecæ solemnitates, & similes non præsumuntur

vt per Bar. in l.1.de fide instrum.& iur.
bastæ lib. 10. Cod.& Franc.in cap. pri-
mio de reb.eccl.non alien.in 6.id quod
procedit ex dictis Frecc.etiam notarij as
5 sertione existente vidisse assensum, ex
quo ei tamquam de hoc non interroga
to non creditur vulg.iuribus,Nec hic su
6 mus in factis antiquis, cum non sit lap-
sus centum annorum ex his, quæ tradi-
dit Iās. sequutus communem scholam
in l. cum aliquis C. de iur delib.

Quod vero spectat ad secundū pun-
7 ctum an ex cursu decem,vel triginta an-
norum presumatur prestitus assensus,q
non presumatur copiose tradidit Frecc.
lib. 2. subfeud.quæst. 28.per totā dua-
bus potissimis rationibus, primo, quia
8 constitutio constitutionem diuę memo-
riæ requirit specialem licentiam ex reg.
tex l.fi.in fine C. de his qui veniā etat.
9 impetr. Secundo, quia assensus habet
certam formā Regiæ Cancellariæ,vt su-
pra, Id quod sectantur etiam Io: Vinc.
de Anna in constit.constitutionem di-
uæ memoriæ num. 52. cum sequentib.
10 Hic cessat præscriptio feudi, quia feu-
dum non habuimus cum possessione ser
uitij,& aliorum & sic nec inter priuatos
deseruit trigenaria præscriptio vt per
And.& doct.in c.1.§.si quis per trigin-
ta/si de feud. fuer. contr. & per Frecc.
vbi supra. Sed licet isti duo articuli de
per se tractari non iuuant causam Dñi
Principis, attamen simul iuncti decidūt
11 in ipsius fauorem causam, nam assensus
in pacto de vendendo cælebrato in an-
no 1495. probatur, ac præsumitur ex
prædicta temporis diuturnitate iuncta
cum partium assertione facta in dicto
albarano anni 1515. Ita singulariter
tradidit Paris in tract. Reinteg. feud.in
l. incip. An si reperiatur venditum per
totum folio 126. à ter. ex his quæ tra
didit Ant.de Butrio in c.fi. de his quę
fiunt à prælatis,& quod vere sit præsup
ponendum assensum esse impetratum
colligitur, quia in albarano prædicto
fit mentio promissionis de vendendo,
& non reuocationis prætensæ,quæ suc-
cessit in anno 1499. cuius non erat ne
cesse facere mentionem stante dicto as-
sensu, cum alias Mazeus non processis-
set ad confectionē dicti albarani remit-
tendo ducatos mille sibi debitos pro
remissione dicti pacti de vendendo pro
habenda terra Mattafellonis,quæ ab eo
tolli non poterat,si reuocatio fuisset fa-
cta, aut ante assensum,quibus addo de-
perditionem registrorum assensuum
& aliorum librorum Regiæ Cancellariæ
illius temporis.

Quo verò ad tertium articulum an
stāte enormissima læsione,ex qua resul-
tat dolus ex re ipsa posfit agi ad rescis-
sionem contractus venditionis dictæ ter
ræ factæ in anno 1487. Respondeo de
12 Iure, quod sic,nam quo ad rescissionē
contractus de iure æquiperantur dolus
ex proposito, & dolus re ipsa Ancha.
cons. 38. quē refert, & sectatur Deci.
cons. 180. num. 4. col. 5. vers. sic etiam
dicit Anch.et num. 7.qui mouentur per
tex.sing.in l.si quis cum aliter. §. idē est
vbi glo. in ver. habet ff. de verb.obligat.

Quo vero ad quartum articulum, an
13 ex promissione de vendendo citra assē
sum oriatur actio personalis ad interesse
pro parte negatiua scripsit Frecc. lib. 2.
subfeud.in 12.lim.ad constit. quæ inci-
pit constitutionem diuæ memoriæ,qua
tuor medijs. Primo p tex. in l.ad resol-
14 uēdam C.de predijs minorū vbi minor
prohibitus disponere non potest se per
sonaliter obligare. Secundo per Doct.
15 Bal.in l.fi.C.ad l.falci. vbi scripsit pro-
hibitum vendere, etiam prohibitū pro-
mittere. Tertio,quia promissio illa ten
dit ad actū alienationis,& sic finis pro-
missionis est alienatio,quæ est prohibi-
16 ta, ergo nulla cum finis sit attendenda
ex reg.tex.l.si domū cum sim.ff. locati.
Quarto, & vltimo,quia per indirectum
fieret fraus constitutioni prædictæ ex
17 quo alienans metu soluendi interesse
non reuocaret, quæ ratio non est sua,
est tamen Andr.in c. primo §. commer-
cium ver. verius de prohib. feud. alien.
per fed. quibus rationibus D. de Fran-
chis in decision. Sacri Consilij 48. dicit
Sacrum Consilium ita iudicasse, ean-
dem

dem etiam opinionem sectatur D. de Minadóis in cons. 29. n. 16.

Quibus non obstantibus credo posse
18 substineri opinionem. Affir. contrariã partem tenentis in d. constitut. constitutionem diuæ memoriæ num. . . .
19 pro quo ponderetur doct. Andr. in d. §. commercium qui dum discutit articulum an promissio impetrandi assensum teneat in principio ante vers. verius, profert hæc verba, *Quare ergo non potest promittere factum alienum cum pœna de verb. oblig. l. stipulatio. §. alteri, vel curaturũ, & facturum sine pœna in qua venit interesse*, & licet subnectatur inferius, quod promissor non teneatur, tamen Andr. conclusionem intelligit re tradita, ea ratione, quia per traditionẽ fuit factus actus contrarius reseruationi assensus, & quia dominus fuit contentus, & sic cum non simus in secundo casu traditionis, sed meræ promissionis sumus in primo casu Andr. in quo fundat interesse deberi. Secundo facit tex. in l. 3. §. fi. C. communia de leg. ex quo sumitur vera Iuris conclusio emp-
20 tore bonæ fidei rei subiectæ fideicommisso posse petere interesse à venditore reuocante alienationem, id quod in ma
21 teria feudali in proprijs terminis reuocationis tradidit tex. in l. si vassallus feudum, si de feudo fuerit controuers. inter dom. & agna. & scripsit And. in c. prim. §. Imperator de prohib. feud. alien. per fed. quem cæteri sectantur,
22 sed sic est quod emptor feudi, vel venditionis feudi recipiens promissionem reseruato assensu, ex eius reseruatione cõstituitur in bona fide Cap. in c. primo §. scriba col. 215. de prohib. feudi alien. per fed. Ias. in secund. lect. Rubr. solu. mat. n. 25. Cur. in tract. feud. in 4. part. quæst. 21. & D. de Anna in Rep. dictæ const. num. 193. ergo ei debetur interesse. Tertio facit doct. Bal. in d. l. 3. §. fi. in fine C. communia de
23 leg. qui notat ex illo tex. prohibitum alienare, non esse prohibitum se personaliter obligare. Hinc est, quod Ang. in cons. 191, in nouis. alias 194. in antiquis, quem sequitur Alex. in consil.
24 165. in 2. vol. tradidit ex pacto renouationis emphiteusis facto per ecclesiam prohibito, ecclesiã obligari ad interesse ex reg tex. in l. si sterilis in §. si tibi, & in §. si feudũ cũ simil. ff. de actio. empti. Quib9 retentis nõ obstãt modo in contrarium adducta, nec primo tex. in l. ad resoluendam, quia ille tex. procedit non ex vi prohibitionis di sponendi, sed
25 quia minor nõ potest se obligare citra solemnitates, non sic in persona vendentis feudum, quæ potest citra feudum se personaliter obligare.

Nec secundo doct. Bal. in l. fi. ad l.
26 falci. nam Bal. sanè est intelligendus, quando per promissionem necessario constituitur Ius in re, vt per illam necessario sit deueniendum ad actum alienationis rei alienari prohibitæ, vt idem frẽ aperit per illa verba quia deueniturad alienationẽ, id, quod sentit Alex. cons. 105. vol. 7. alias autem si Bal. intelligeremus necessario asseuerandum esset Bal. fuisse sibi contrarium, dum in d. l. 3. §. fi. C. cõmunia de legatis testetur contrarium, id, quod suadetur etiã alia ratione, quia nonne inspicitur de
27 iure feudatarium non posse disponere de feudo in testamento, & nihilominus obligat loco sui hæredem ad extimationem ipsius ex communi theorica doct. de qua per Cam. copiose in c. Imperialẽ car. 26. vsq; ad 28. de prohib. feud. alien. per fed. Secundo respon-
28 detur, quod Bal. fuit ibi somniatus dũ ex illo tex. hoc notauit, qui hoc non dicit, nec directè, nec indirectè, sed tãtum disponit, quod hæres, qui potest de legato particulari detrahere falcidiam, si illud integre soluit, vel soluere promittit nõ potest petere illud plus, quod sibi competerit iure falcidiæ, imò potius potest reduci in contrarium, vt obligetur non petere id quod petere posset.

29 Nec obstat 3. l. si domum, quia finis tunc inspicitur quando necessariò tendit ad alienationem, sed hic non necessario tendit ad alienationẽ, quia soluendo

inte-

interesse liberatur, ergo id quod cernitur verum, quia in alienatione quæ fit contra legem bona fide existente, debetur interesse, vt supra est fundatum, nec
30 vltimo obstat ratio, quod per indirectum fieret fraus constitut. quia non considerauit hoc constitutio, sed tantum quod Vassallus posset ex reuocatione feudum habere si volet, quod ex reuocatione habebit, teneatur ad interesse, & quod dicta ratio Andreæ non sit in consideratione, ponderetur conclusio Andr. in d. §. commertium qui
31 disponit, quod promissio impetrandi assensum obligat promittentem Regis familiarem, si illa ratio esset vera, etiam promissio huiusmodi non obligaret ad interesse promittentem quantumcumque familiarem, imò ex ratione prædicta
32 redditur inutilis quæstio, quia si Andr. dicit in casu familiaritatis prædictæ valere promissionem, ergo idem in casu isto, cum contractus promissionis non erat de prohibitis, in quo Rex potuisset assensum denegare, & eo tẽpore anni 1495. & paulò post Princeps Bernardinus erat Regi Federico amicus, vt cernitur ex status restitutione, nam si statum restituit, multò facilius potuisset promissioni prædictæ de vendendo assentiri.

Quantum attinet ad vltimum articulũ,
33 an promissioni prædictæ sit præscriptũ spatio triginta annorũ, dicitur parti obstare duplicem responsionẽ. Primo quia per Albaransi anni 1515. vsque ad ipsius tempus, promissio semper perstetit, vt ex eo est legere, ab eo autem tempore vsque ad tempus litis motæ non cucurrit pscriptio, quia D. Mazzeus Arcella erat obligatus impetrare assensum, vt immediatè, & in capite teneret à Principe, q̃m non impetrauit, ergo semper durat promissio prædicta remissa per Principem, si Mazzeus assensum impetrasset, cui rationi adduntur impedimenta Principis in processu adducta. Secũdo dicit Prin-
34 ceps pactum prædictum fuisse factum quandocumq; ꝙ est perpetuum, prout seriosissimè scripsit Tiraq. in tract. de vtroq; retract. in tit. de retract. conuent. §. 1. intra tẽpus glo. 2. à nu. 6. vbi arguit contra vsq; ad num. 15. vbi disponit pro nobis cum multis sequent. licet nu. 28. testetur Senat. Paris. contra nos iudicas-
35 se, sed contrarium pro nobis recipitur, à nostris Iudicantibus.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 3. adde Frec. de subfeud. lib. 2. q. 28. nu. 4. vbi amplius dixit ꝙ assensus non admittit probationẽ per testes, licet propter Andreę authoritatẽ aliter fuerit iudicatum in S. C. & in assensu Baronis fuit decisum posse probari per testes, Affl. in dec. 243. nu. 3. & 4. vbi idem tenet in assensu Regis, vbi Vrsill. nu. 3. dicit ita passim fuisse per S. C. iudicatum, idẽ Afflict. in decis. 398. Io. Vinc. de Ann. in const. Regni constit. diu. mem. nu. 61. & nouissimè Io. Bapt. de Thoro in comp. decis. in ver. assensus Regius super obligatione feudi an possit probari per testes fol. mihi 50. qui allegat Loffredum contrarium tenentem.

Ad nu. 7. adde ꝙ assensus Sedis Apostolicæ præsumitur præstitus per spatiũ triginta annorũ, nõ data alia sciẽtia, Fab. de Ann. in cons. 113. num. 41. vbi ita decisũ per S. C. & nouissimè Io. Aloys. Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neap. 34. & 35. par. 1. sed contrariũ tenuit Socc. Iun. in cons. 56. nu. 24. & 25. scilicet ꝙ tunc præsumatur, vt supra præstitus assensus quando probatur scientia Summi Pontificis, & Affl. in dec. 107. sm̃ quam opinionẽ audio per Rotam fuisse iudicatũ.

Ad num. 21. adde Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 6. §. 2. nu. 1. & seqq. vbi quo ad pretium dicit quod emptor feudi absque assensu facta reuocatione pretium recuperat, siue adfuerit bona, siue mala fides, sed interesse, tunc poterit recuperare quando fuerit in bona fide, quia eo casu licet contractus sit nullus, dabitur tamen actio personalis ad interesse contra venditorem, iuxta opinionem D. patrui, & hoc inspecta bona fide num. 3. secus si fuerit in mala fide num. 4. qui plures huius opinionis allegat, & ideo eum omnino videas, quod etiam procedit in

hærede, qui in feudo hæreditario tenebitur actione personali adimplere legata relicta per testatorē, Præs.de Franch. in decis.1.nu.34. Molfes. in com. consuet. par.3. in tit. de success. ex testam. quæst.2.nu.12.

Ad nu.22. adde eund. Reg.de Pont. vbi supra nu.5.in fin.qui videtur de hac opinione dubitare.

Ad nu.27.adde,quod hanc opinionē scilicet legato feudo sine assensu deberi extimationem tenuit etiam Lanar. in conf.80.per totum,qui allegat innumeros Doctores ita tenētes,& quod secundum hanc opinionē passim per S.C. fuit iudicatum,&Reg.de Pont.in conf. 88. par.1.attamen contrariam opinionem tenuit Fabius de Anna in conf. 87. (ex mente Io. Vincentij eius patris in repet. constit. constitutionem diuæ memoriæ nu.139. cum seqq.& in alleg.125.126. & 127. licet causa tunc fuisset contra eum decisa,vt ipsemet dicit in fine dictarum allegationum) qui Fabius plures alios Doctores allegat tenētes eius opinionem, ac nonnullas alias decisiones contra primas, quam etiam opinionem nouissimè tenuit idem de Ponte sibi cōtrarius in repet.cap.1.si vassall.feud.priuet.& in d.tract. de pot.Proreg.d.tit.6. §.2.num.8. cum plurib.seqq.qui refert secundum istam opinionem tandē fuisse decisum in causa Surianorum, iunctis Tribunalibus S.C.& R.C.& innumeros Doctores eam tenentes,imo nu.10.dicit quod legatum iurisdictionis secundarū causarum absq; assensu non tenet, neq; quo ad extimationem, allegat Bammacar. in suo responso facto in causa Principis Ascoli,quod est insertum in repet. c.omnes filij si de feud.defunct.milit.

Ad nu.31.addo eundem D.de Pont. in d.tract.tit.&§.nu.7. qui refert Frecciam dubitantem de hac opinione Andreæ, & quod talis opinio nunquā fuit practicata,licet magnates,& magni Cōsiliarij, ac Regis familiares contraxissent super feudalibus, cum promissione Regij assensus.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Clericus etiam pro causa ciuili conueniendus est coram Iudice ecclesiastico.*

2 *Clericus non potest foro ecclesiastico renunciare, nec etiam cum iuramento, etiam cum consensu sui Episcopi.*

3 *Quod etiam procedit si clericus conueniretur actione reali ad relaxandum.*

4 *Quod etiam procedit de iure municipali huius Regni.*

5 *Actores qui clericum conueniunt coram Iudice laico debēt priuari iuribus suis.*

6 *Clericus nec de consensu sui Episcopi potest iurisdictionem in Iudicem laicum prorogare, & ratio.*

7 *Iudex laicus quia non habet iurisdictionem in clericos, nec etiam quo ad bona patrimonialia, & sic eius iurisdictio adeò limitata ad certum genus personarum, ideo nullo modo in eum cadit iurisdictionis prorogatio.*

8 *Exceptio declinatoria fori clericatus, ab initio reddit iudicium nullum, illaque opponi potest etiam post tres sententias conformes, earumq; exequutionem impedit.*

9 *Reuerendissimus q.Dom.Franzonus Staibanus Episcopus Rauellensis creatus in anno 1408.recensetur.*

CONSILIVM LXVII.

Pro Mag. Abbate Vincentio Cutillo. Clericus etiam pro causa ciuili est conueniendus coram Iudice Ecclesiastico, & non potest prorogare iurisdictionem in Iudicem laicum litigando coram eo, & tacendo in praeiudicium Ecclesiæ.

LICET ex his, quæ in facto notauimus, clarè liqueat per Sacr.Consil. remissionem prænarratā admittendam esse, iuxta petita per ipsum Abb.Io. Vincentium Cutillum, & iuxta alias remissiones per idem S.C. & Magn.Cur. factas ad prænarratum Iudicem ecclesiasticum, eius Iudicem competentem.

Atta-

Attamen vt cesset omnis difficultas, & ne prædicta videantur locum habere in criminalibus, & nõ in ciuilibus, vt hic, remissio prænarrata iustissima redditur ex alio assumpto, si quidem prænarratus Abb. Ioannes Vincentius clericatus ordines assumpsit in anno 1577. sibi collatos per Episcopum Bisinianensem, incessit, atque incedit in habitu, & tonsura, seruiuitq; in diuinis etiam de mandato sui Episcopi, iuxta dispositionem Sacri Consilij Tridentini in sexione 23. de reformat. can. 6. nullus &c. lis vero mota per dictos Incarnatos fuit in anno 1584. & sic septem ann. post ordines assumptos, quo fit, vt prænarratus Abbas
1 de iure etiam pro causa ciuili conueniendus erat, & est coram Iudice ecclesiasti-
2 co, cuius foro, nec etiam cum iuramento renuntiare possit, etiam cum consensu sui Episcopi, ad text. in cap. si diligenti, vbi Abb. num. 2. Felyn. & alij communiter de foro compet. auth. statuimus, vbi Paul. de Castr. num. 1. dicit hoc etiã
3 procedere si clericus cõueniretur actione reali ad relaxandum C. de Episc. & cler. Capyc. in decis. 9. num. 13. Marant. in 4. par. sui aur. spec. in 11. distinct. nu. 2. fol. mihi in nouis 192. quodq; etiam
4 de iure municipali huius Regni procedit, vt in pragm. 2. & 3. de cler. seu diacon. saluat. cum vulg. quinimò dum præ-
5 dicti Incarnati ipsum Abbatem conuenerunt coram Iudice laico deberent priuari Iuribus eorum, & sic causam ammittere d. auth. statuimus cum alijs relatis.

Hoc iacto fundamento non obstat, cum præfatus Abbas Ioannes Vincẽtius conuentus per plures annos litigauit in eodem Sacro Consilio, & siluit, & consequenter videatur prorogasse Iurisdictionem, etenim hoc non obstat, si qui-
6 dem clericus nec de consensu sui Episcopi potest iurisdictionem in Iudicem laicum prorogare, ad text. in cap. significasti, vbi Abb. num. 25. Felyn. in princ. extra de foro compet. idem Abb. in d. cap. si diligenti num. 25. Capyc. in allegata decis. 9. num. 13. ratio illa redditur,
7 quia dum Iudex laicus non habet iurisdictionem in clericos, nec etiam quo ad bona patrimonialia, & sic eius iurisdictio adest limitata ad certum genus personarum, tunc nullo modo in eum cadit iurisdictionis prorogatio, Capyc. in dict. decis. 9. nu. 15. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 42. num. 2. & post alios Io. Petr. Surd. in decis. Senat. Mantuan. decis. 88. nu. 3. Felyn. in cap. ex parte nu. 15. extra de rescript. Vrsill. in addit. ad Afflict. in decis. 354. nu. 3. cum vulgar.

Cum enim præfatus Abbas Ioannes Vincentius nec tacitè, nec expressè prorogationem in Sac. Consil. facere pote-
8 rat, & ista exceptio declinatoria fori ab initio reddit iuditium, nullum illaq; opponi potest etiam post tres sententias conformes, earumque executionem impedit, vt scripsit glos. notab. in clem. 1. in ver. non obstante de sequestrat. poss. & fruct. quam glos. dicit singul. Bald. in l. generaliter C. de Episc. & cler. Hyppol. in sing. 10. Dec. in cons. 8. illamque post Anton. de Butr. Imol. Abb. & alios, sectatur Felyn. in cap. exceptionem nu. 28. extra de except. latè Couar. pract. quæst. cap. 25. num. 24. Alex. in cons. 77. nu. 8. vol. 2. post alios Decian. in cons. 63. nu. 16. vol. 3. Borgnin. de iudicijs decis. 11. num. 54. & nouissimè Præses de Franch. in decis. 139. num. 5. & in spetie in clerico post alios, idem Couarr. practicar. quæst. cap. 32. nu. 2.

Et ego in hac materia habeo antiquissima quædam manuscripta confecta per
9 Reuerendissimũ quon. Dominum Franzonem Staibanum de mea familia Episcopum Rauellensem creatum in prædicta dignitate in anno 1408. tempore Serenissimi Regis Ladislai, qui fuit vir omni scientiarũ genere præditus, vt ex eius scriptis quæ ad pennam habeo facile dignosci potest, licet maior pars illorum temporis diuturnitate sit penè deleta.

Ex quibus omnibus sequitur prædictam remissionem per prædictum Abbatem Ioannem Vincentium petitam ad Curiam Ecclesiasticam, iuridicam esse, & proinde per Sacrum Consilium, &

Dominos Iudicantes prouidendum esse, causam prænarratam remittendam esse, & ita in omnibus iudicandum, & respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 7. adde videndum Gramat. In voto 18. Clar. in §. fin. quæst. 36. nu. 4. & 9. & eundem Gramat. in decis. 21. num. 9. Capyc. in decis. 197. nu. 7. & in materia vide Dec. in cons. 242.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Opinio Neapod. refertur, dicentis in beneficio consuetudinis si quis vel si qua, non includi filium spurium legitimatum, sed illum tantum succedere patri, & de intellectu huius doctrine nu. 25.*

2 *Spurius non censetur legitimatus, vt proximior ex parte patris in præiudicium legitimorum, & naturalium actum legitimationis ignorantium eique non consentientium.*

3 *Legitimatus per legitimationem non fit vere agnatus, nisi aliud in priuilegio legitimationis dispositum fuerit.*

4 *Excluso vno ex correlatiuis alter non censetur inclusus.*

5 *Licet filius naturalis tantum non sit vocatus ad beneficiũ consuetudinis si quis vel si qua, nihilominus si suum germanum heredem instituerit, ille non succedit, sed patruus eius frater patris.*

6 *Et si hoc habet locum in beneficium patrui, multo magis habebit locum in beneficium nepotum, cum sint de linea descendenti, quod eo fortius procedet in naturali plenariè legitimato nu. 7.*

8 *Cui conueniunt verba legis conuenire debet legis dispositio.*

9 *Legitimatus filiationis ius nanciscitur.*

10 *Ex actu legitimationis acquiritur etiam ius agnationis agnatis, licet legitimatus non ita vere acquirat ius agnationis, sed ficte certo quodam modo nu. 11. & nu. 17. sed hæc fictio consideratur in statuto, excludente feminas ad tollendum odium illarum nu. 18.*

12 *Legitimatus quando est generaliter habilitatus, vt in omnibus vti legitimus, & naturalis habeatur, & si ad successionem assignata paternæ portionis sit legitimatus, tamen non per hoc dicitur dispensatus, sed legitimatus & num. 14.*

13 *Legitimatio non potest permitti filijs legitimis, & naturalibus existentibus.*

15 *Consuetudo & si testator, & alia si quis vel si qua, nulla alia ratione sunt inductæ, nisi ad finem, vt bona conseruentur in eadem linea à qua processerunt.*

16 *Succedere volens alicui oportet quod sit coniunctus iure proximitatis cum eo, cui succedendum est.*

19 *Legitimationis tenor non se extendit, vt legitimati concurrant cum filijs legitimis, & naturalibus.*

20 *In materia consuetudinariè successionis, & proximitatis, sufficit quod adsit illa admista, seu annexa naturalis proximitas, vt in monaco.*

21 *Monacus non est in mundo, sed in cęlis agnatus.*

22 *Quando legitimatus est naturalis tantũ natus ex soluto, & soluta, & legitimatio intercessit à Principe, de iure censetur vere legitimus, et ea de causa ad ius retractus competens iure proximitatis admittitur, quod procedit eo fortius quando legitimatio processit ex voluntate filij legitimi, & naturalis nu. 23.*

24 *Consuetudo ista est fauorabilis, quia voluit fouere lineæ à qua bona exierunt, quo fit vt fauores sint ampliandi in fauorem dictæ lineæ.*

26 *Legitimati non includuntur sub beneficio statuti excludentis feminas stantibus masculis.*

27 *Ecclesiæ fauor non potest tollere portionẽ consuetudinis & nu. 32.*

28 *Clerici, & Ecclesiæ non ligantur his nostris consuetudinibus, & ita iudicatum per Sacr. Conf. nu. 29.*

30 *Clericus testans non ligatur consuetudine, & disponere potest iuxta sui libitũ, & in eo loquitur Neapod.*

31 *Laicus est obnoxius dispositioni harum consuetudinum, & non potest dispone-*

re

re contra illarum formam in beneficium piæ causæ.

CONSILIVM LXVIII.

Pro Magnificis Dominis Tomacellis, contra venerabilem Ecclesiam Spiritus Sancti. Portio bonorum quæ spectauit ad filium naturalem tantum ex testamẽto patris, mortuo ipso sine filijs, licet fecerit testamentũ, in quo extraneum instituerit, subiacet quo ad eius dimidiam dispositioni consuetudinis Neapolitanæ, & ex actu legitimationis acquiritur ius agnationis verè agnatis, licet legitimato, non ita verè, sed fictè, & plura de legitimatione.

QVAESTIONIS est, an portio bonorum, quæ spectauit ad Pyrrhũ Tomacellum filium verè naturalem Mag. Domini Ioannis Tomacelli ex dispositione testamentaria dicti Ioannis, postea legitimati per Principis rescriptum, & mortui sine filijs, facto tamen testamento, in quo hæredem vniuersalẽ instituit sacram ædem Spiritus Sancti, quo ad eius dimidiam subiaceat dispositioni consuetudinis Neapolitanæ, quę incipit, & si testator in tit. de success. morien. sine filijs ex testamento relatiuè, ad text. consuetud. quæ incipit si quis vel si qua de success. ab intest. in beneficium Dominorum de Tomacellis filiorum Domini Scipionis Tomacelli, filij dicti Domini Ioannis, non obstante quod dicta Ecclesia sit hæres instituta, & quidẽ ex infra dicendis in iure inconfutabilibus fundamentis pars affirmatiua nulli Dominorum Iudicantium dubia fiet, nõ
1 obstante, quod Neap. scriptum reliquerit in consuet. si quis, vel si qua nu. 170 fol. 122. super verbo ex parte patris, in beneficio dictæ consuetud. si quis, vel si qua, non includi filium spurium legitimatum, sed illum tantum succedere patri, ex dispositione text. in §. filium verò in auth. quib. modis natur. effic. sui. ea
2 ratione, quia non censentur legitimati vt proximiores ex parte patris in præiudicium legitimorum, & naturalium actũ legitimationis ignorantium, eique non
3 consentientium, cum per legitimationẽ non fiant verè agnati, nisi aliud in priuilegio legitimationis dispositum fuerit,
4 & sic vno ex correlatiuis excluso alter non inclusus censeatur, ex regula text. l. 1. de cupressis lib. 11. C. ad finem, vt æqualitas in succedendo seruetur vulgatis Iuribus.

Et ad fundandum partem huiusmodi affirmatiuam. Primo in medium affero decisionem in fortioribus terminis Domini Anton. de Alexan. in addit. ad Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua num. 169. fol. 122. quæ incipit, vide in consuet. affirmantis pro constanti, quod
5 licet filius naturalis tantum non sit vocatus ad beneficium consuet. si quis, vel si qua, nihilominus si filium germanum hæredem instituerit, ille non succedet in portione obuenta naturali testanti ex parte patris, sed patruus eius idest frater patris, qui non est eius hæres ab intestato, sed germanus ex capite vnde cognati, ex regula text. in l. si spurius cum simil. ff. vndè cognati, si igitur id cernitur
6 sancitum in beneficium patrui, ergo multo magis in beneficium nepotum, cum sint de linea descendenti, & si id ipsum locũ habet in portione obuenta ex patre ad naturalem tantum disponentem, quanto magis id militare asseuerandum est in portione obuenta ex hæreditate Domini Ioannis ad Pyrrhum, non mo-
7 do naturalem tantum, sed legitimatum plenariè huiusmodi assumptum affirmatiuum roboratur.

8 Secundo nempè, cui conueniunt verba legis, conuenire debet, & legis dispositio, ad text. in l. 4. §. quoties ff. de damn. infect. latè Curt. in l. fin. num. 86. C. de edict. diui Adrian. toll: sed sic est, quod in personam dominorum de Tomacellis succedere volentium in medietate prædicta vigore consuetudinis conueniunt verba illa consuetud. videlicet, quippè quia illi sunt verè, & non fictè

pro-

proximiores ex parte prædicti Domini Ioannis patris dicti Pyrrhi, ipseque Pyrrhus sit filius dicti Ioannis, & sic verificãtur illa verba si quis, vel si qua, & alia, & si testator, id quod tum affirmatur ex testamento Ioannis, qui disposuit Pyrrhum vti eius filium naturalem tantum, natum ex muliere domi retenta legitimari, eique vti filio reliquit bona, & pecuniarum quantitates, de quorum dimidia ad præsens agitur, tum etiam ex
9 actu legitimationis, ex quo legitimatus filiationis ius nanciscitur, quemadmodũ testatur idem Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua d. nu. 170. igitur in beneficium dictorum Dominorum de Tomacellis militare debet consuetudinis dispositio, quibus accedunt infrascripta,
10 si quidem ex actu legitimationis acquiritur etiam ius agnationis, pro vt copiosè testatur Iaf. in l. si is qui pro emptore num. 241. ff. de vsucap. quem sectatur Crauett. in cons. 138. num. 4. & successiuè Domini Tomacelli sunt verè agnati
11 dicto Pytrho, licet Pyrrhus illis non ita verè, sed fictè certo quodam modo, l. filio, quem pater ff. de liber. & posth. vbi Doctor. & copiosè refert Deci. in cons. 275. & Iaf. in d. l. si is qui pro emptore à nu. 254. cum plurib. seqq. tanto magis, cum Pyrrhi persona sit generali-
12 ter habilitata, vt in omnibus vti legitimus, & naturalis habeatur, quo fit, vt & si ad successionẽ assignatæ paternæ portionis sit legitimatus, tamen nõ per hoc dicitur dispensatus, sed legitimatus, cum
13 de iure legitimatio non poterat permicti filijs legitimis, & naturalibus existentibus, est text. in §. si quis ergo filios legitimos non habens, cum §. sequenti in auth. quib. mod. nat. effic. sui. & in §. liceat igitur, ibi si legitimam non habeat sobolem, in auth. quib. mod. natur. effic. legit. latè glos. Paris. in §. 8. num. 46. fol. 192. à ter. ita scriptum reliquere innumeri Doctor. communiter, scilicet quod
14 sit legitimatio, non dispensatio, quos refert Gabriel. lib. 6. commun. opin. in tit. de legitimatione in vlt. concl. num. 3. vers. 2. intellige.

Quæ superius narrata fundamenta roborantur duplici ratione. Primo quia
15 istæ consuetudines, nulla alia ratione sunt inductæ, nisi ad finem vt bona conseruentur in eadem linea, à qua processerunt, & sic si Domini Tomacelli non vocarentur ad medietatem prædictam, successio extraneis, vel cognatis legitimati defereretur contra mentem consuetudinis. Secundo quia si secus esset filij legitimi, & naturales, seu eorum descendentes essent deterioris conditionis, cum respectu dictæ medietatis ligatum haberent arbitrium, & de ea disponere non possent, quam dicti naturales, seu legitimati, qui liberam facultatem de ea disponendi nanciscerentur, quod esset maximum absurdum contra iura prædicta, & sic ex prædictis luce clarius fundatur veritas partis affirmatiuè.
16 Et licet succedere volẽs alicui de iure, oportet, quod sit coniunctus iure proximitatis cum eo, cui succedendum erit, vt latè annotauit Ioan. Vinc. Ann. in repet. rubr. de vaxallo decrep. ætat. num. 311. quo fit, vt id cesset in casu nostro,
17 cum Pyrrhus licet legitimatus, non dicatur verè proximus, siuè agnatus, nem-
18 pè respondetur hoc motiuum fictionis fuisse consideratum à Doctoribus in statuto excludente feminas ad tollendum odium illarum, etiam quia tenor
19 legitimationis non se extendit, vt illi cõcurrant cum filijs legitimis, & naturalibus, vt supra fundatum est, sed in mate-
20 ria cõsuetudinariæ successionis, & proximitatis, sufficit, quod adsit illa admixta, seu annexa naturalis proximitas, vt declarat Neapod. in monaco succedente, ac succedere volente vigore huius consuetudinis illi sufficiente habere naturalem illam proximitatem, licet non ciuilem, seu legitimam, cum non sit ille
21 in mundo, sed in cælis agnatus, iuxta text. in §. non ingredientur, in auth. de monacis, ita Neapod. in consuet. si quis, vel si qua in ver. proximiores num. 249. & 250. allegat glos. in d. §. non ingredientur, & in l. final. C. de codicill. & in l. iura sanguinis ff. de reg. iur. & si aliter

intel-

intelligeremus, esset melioris conditio-
nis legitimatus, quam legitimus, & natu-
ralis, vt supra fundatum est, eo impen-
22 sius, cum dictus Pyrrus fuerit naturalis
tantum tempore legitimationis natus ex
soluto, & soluta, & legitimatio intercesse-
rit à Principe, quo casu de iure cense-
tur verè legitimus, qui ea de causa ad ius
retractus competens iure proximitatis
admictitur, ita annotarunt copiosè Co-
uarr. loquens in naturali tantum legiti-
mato cum consensu patris tantum cum
clausula, saluo iure venientium ab inte-
stato, in 2. par. epith. decret. cap. 8. §. 10.
fol. 252. & 253. & Tiraq. de vtroque re-
tract. de tetract. Lignagier. §. 1. le parien-
te glos. 8. num. 10. fol. 40. quibus addo
23 duo, quorum primum, quod hæc legi-
timatio processit ex voluntate Domini
Scipionis hæredis, & filij Domini Ioan-
nis testatoris, tum ex ipsius Ioannis te-
stamento, in quo sic mandauit, tum etiã
ex sententia Sacri Consilij sic deman-
dantis eidem Domino Scipioni, quo fit,
vt narratis per Couarru. eo magis locus
sit, vt ibi per eum. Secundum quod
24 consuetudo est fauorabilis, nam voluit
fauere lineæ, à qua bona exierunt, quo
fit, vt fauores sint, ampliandi in beneficiũ
dictæ lineæ, vulgatis iuribus.

Reliquum est modo respondere do-
25 ctrinæ Neapodani, quæ nõ obstat, cum
adsit diuersa ratio in casu cõtrario, nem-
pe in nostro themate succedunt Domi-
ni Tomacelli, quia sunt verè agnati Ioan
nis patris, in casu vero contrario legiti-
mati non succedunt, quia non sunt verè
agnati, in quo verba statuti non verifi-
cantur l. 3. §. hæc verba cum concord. ff.
de negot. gest. nec concurrere possunt
cum legitimis, & naturalibus, cum legiti-
matio non noceat filijs legitimis, & na-
turalibus, vt supra, & his de causis non
26 includũtur legitimati sub beneficio sta-
tuti excludentis feminas stantibus ma-
sculis, vt copiosè restatur glos. Paris. in
d. §. 8. nu. 47. fol. 193. & alibi communi-
ter Doctores, cum igitur diuersa concur
rat ratio, meritò diuersum censeatur in-
ter eos ius.

Nec prædictis obstabit fauor piæ cau-
sæ, cum sit instituta Ecclesia Spiritus
27 Sancti, nempè Ecclesiæ fauor non po-
test tollere portionem consuetudinis,
quemadmodum censuit Neapod. in
consuetud. si moriatur in ver. moriatur
num. 6. & 7. fol. 76. quem sectatur Ca-
pyc. in decis. 98. nu. 4. quos refert, & am
plexus fuit Dominus Scipio Bucinus in
eius longa addit. incip. circa hanc con-
suetudinem, in consuetud. & si testator
fol. 173. & 174. l. B.

Nec firmatæ conclusioni refragabitur
28 conclusio illa, clericos, & Ecclesias non
ligari his nostris consuetudinibus, quam
firmauit Neapod. in prohem. consuet.
num. 312. in vers. teneo, licet articulus
exorditus fuerit ibidem nu. 293. & in
consuet. si quis, vel si qua nu. 248. & ali-
bi pluries, iuxta quam opinionem fuit
29 iudicatum in causa Sacri Hospitalis In-
curabilium, cum Mag. Camillo Arcella,
Iudicantibus Francisco Reuerterio, Feli-
ce de Rubeis, Antonio Castillo, & Tho-
ma Salernitano, vt refert D. de Franch.
ibidem in apostilla quæ incipit. vide
Capy. lit. C. contra quem articulum, si
non decisus fuisset, plura adduxissem
substantialia, nempè Neapod. loquitur
30 in clerico testante, qui non ligatur con-
suetudine, & disponere potest iuxta sui
libitum, cap. quia, extra de testament.
cum alijs per ipsum allegatis, qui non
est casus noster, etenim Pyrrhus erat
31 laicus obnoxius dispositioni harum cõ-
suetudinum, qui non poterat disponere
contra illarum formam in beneficium
32 piæ causæ, tum quia piæ causæ fauor
non tollit dispositionem harum cõsue-
tudinum, vt supra fundatum extat ex
dictis Neapod. & Capyc. tum etiã quia
de facili dispositioni harum consuetu-
dinum fraus fieri posset per laicos eis
obligatos, vt per eos obmissa, & non am-
plexa consuetudinis dispositione Eccle-
siæ instituerentur, & vix locus esset in
paucis indiuiduis dictæ consuetudini,
quod miruminmodum obseruare de-
bent Iudicantes, cum sit casus exempla-
ris, & maximi momenti, ex quibus sic in
iure

iure fundatis nulli Iudicantium dubia, fiet pars affirmatiua, & ita de iure iudicandum, & respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. adde Capyc. in addit. ad consuet. & si testator incip. quęro circa istam fol. mihi 172. & in decis. 22. Molfes. in commentar. consuet. Neap. par. 2. in tit. de personis quæst. 10. nu. 1. & per totam, quem omnino videas, quia ad saturitatem loquitur in hac materia legitimationis, & licet in principio adducat nonnullas decisiones Sacri Consilij, & aliorum Tribunalium, disponentium has consuetudines non procedere in beneficium agnati legitimati, tamen à dicta opinione ipse dissentit, vt nu. 18. & seqq. & nu. 41. 46. & seqq. & prædictis decisionibus respondet nu. 69. in fine, & vide ad hanc materiã legitimationis, Riccium in collect. decis. collect. 108. par. 1. & collect. 652. par. 3.

Ad nu. 9. adde quod legitimatus succedit in feudis, Boer. in dec. 122. & Molfes. in d. quæst. 10. nu. 11. & à nu. 19. vsque ad nu. 27. & an filij naturales patiũ de sedili si fuerint postea legitimati gaudeant in sedili, & qñ legitimatio prædictorum fit, quæ clausula hodie apponatur, vide Reg. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 10. sub rubr. de legitimatione, seu restitutione natalium num. 4. & nu. 9. & 10. Molfes. vbi supra nu. 28.

Ad nu. 10. adde Couar. in epit. decr. par. 2. cap. 8. §. 10. nu. 2.

Ad nu. 12. legitimatio quomodo distinguatur à dispensatione, vide Minad. in decis. 42. Molfes. in d. quæst. 10. num. 48. 49. 66. & 68. & an legitimandi potestas includat potestatem dispensandi, Couarr. in epit. decret. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 10.

Ad nu. 13. vide eundem D. patruum sup. in cons. 14. nu. 1. & seqq. & propterea stilus est in Regia Cancellaria, vt legitimationes quæ fiunt in vita patris, fiant citra præiudicium liberorum, Reg. de Pont. in d. rubr. de legitimat. nu. 3. & quid operetur dicta clausula D. patruus in d. cons. 14. nu. 5. 14. & 17. & de clausula in legitimatione apposita citra præiudicium venientium ab intestato, vide Gama. decis. Lusit. 268. nu. 4 & Couar. in d. §. 10. nu. 1. & an in legitimatione per rescriptum Principis sit necessaria citatio venientium ab intestato, Boer. in decis. 121. vbi tenet quod non, Molfes. vbi supra nu. 66. & 68. Vrsill. in addit. ad decis. Afflict. 195. nu. 5. & ad decis. 386. nu. 6. & quando adsunt filij legitimi, & naturales, tunc non solum est facienda mentio ipsorum, sed etiam causa est exprimenda, & probanda, alias legitimatio esset subreptitia, idem D. de Ponte vbi supra nu. 7. D. patruus in d. cons. 14. nu. 10. & nu. 12. vbi quod sit necessaria citatio legitimorum, & naturalium, imo etiam eorum consensus nu. 13.

Ad nu. 26. adde, quod filia legitima, & naturalis præfertur masculo legitimato per rescriptum Principis in successione fideicommissaria, Fab. de Anna in cons. 106. par. 2. vbi ita decisũ refert; quod secus in legitimato per subsequẽs matrimonium, nam tunc comprehenditur in dispositione statuti excludentis feminas, Molfes. in d. quæst. 10. nu. 14. & seqq.

Ad nu. 27. & 32. adde Afflict. in decis. 310. D. de Franch. in decis. 411. num. 4. vbi pluries ita refert decisum per Sacr. Cons. Molfes. in comment. cons. par. 3. de success. ex testam. quæst. 2. nu. 2. vsq; ad nu. 5. & nouissimè ita etiam fuit decisum per Sacr. Cons. in causa cuiusdam Francisci Molissi, cum Sacro Hospitale Sanctæ Mariæ Pacis de Neapoli, nempe dictus Franciscus fuit admissus ad medietatem bonorum antiquorum quon. Stephani Molissi, non obstante quod Ioanna filia Stephani disposuisset in beneficiũ dicti Sacri Hospitalis, pro vt hæc decisio apparet in processu sistente in banca de Izzo pro Longo.

Ad nu. 28. 29. & 30. quod clerici disponendo in testamento non ligantur his nostris cõsuetudinibus, adde Capy. in decis. 98. Pręs. de Franch. in dec. 285. num. 6. & in d. decis. 411. num. 1. & nouissimè

tissime Molfes. qui plures alias decisiones similes cumulat, & plura alia allegat in comment. ad cōsuet. par. 2. tit. de personis q. 7. à nu. 14. vsque ad nu. 23.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Per pupillarem substitutionem testatori, & pupillo succeditur, & ideo vtriusque bona comprehenduntur nu. 2.*

3 *In substitutione fideicommissaria, & compendiosa, quę fideicōmissariam continet, tantu bona testatoris cōprehenduntur.*

4 *Pupillaris substitutio non est, qñ in substitutione nullū verbum de pupillari ętate.*

5 *Substitutio in qua adest dictio quandocunque, & in ea fit mentio mortis dicitur reciproca admissa cum compendiosa, & tunc pupillaris substitutio censetur adesse in eo qui minoris est ætatis, licet alij essent maiores nu. 6.*

7 *Substitutio qñ est facta imparitus tūc nulla pupillaris substitutio adesse pōt, & substitutio reciproca tali casu pupillarē substitutionem comprehendere non potest.*

8 *Si in substitutione non comprehenduntur bona grauati, nec comprehendentur bona, quæ ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorum quæsita fuerunt.*

9 *Sorores patruis præferuntur in successione fratris ab intestato decedentis.*

10 *Mulier dotata de bonis eius, de cuius successione agitur excluditur.*

11 *Licet in renunciatione mulieris apponantur clausula amplissima renunciationis, tamen non excluditur nisi à bonis illius, à quibus dos prouenit.*

12 *Frater simpliciter dotans censetur dotasse de proprio, ex quo extraneus dicit.*

13 *Frater vigore constitutionis Regni in aliquibus sorores excludit à successione vtriusque parentis, ex cuius exclusionis cā tenet sorores de paragio dotare n. 14.*

15 *Fr̄ cū sit debitor dotis respectu bonorū paternorū, et maternorū, videt eas soluisse non animo donandi, sed compensandi.*

16 *Frater viuens in cōmuni cum sororibus, si per ipsum bona administratur in quibus sunt legatæ dotes sororibus, de eis bonis præsumitur dotes constituisse.*

17 *Qñ sorores stant in cōmunione cū fratre, dos simpliciter constituta censet ex oībus bonis, q̄ p fratrē possidebant cōstituta.*

18 *Frater quando est debitor sororum in portione relicta per auum, si per ipsum possidentur bona aui, simpliciter dotando censetur de illis bonis dotasse.*

19 *Si renunciatio sororibus non obesset, possent petere legitimam vna cum fructibus ex testamento aui relictam.*

20 *Portio coheredis continetur in reciproca substitutione.*

21 *In reciproca substitutione secundum ordinē intellectus quilibet ex institutis, & substitutis dr̄ à principio grauatus, et honorat⁹ de alteri restituēdo, & sic grauamen, & honor est correspectiue iniunctū.*

22 *Frater qñ tantū est substitutus sororibus decedentibus sine filijs legitimis, & naturalibus, si vna ex sororibus decessit sic, portio illa remanet sibi libere dispositionis, cum nullum reperitur onus impositum & num. 26. & ab intestato decedendo suos proximiores videtur vocasse & nu. 24.*

23 *non censetur quis probibitus alienare portionem quam à coherede accepit.*

25 *Casus si a testatore nō est specialiter prouisus remanet in dispositione iuris cōis.*

27 *Quis non disponendo videtur vocasse venientes ab intestato, & nu. 31.*

28 *Legitima ab omni onere est exempta.*

29 *Legitima in fideicommisso generaliter facto non comprehenditur.*

30 *Legitima in substitutione reciproca facta pluribus non continetur.*

32 *Trebellianica potest probiberi etiam in liberis primi gradus, eo impensius quādo substituti sunt descendētes testatoris nu. 33. Et in nepote ex filio præmortuo clarum est posse probiberi nu. 34.*

35 *Opinio plurium Doctorum dicentiū substitutos ob ingressū propria authoritate in possessionē bonorū ammittere fideicōmissu refert, & opinio Authoris quæ sit.*

36 *Quoties possessio reperit vacua pōt ppria authoritate p fideicōmissarios occupari.*

37 *Quando hæreditas pleno iure ad fideicommissarios spectat, potest propria authoritate inuadi possessio.*

CONSILIVM LXIX.

Pro illis de familia Spagnolorum. Substitutio

in qua adest dictio quandocunque, & fit mentio mortis quæ fit, & portio cohæredis an contineatur in reciproca substitutione, & legitima in fideicommisso generaliter facto non comprehenditur, nec in substitutione reciproca facta pluribus, & in quibus casibus possit possessio propria authoritate per fideicômissarios occupari, & dotata de bonis eius, de cuius succesione agitur, excluditur, & an frater simpliciter dotans, censeatur dotasse de proprio, vel ex omnibus bonis quæ per ipsum possidentur.

RECOLO pro his de familia Spagnolorũ, pro consultatione aliquorũ capitum in eis alias respôdisse, ad presens secũdo interpellatus accuratius perpendẽdo capita consulenda ignarus si eadẽ, vel diuersa, in modũ qui sequitur de iure respôdendũ censui.

Viso testamento Antonij Spagnoli, ac omnibus diligenter cõsideratis, licet factum in se sit defectiuũ cum dotationes, & renunciationes Claudiæ Iesuminæ, & Iuliæ, (in quibus tota vis consistit) non fuerunt transmissæ, infrascripti sunt resoluendi iuris articuli, & quoniã principalis dubitatio est in successione bonorũ Fabritij Spagnoli nepotis Antonij primi testatoris, cui per reciprocã substitutionem fuerunt substituti Scipio, Lucas, Ioannes, Petrus, & Ascanius Spagnoli patrui maiores, & puberes. Primus articulus est, an succedãt patrui vigore substitutionis in bonis primi testatoris, & Fabritij grauati, an vero sorores tanquam proximiores ab intestato. Secundus est si stante ꝙ in renunciatione non cõprehenduntur bona Fabritij, an sorores repellantur vigore dotationũ, & renũciationum factarũ Fabritio, & suis hæredibus. Tertius an sorores simpliciter dotatæ, intelligantur dotatæ de bonis paternis, maternis, & auiernis, an vero censeatur fratrẽ dotasse. Quartus dato ꝙ excludentur, ex quo cẽsẽtur dotatæ de bonis fraternis, an possint petere legitimã legatã ab auo vna cum fructibus. Quintus an portio quæ à cohærede Fabritio peruenit, includatur in fideicommisso in beneficiũ patruorũ substitutorũ, an vero transeat ad uenientes ab intestato. Sextus an portio Claudiæ sororis prædefũctæ, quæ ad Fabritium vigore substitutionis particularis pertinuit, spectet ad uenientes ab intestato an ad substitutos. Septimus an duc. 500. de quibus poterat disponere Fabritius sũ potestatẽ tributã à testatore, & non disposuit spectẽt ad veniẽtes ab intestato. Octauus an Fabritio grauato competat legitima in bonis aui, quæ ipsô ab intestato decedẽte ad sorores veniẽtes ab intestato ꝑtineat. Nonus an ꝓhibitio trebellianicæ potuerit rite per testatorẽ fieri, ex quo sumus in nepote ex filio præmortuo. Decimus an substituti per ingressum in possessionem propria authoritate ceciderint à beneficio fideicommissi.

Quo ad primũ articulũ pertinet si bona ꝓpria Fabritij, & q̃sita ex bonis fideicõmisso subiectis cõtineãtur in reciproca substitutione facta per testatorẽ, dubitãdũ nõ est nõ cõprehẽdi, ꝗ clarissimè demonstratur, nam dubiũ non est tunc bona grauati cõprehendi qñ est pupilla-
1 ris substitutio, quia per eam testatori, & pupillo succeditur, l. ex tribus ff. de vulg.
2 & pupill. substit. & merito vtriusq; bona cõprehẽduntur l. sed si plures §. ad substitutos, & l. si is qui ex bonis ff. de vulg.
3 & pupill. subst. in substitutione vero fideicõmissaria, vel in cõpendiosa, q̃ fideicõmissariam continet tñ bona testatoris cõprehendũtur l. centurio, vbi DD. notant ff. de vulg. & pup. l. hæredes mei in princ. ff. ad treb. sed in casu nostro nulla
4 est pupillaris substitutio, cũ verbũ nullũ de pupillari ætate, prout requirebatur ad tex. in l. moribus ff. de vulg. sed tantũ reciproca substitutio fideicõmissaria, ergo dubitandũ nõ est bona Fabritij grauati non cõprehendi, & licet fieri possit difficultas, nam ista substitutio de qua nos agimus est reciproca admista cũ cõ-
5 pendiosa, ex quo in ea adest dictio quãdocumque, & fit mentio mortis, iuxta sollemnem doctrinam Pauli de Castro in l. in testamẽto nu. 40. C. de test. milit.
6 quo fit vt pupillaris substitutio in eo,

qui

qui minoris est ætatis censeatur adesse, licet alij essent maiores, vt tradit idem Paulus notabiliter loco præcitato, Deti. ibid. num.17. idem Paulus consil.264. vol.2.sed non obstat præsens obiectio, si quidem licet negari non possit præsentem substitutionem non esse reciprocã admistam cum cõpendiosa, tamen quia
7 est facta imparibus cum in facto præsupponatur alium de institutis, & grauatis esse maiorem, sequitur quod nulla pupillaris substitutio adesse possit, & substitutio reciproca in tali casu pupillarem substitutionem comprehendere non potest,iura enim sunt aperta, id probantia in l.2.in l.iam hoc iure,& l. Lutius ff de vulg. & pupill. l.quamuis C.eod. l.in testamento in princ.C.de testam.milit.& ita in spetie tradunt Bart.Bald.Imol. & Alex.in d.l.Lutius,qui testãtur de cõi,& post ipsos Corneus in cons.180. vol.1. Soccin.Sen. cons.290.lib.2. vbi in spetie reprobatur opinio Pauli,& post omnes latissimè Alex.in tract. de substitut. par.5.cap.4.ex hijs igitur remanet absolutus primus articulus,quod in præsenti substitutione non comprehendantur bona Fabritij grauati,nec etiam bona,
8 quæ ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorum quæsita fuerunt, ita decidit text.in l. in fideicommissariam, & in l.hæredes mei in princ.ff.ad trebel. vbi est communis Doctorum sententia, & post omnes Præses de Franch. decis. sua 18.

Quo ad secundum articulum, scilicet, an stante q in substitutione non comprehenduntur bona Fabritij grauati, an ad ipsa bona succedant sorores tanquã proximiores ab intestato,an vero repellantur ex causa dotium receptarum, & renunciationum, vera est iuris conclu-
9 sio, quod sorores patruis præferuntur in successione fratris ab intestato decedentis,auth. itaque & auth. post fratres C.de legit.hæred.§.1.auth.de consang. punctus tamen est videndus,an ex causa dotationis, & renunciationis excludantur, & quoniam renunciationes nõ fuerunt transmissæ,ex hijs quæ ex breui nota facti colligere potui, dico quod vera
10 est in iure conclusio,quod dotata de bonis eius,de cuius successione agitur, excluditur iuxta text. in l. quoniam in prioribus C. de inoff.testam.& communem doctrinam Doctorum in constitut. Regni vt de successionibus in ver. coniugatæ,& latè Andr.in cap.1.de nat.suc-
11 cess. feud. & licet in renunciatione apponantur clausule amplissime renunciationis, tamen non excluditur nisi à bonis illius, à quibus dos prouenit, Deti. conf.379.nu.14. Cassan. in cons.69. & latè post alios tradit Afflict.in cap.2.de feud.dat.inuic. legis, contrarium reprobando, & addentes ad ipsum in decis. 161. sed cum in casu nostro non fiat mentio de cuius bonis,ideo ad tertij articuli discussionem deueniendum est.

Quo ad tertium, an dotata simpliciter à fratre censeatur dotata de bonis paternis,& maternis,& de portione,quę eis contingebat vigore testamenti aui, an vero censeatur fratrẽ de proprio do-
12 tasse, & licet vera sit conclusio fratrem simpliciter dotantem censeri dotasse de proprio, ex quo frater est extraneus, vt optimè decidit Andr. in constit. Regni in aliquibus col.12. vers.quid si frater, patre viuo, & post ipsum late tradiderunt Bal.Salyc.& Paul. in l.fin. C. de dot.promiss.Rip.in l.1.num.94.ff.solut. matrim. & latissimè post alios Menoch. de arbitr.Iud.lib.1.casu 85.nu.39. & de præsumpt.lib.3.pręsumpt.16.cõtrarium tamen est in casu nostro respõdendum, ad quod dicendum ex multis adducor, & in primis præsupponendum est, istis mulieribus plura bona cõpetere ab intestato,scilicet bona paterna,& materna, quoad paragium,& bona auierna vigore testamenti, quæ pęnes fratrem reperiebantur,& ab ipso administrabantur,mo-
13 do sic,non est dubium, quod frater vigore constitutionis Regni in aliquibus, sorores excludit à successione vtriusque parentis,Andr.in d.constitut.in ver. sed nunquid filius præferatur col. 12. Affl.
14 & addentes ibidem, ex cuius exclusionis causa tenetur sorores de paragio do-

tare, vt ibidem latè per Andr. & Afflict. & per Neapodan. in 1. consuet. in ver. paragium, igitur cum Fabtitius erat
15 debitor dotium respectu bonorum paternorum, & maternorum videtur eas soluisse non animo donandi, sed compensandi, arg. text. in l. si cum dotem §. si pater ff. solut. matrim. Bart. in l. vxorem §. pater naturalis ff. de leg. 3. Paul. de Castr. cons. 122. incip. ad primum Ruin. cons. 145. nu. 3. vol. 4. & cons. 152. nu. 9. lib. 5. & latè congerit Menoch. de arbitrar. Iud. casu 88. nu. 42. & sic præsumitur dotata de bonis paternis, & maternis, quo vero ad bona ad sorores spectantia ex causa testamenti auierni, dico
16 quod ex quo Fabritius, & Sorores viuebant in communione, & per Fabritiũ bona administrabantur, quod de eis bonis præsumitur dotes constituisse, Cin. Bald. & Alber. in d. l. fin. C. de dot. promiss. Ias. cons. 135. nu. 12. lib. 4. Soccin. cons. 21. lib. 1. Bart. in l. nesennius ff. de negot. gest. ex hijs igitur, sequitur dicendum nõ fuisse de proprijs bonis fratris dotatas, sed de proprijs ipsarum, & proinde venit resoluendus primus articulus, quod ob renunciationes non excludantur à bonis fraternis, nam renunciatio quoad illa bona remanet sine causa, quę renunciantes non excludit, vt supra fundatum est, & iam considerandus esset valor totius patrimonij àd dotatas spectantis, nam si dotes excederent summam eis debitam, tunc dos in id quod superest censeretur data de bonis fraternis, & per consequens ipse vigore renunciationum excluderentur, vt supra fundatum est.

Quo ad quartũ, si dum de bonis maternis, & paternis, & auiernis censentur dotate, an possint petere legitimam ex testamento aui relictam vna cum fructibus, & in hoc licet in spetie consideranda sit quantitas dotis, vt videri possit si bona auita sunt inclusa tamen ex duobus, dico non posse talem portionem sorores petere. Primo quia cum soro-
17 res stabant in communione cum fratre, etiam quo ad bona auierna, dos simpliciter cõstituta censetur ex omnibus bonis, quæ per fratrem possidebantur constituta, vt per Cyn. Alber. & Bal. in d. l.
18 final. Secundo quia cum frater erat debitor sororum in portione relicta per auum, ex quo per ipsum possidebatur, simpliciter dotando cẽsetur de illis bonis dotasse, vt per Bar. in l. vxorem §. pater naturalis ff. de leg. 3. & supra fundatum est, ex hijs igitur sequitur ipsas à legitima ab auo relicta excludi, cęterum
19 ego non negarem, quia si talis renunciatio non obesset, quod potuissent petere legitimam vna cum fructibus, ita glos. & Alex. in d. l. in fideicõmissariam ff. ad trebell. Surd. in dec. 25. nu. 26. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. nu. 39. & nu. 68. Præs. de Franch. decis. 16.

Quo ad quintum, an portio Ioannis Petri, qui non poterat disponere nisi tãtum de ducatis quingentum, & sic vigore substitutionis reciprocæ pertinuit pro rata ad Fabritium, pertineat ad substitutos, an vero tanquam portio liberè dispositionis ad hæredes ab intestato pertineat, & restringendo articulum dico,
20 portionem cohæredis contineri in reciproca substitutione, ita decidit Bart. in l. sceuola, per illum text. num. 5. ff. ad trebell. vbi Paul. de Castr. & Fulgos. & facit texr. in l. Marcellus §. quidam liberis ff.
21 eod. & ratio est nam in reciproca substitutione, secundum ordinem intellectus, quilibet ex institutis, & substitutis dicitur à principio grauatus, & honoratus de alteri restituendo, & sic grauamen, & honor est correspectiue iniunctũ, vt optimè tradit Bart. in d. l. sceuola num. 5. Roman. cons. 18. & latè Marzar. in epitom. fideicõmissorum par. 2. q. 36.

Quoad sextũ, an portio Claudiæ prædefunctæ, quæ vigore substitutionis particulariter factæ in beneficium Fabritij ad ipsum pertinuit, spectet ad sorores hæredes ab intestato, an vero ad substitutos, & in hoc nulla est difficultas, nam
22 cum fabritius tantum fuerit substitutus sororibus decedentibus sine filijs legitimis, & naturalibus, & successit casus, qđ vna ex sororibus decessit, portio quam

vigore

vigore substitutionis obtinuit remanet liberè dispositionis ipsius Fabritij, cum nullum reperiatur onus impositum respectu illius portionis, & cessat dispositio text. in l. sceuola, & l. Marcellus §. quidam liberis ad trebell. & non cense-
23 tur quis prohibitus alienare portionem quam à coherede accipit l. pater filium §.quindecim ff.de leg.3. quo fit vt cum liberè ista portio ad Fabritium pertinuit,
24 quod ab intestato decedēdo suos proximiores videtur vocasse, l. conficiuntur ff.de iur.codicillor. nec obstant verba testatoris ibi in cap. *item lassa hæredi particolari sopra la quinta parte del detto Mag. Fabritio*, vbi post substitutionem factam nepotibus decedentibus ab intestato, per quam vocauit Fabritium, quo fine si ijs decedente, siue superstitibus sororibus, sine non, quod succedāt Scipio, Ascanius, Lucas, & Io.Petrus, nam iste casus quando vna ex sororibus prædecedit Fabritio, & Fabritius ex capite substitutionis succedit, si ad ista bona peruenta ad Fabritiū succedant sub-
25 stituti, vel ne non fuit specialiter prouisus, & proinde remanet in dispositione iuris communis, l.commodissime ff. de liber.& posthum. nam omnes casus fuerunt specificè determinati. Primus est substitutio in personam Fabritij, Secundus quod si Fabritius reperiretur mortuus quod succedant patrui, Tertius qđ Fabritio quandocunque decedente succedant, siue viuentibus, siue præmortuis sororibus, hæc substitutio vt in 1. artic. fundatum est bona Fabritij nō complectitur, eo impensius quia Fabritius post pubertatem sine filijs decessit, ergo bona peruenta ad Fabritium non continētur, tum etiam quia patrui vocantur ad portionem Fabritij, vt legitur ex testa-
26 mento, ergo portio quam iure substitutionis obtinuit, non continetur l. pater filiū §.quindecim ff.de leg.3. Bar.in d.l. sceuola in fin.

Quo ad septimum, an ducati quingentum de quibus poterat disponere Fabritius per potestatem à testatore tributam, dum non disposuit, an pertineāt ad uenientes ab intestato, & in hoc nulla
27 est dubitatio, nam Fabritius non disponendo videtur vocasse venientes ab intestato l.conficiuntur ff.de iur.codicillorum, quem text.ad hoc allegat Bart.in l. gallus §.& quid si tantum vers.præterea post nu.8.col.4.ff.de liber.& posthum. l.si mulier C.de iure dot. l. si quis cum testamentum ff. de iure codicillorum l. secundum responsum C. de contrah. empt. Bald.nouellus in l. cum filio ff.de leg.1.Curt.Iun.cons.40.& ita fuisse decisum testatur de Franchis dec.45.

Quo ad octauum, an legitima competat Fabritio super bonis auiernis, quæ postea ad sorores deuenire habeat.& in
28 hoc dubium non est legitimam esse ab omni onere exemptam, l. quoniam in
29 prioribus C.de inoff.testam.& in fideicommisso generaliter facto non comprehenditur, ex text. cum glos. in cap.Raynutius, vbi glos.in ver. legitima
30 de testam.& in specie in substitutione reciproca facta pluribus, quod non cōtineatur ex dispositione d.l.quoniam in prioribus, per quam corrigitur l. si pater puellæ C. eod. tradiderunt glos. in l. si pater in ver. poterat, vbi Bart. Bal. Salyc. Paul.& Iason.glos.in l.cum ex filio in ver. hæredi ff. de vulg. & pupillari, Alex. conf.43. lib.2. testatur esse communem Ant.Gabr.com. conclus. lib.6. sub tit. de legitima conclus. 1. nu.6. igitur cum non obstante substitutione facta Fabritio ei cōpetat legitima, de qua
31 poterat disponere, cēsetur ab intestato decedendo in beneficium sororum disposuisse, ex d.l.conficiuntur.

Quo ad nonū, an cōpetat trebellianica Fabritio, & sic an potuerit iure licito ꝓhiberi. & in hoc nulla est difficultas, nam
32 crebrior, & verior est opinio posse trebellianicam prohiberi etiam in liberis primi gradus, Ant.Gabr.qui latè congerit comun.conclus. lib.5. sub tit.ad trebellian. conclus.1. & post ipsum latissimè Præs. de Franch.decis.11. & eo im-
33 pensius quando substituti sunt descendentes testatoris, iuxta doctrinā Oldradi in cons.288.quam referunt, & sequuntur

tur Gabriel. & de Franch. locis citatis, sed in casu nostro nulla potest esse dubi-
34 tatio, ex quo sumus in nepote, in quo omnes Doctores concordant posse prohiberi, vt tradit Pegregr. de fideic. art. 3. num. 107.

Decimus articulus, & vltimus est, an
35 substituti ob ingressum in possessionem propria authoritate ammiserint beneficium fideicommissi, & licet multi Doctores dixerunt, ipsos ob ingressum propria authoritate ammittere fideicommissum, vt tradit Oldrad. cons. 117. tamen in casu nostro non potest adaptari præ-
36 sens decisio. Primo quoties possessio reperitur vacans potest propria authoritate per fideicommissarios occupari, glos. communiter recepta in l. non est dubium C. de legat. & ita fuit in casu nostro vt cõstat ex facto. Secundo quia
37 qñ hæreditas pleno iure ad fideicommissarios spectat, potest propria authoritate inuadi possessio, nam tunc succedit regula, dolo facis petere, quod statim restiturus es, l. dolo ff. de dol. mal. met. exceptione, & ita in casu nostro fundat glos. & Bart. in l. 1. ff. quorũ legatorum, & post omnes Peregrin. de fideicommiss. conclus. 49. & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 4. adde quod pupillaris substitutio requirit verba expressa, Decius in cons. 314. nu. 3. pro vt quælibet substitutio directa requirit verba expressa, idem Deti. in cons. 371. nu. 6.

Ad num. 7. adde Soccin. in consil. 6. vol. 3. & quod substitutio reciproca de per se tantum vulgarem contineat, dicit Deti. in cons. 431. col. 1.

Ad num. 8. adde, quod pensiones rerum fideicommissarũ lucrantur per grauatum, & non spectant ad hæredem, quod procedit etiam in frũctibus naturalibus, & industrialibus, Iacob. Mandel. in cons. 79. & fructus per grauatum percepti quando spectent ad fideicommissarium etiam secundum, & quando fideicommissarius acquirat iura, & dominium rerum fideicommissarum, Cæpol. in cons. 50. per totum vol. 1. & grauatus restituere omnia bona qualitercunque non restituet fructus etiam inditio testatoris perceptos, Angel. in cons. 331. pro consultationis, & fructus debentur à die mortis grauari etiam si bona fide percipiantur, Alex. in cons. 127. nu. 2. vol. 6. Boer. decis. 3. nu. 17. Afflict. decis. 240. num. 3. & latius Vrsill. in addit. eiusdẽ decis. Arei. in cons. 17. per totum.

Ad nu. 10. & 11. quod dotata à successione dotantis tantum, & non aliorũ sit exclusa, addo Thesaur. in decis. 62. Afflict. in decis. 178. num. 130. Reg. de Pont. in cons. 74. nu. 8. & 9. vol. 1. & in materia renunciationis factæ per filiam, vel sororem, & ad quæ bona extẽdatur, vide Riccium in collect. decis. par. 1. collect. 30.

Ad num. 12. an dotans filiam, vel sororem videatur dotasse de suo, adde Barbat. in cons. 79. vol 3. & quod lex fin. C. de dot. promiss. habeat etiam locum in fratre, Alber. ibi, & Iason in cons. 133. & frater tenetur dotare sororem vtrique coniunctam non habentẽ, vnde se dotet, licet nihil sit de patrimonio glos. in l. cum plures §. cum tutor, & ibi Bart. ff. de admin. tutor. secus vero, si fuerit vterina, vt ibi, quod procedit quando soror vterina habeat vnde se dotet, alias frater tenetur eam dotare, Andr. in constit. comitibus col. 3. in ver. dotaret, Cyn. in l. non omni C. de admin. tut. & in l. fin. in 3. quæst. ff. de dot. præleg. Abb. in cons. 12. incip. & vt clare materia vol. 1.

Ad num. 13. quod frater sorores excludat tam à successione paterna, quam à materna in Regno, addo Afflict. in decis. 178. in primo dub. sed secus est à successione fraterna, Presf. de Franch. in decis. 171.

Ad num. 16. adde, quód si pater gerit negotia filiæ, præsumitur in dubio de bonis filiæ eam dotasse, & non de suis, secundum Bart. in d. l. nesennius ff. de negot. gest. ex mente glos. in l. fin. C. de dot. pronuf. sed contrarium tenet Alex.

in l. 1.

in l.1.ff.solut.matrim.in 4.col. num.17. vbi etiam allegat glos. prædictam in d.l. fin.in ver.paternum,quam pro sua opinione allegat Bar.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à viro vxori est nulla, & ita decisum in* S.C. *nu.*2.

3 Donatio *inter virum, & vxorem, licet iuramẽto firmetur, tamen reuocari potest & num.* 8. *vbi confutatur opinio Aymonis contrarium tenentis.*

4 *Faciens testamentum, & iurans illud nõ reuocare, poterit non obstante iuramento illud reuocare.*

5 *Iuramentum regulatur iuxta naturam contractus cui apponitur.*

6 *Donantis voluntas respectu donationis inter virum, & vxorem vsque ad mortem est ambulatoria cum ea morte confirmetur, licet à principio actus sit nullus, quod potest facere lex nu.*7.

9 *Donatio euanescit ex defectu causæ finalis, quare fuit facta, eo impensius quando causa prædicta est potissima, vt si in donatione ea maior non exprimatur & num.*11.

10 *Aduerbiũ quia semper designat, seu denotat causam finalem.*

12 *Ex prohemio colligitur causa finalis.*

13 *Impulsiua dicitur illa causa in donatione apposita, quando ex ea sola nunquã donans mouisset eius animum ad donandum.*

14 *Sicut donans ex defectu causæ finalis potest donatarium condemnari facere ad soluendum sibi introitus exactos ex causa dictæ donationis, sic etiam poterit hoc facere eius cessionarius & nume.* 16.

17 *Verbũ vsufructuaria, & administratrix resoluit effectum, & dispositionem vsusfructus, illamq; reducit ad vim victus vna cum filijs.*

18 *Assensus requiritur in actu adiudicationis feudorum, & si nõ intercesserit adiudicatio non tenet, etiam quod assensus habeatur super obligatione feudi, vel legis, vel hominis. nu.*19.

20 *Datio in solutum, siue adiudicatio diuersa est ab obligatione feudi.*

21 *Per adiudicationem feudi dominiũ transfertur, ac si ipse debitor venderet nume.*22.

23 *Obligatio nudam tantum possessionem auocat.*

24 *Assensus super possessione non operatur super proprietate.*

25 *Rex consentit obligationi feudorum, seu bonorum, vt creditor sit securus, vt de fructibus sibi satisfiat, sed non cogitat debitorem feudi dominium vtile alienaturum citra ipsius assensum. nu.*26.

27 *An si à Iudice fiat adiudicatio feudi requiratur assensus.*

28 *Quando est processum cum persona inlegitima, scilicet cum curatore dato infantibus, adiudicatio feudi est nulla.*

CONSILIVM LXX.

Pro *Domino D. Alexandro de Montibus, contra Dominum Mutium Suardum. An donatio facta à viro vxori valeat si iuramento est vallata, & si valida est an reuocari possit, & an adiudicatio feudi facta mulieri ex causa dotium, citra assensum teneat.*

IN causa Domini D. Alexandri de Montibus, cũ Domino Mutio Suardo eius vterino de tribus potissimum dubitari cõtingit. Primo an donatio olim facta per Dominum D. Ottauianum de Montibus eius secundum virum, & patrem D.Alexandri, Domine Cornelię de Castellis: valuerit tanquam iuramento vallata, insuper si valida fuerit, an reuocari potuit. Secundo an firma inspiciatur donatio eidem Domine Corneliæ facta per Dominum D.Scipionem de Montibus eius cognatum, ac auunculum D. Alexandri, præterea si valuerit pro quota parte. Tertio & nouissimè an adiudicatio bonorum quam fuit consequuta Domina Cornelia in M.C.V- ex

causa

causa dotium, & iurium dotalium post mortem D. Ottauiani subsistat.

Et breuibus negotium perstringendo, tum ne à meo instituto desistã tum etiam cum negotium pertractetur corã doctissimis, & sublimis ingenij viris, quo
1 ad primum assero donationem huiuscemodi de iure nõ tenuisse sequendo opinionem negatiuam fundatam super l. 1. & sequẽtibus duabus ff. de donat. inter virum & vxor. l. 1. & per totum C. eod. iuncto text. in cap. non est obligatorium de reg. iur. in 6. quam sectando Cassan. in consuet. Burgund. in tit. des droctz. rub. 4. §. 7. col. 1. nu. 27. fol. 167. affirmat eam esse communem, & veriorem, ex quo eam sectantes sunt Doctores maioris ponderis, & authoritatis, inter quos Cin. Rainer. de Perus. Rainer. de Monte, Bart. Bal. Salyc. Raphael Fulgos. Angel. Henric. Broy. Curt. Sen. Corneus, Ioan. Andr. Soccin. Card. in clem. 1. §. fin. in 5. quæst. de iur. iuran. qui dicit hanc esse communem, & veriorem, & alij innu-
2 meri, quam veram censuit Sacrum Consilium iunctis aulis, olim referente Domino de Altomare in causa hæredum Mag. Ioan. Baptistæ Branciæ, cum Mag. Iulia Malatesta, eandem sententiam speramus Dominos Iudicantes sectaturos in proposito themate, quandoquidem inspicient rationem iurium prædictorũ maxime vigere ex causa dictæ donationis continentis maiorem partem facultatum, ac bonorum dicti Domini D. Ottauiani absorbentem duas partes ex tribus in maximam perniciem eius filiorũ, qui à dicta D. Cornelia ita pessime fuerunt tractati, vt in facto luce meridiana clarius fundatum extat.

3 At demus citra veri præiudicium donationem prædictam iuramento nihilominus firmatam valere, iuxta eam iudicandum non erit stante reuocatione ipsius facta per D. Ottauianum, vt in facto fundatum extat, ex his quæ singulariter tradidit Ioan. Fab. in l. 1. nu. 4. ver. & idẽ credo C. de sacrosanct. Eccl. fultus etiã alia ratione quam ipse fundat, & dicit
4 veriorem nu. 3. quod si quis facit testamentum, & iurat illud non reuocare, q̃d nihilominus poterit non obstante iuramento illud reuocare, quam opinionẽ dicit communem Alexan. copiosissime cons. 18. num. 2. vol. 2. præterea alio iure roboratur huiusmodi sententia,
5 etenim iuramentum regulatur iuxta naturam contractus cui apponitur l. final. C. de non numer. pecun. late Deti. cons.
6 240. sed donantis voluntas respectu donationem huiusmodi vsque ad mortem est ambulatoria, dum ea morte confirmetur de iure, l. donationes quas C. de donat. inter virum & vxorem, l. cum hic status §. 1. & l. sed interim in princ. cum concordant. ff. de donat. inter vir. &
7 vxor. licet à principio actus sit nullus, id quod potest facere lex, tex. est in l. 3. §. sciendum cum alijs ff. eod. tit. quibus
8 rationibus attentis tollitur opinio Aym. relata in suo cons. 245. nu. 12. vers. nec dicatur, asserens donationem huiusmodi iuramento firmatã non reuocari contra opinionem Detij sectantis contrariã in nostri fauorem super reuocabilitate ipsius in cons. 240. cons. 536. num. 8. & cons. 659. nu 4. & tamen idem Deti. tenet in cons. 202. iuramento firmari, quæ Detij cõsilia, & in illis per eũ relata fundant hanc nostrã opinionem, ita q; cum Aymonis ratio responsione sublata sit, veraq; & existens sit Detij opinio p D. Alexãdro iudicandũ erit donationẽ huiusmodi, & si iuramẽto firmata fuerit illam potuisse D. D. Ottauianũ reuocare.

Quo vero attinet ad secundum dubium dominus Actor duplici vtitur exceptione aduersus prænarratam donationem, quarum alteram proponit vti cessionarius Domini D. Scipionis donãtis prætendens donationem iam narratam in ea parte, quæ respicit commodũ
9 Domine Corneliæ euanuisse ex defectu causæ finalis v3 ingressus eiusdem D. Scipionis in religionem Hierosolumitanam expresse per eum in dictæ donatio-
10 nis prohemio, per aduerbium, quia futuro tempori, quod semper designat, seu denotat causam finalem, prout singulariter scripsit Salyc. in l. generaliter

la-

la secunda, circa finem C. de Episcop. & cleric. eo impensius cùm causa prædi-
11 cta fuit potissima cum ea maior non exprimatur in dicta donatione, iuxta gloss. in l. cum tale §. penult. ff. de condit. & demonstrat. quam sectatur Bald. in dict. l. generaliter, & alij quos refert Couarru. libr. 1. variarum resolutio-
12 num cap. 20. num. 20. ex prohemio namque colligitur causa finalis l. 1. in princ. ff. ad Macedonian. l. final. ff. de hæredib. instiut. vbi Bart. & Bald. late Deti. in cons. 600. num. 1. & cons. 603. num. 7. & licet exprimatur alia causa scilicet patruelis amoris illa est censenda impulsiua, ex dictis per Doctores in dict. l. generaliter, & in l. 2. §. final.
13 ff. de donation. cum ex ea sola nunquam D. Scipio mouisset eius animum ad donandum quia prima charitas incepisset à se ipso, & filijs, iamque videmus eundem Don Scipionem non ingressum in dictam Religionem, & postmodum vxoratum, argumento text. in l. si præses C. de seruitut. & aqua, sicut ergo idem Don Scipio ius hoc potuisset proponere, & Dominam Corneliam, siue eius hæredes condemnari facere
14 ad soluendum sibi dictos introitus exactos ex defectu dictæ causæ finalis ex his quæ tradunt Doctores vbi supra, & legitur notaturque in dict. l. 1. §. fin. ff. de donat. l. adigere §. quamuis ff. de iur. patronat. cap. cum cessante de appellat. Deti. late cons. 456. num 12. & cons. 485. num. 11. late Tiraquell. in tractatu suo cessante causa in princip.
15 num. 11. cum sequenti, vitiatur namque contractus ex defectu causæ finalis, tradidit Bald. in l. nec apud C. de hæredib. instituen. quem refert, & sectatur Deti. in cons. 600. num. 7. itaetiam eandem actionem, seu exceptio-
16 nem intentare, & opponere de iure poterat D. Alexander cessionarius.

Sed demus auth concedendo prædictam exceptionem non subsistere, id quod non creditur, Dominus D. Alexander alteram in medium affert exceptionem quæ modificatiua est pro vno tempore, & pro alio peremptoria, dicit namque donationem iam dictam vsusfructus ducatorum tercentorum collatam vt supra Dominæ Corneliæ fuisse celebratam contemplatione ipsius D. Alexandri & fratris, id quod colligitur ex primordio, seu prohemio dictæ donationis, & ita credendum omni iure, prout idem D. Scipio declarauit Dominam Corneliam fuisse contemplatam occasione, & fauore ipsorum fratrum, ne iuuenis vidua remanens illos derelinqueret ad secundã vota transeundo, quemadmodum primos filios dereliquerat, sed illos regeret gubernaret, & cum illis cohabitaret vitamque duceret cum eis, cum dicta quantitate introituum, vt ipsemet D. Scipio declarauit, & in facto probatum extat, & ex lectura dictæ donationis apparet, dum loquitur de persona dictæ Dominæ Corneliæ, & quod assumptum huiusmodi sit verissimum demonstratur. Primo quia si alias iudicaremus resultaret absurdum, D. Scipionem magis Dñam Corneliam dilexisse, quam voluit esse vsufructuariam ducatorum 300. quam dictos fratres, nepotes, & de eius sanguine, quibus & si bona eius donauit cum aliquibus reseruationibus maximi momenti, illa post mortem donauit reseruando sibi vsumfructum vita durante, præterea ponderentur verba illa in dicta donatione apposita vsufructuaria, & administratrix, hoc itaque verbum
17 administratrix resoluit effectum, & dispositionem vsusfructus illamque reducit ad vim victus vna cum dictis eius filijs nepotibus tamen dicti donantis, iuxta tradita ex multis per Paulum de Castro in consil. 416. ad primum quæsitum 2. volum. quem refert, & sectatur Aimon. Crauetta in consil. 25. numer. 28. quo iacto fundamento vt vero non obstant alia verba in donatione apposita, quod non teneatur reddere rationem Domina Cornelia

de dictis ducatis tercentum, quando quidem illa nihil de iure operantur, ex regula text. in l. si quis decedens ff. de administran. tutorum, immo illa verba eo impensius fundant resolutionem dicti vsusfructus, ex regula text. l. proculus ff. de vsufructu; & credo quod intentio donantis fuit non fuisse necessariam redditionem computorum dictorum ducatorum tricentorum postquam deseruire debebat pro victu Dominæ Corneliæ, & dictorum Dominorum fratrum, ex quibus sic fundatis illud resultat, quod à tempore donationis, quæ intercessit in anno 15.. vsque ad annum 1570. quo Domina Cornelia vitam duxit cum eius filijs prædictis, sunt ascribendi anno quolibet in beneficium Dominorum D. Alexandri, & fratris ducati ducentum, & residui in beneficium Dominæ Corneliæ, postquã dicta Domina Cornelia in temporibus administrationis in exitu ipsorum facit se creditricem dictorum fratrum in pertensam summam alimentorum tis præstitorum, quamuis de stricto iuris rigore, nec essent ascribendi dicti ducati centum in beneficiũ Dominæ Corneliæ, postquam probatum est D. Corneliam dictos fratres pessimè tractasse, & non eo modo quo intentionis erat dicti donantis tractandos esse per Dominam Corneliam, ex regula cessante causa vt supra fundatã, cuius regulæ causa, clara erit Dominis Iudicantibus secunda exceptio alterius temporis peremptoria videlicet ab anno 1570. quo quidem tempore dicti fratres seorsum habitauerunt à Domina Cornelia culpa, & defectu ipsius, vt in facto clarissime est fundatum, vsque ad tempus mortis eiusdem dictos ducatos 300. esse ascribendos in beneficium dicti Actoris.

Nouissimè tamen deueniendo ad punctum adiudicationis præfatæ assero de iure verum esse illam nullius momenti duplici fundamento. Primo ex
18 defectu assensus in actu adiudicationis prædictæ necessarij, ex his quæ refert Bald. singulariter in cap. imperialem in princ. num. 18. & propriè in versic. idem puto de prohibita feud. alienat. per Federicum, ratio autem huius decisionis est quia, & si Domina Corne-
19 lia assensum vel legis, vel hominis habuerit in obligatione bonorum D. Octauiani ex causa dotium, & iurium dotalium sibi restituendorum tamen da-
20 tio in solutum, siue adiudicatio diuersa est ad obligatione feudi, etenim per
21 adiudicationem feudi dominium transfertur, l. final. cum concordantibus C. de iure dominij impetrando, ac si ipse
22 debitor venderet, ex his quæ notantur in l. à diuo Pio §. si pignora de re iudicata, l. 1. & 2. C. si in causam iudicati
23 pign. datum fuit, obligatio nudam tantum possessionem auocat, l. pigno-
24 ris. C. de pignor. assensus namque super possessione nõ operatur super proprietate, nil enim commune habet dominium cum possessione l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirend.
25 possess. consensit Rex obligationi bonorum, vt creditor sit securus vt de fructibus sibi satisfiat, l. 1. 2. 3. & final. C. de pignorat. act. non enim
26 cogitauit Rex debitorem feudi dominium esse alienaturum citra ipsius assensum, & licet Freccia lib. 2. subfeud. quæstio 19. fol. 148. proferat vnum
27 verbum secus esse si à Iudice fiat adiudicatio, tamen non bene dicit meo iudicio ex præfatis rationibus etiam quia se fundat super dicto Bald. in d. cap. imperialem supra citato, qui dicit contrarium, & credo eum non bene legisse Baldum.

Secundo principaliter adiudicatio prædicta fuit nulla; ex quo fuit processum cum persona illegitima quan-
28 doquidem inspicitur factus processus, & omnia inde sequuta cum Domino D. Scipione de Montibus vti curatore dato eisdem fratribus infantibus per Magnam Curiam Vicar. ad petitionem Dominæ Corneliæ, prout in processu adiudicationis, ex his quæ censuit Sacrum Consilium teste Afflicto in

in decis. 262. & ita in omnibus de iure respondendũ,& iudicandũ esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. quod donatio inter virum, & vxorem sit nulla, adde Tiraq. in repetit.l.si vnquam in ver.libertis nu. 112. C. de reuocand. donat. fol. mihi 91. Duen. in regul. 221. incip. donatio, Anton. Gomes. in tit. de contract. cap.4.de donatione num.23.Marquar. de Fusan.in tract.de iudit. 2. par. princ. num.7. inserto in 24. tomo tractatuum in nouissima impressione fol. mihi 41. Vital.de clausul.in rubric.de fraude nu. 9. tom.18.tract.fol.420. Paris.in cons. 86. num.13.volum.3. & Thesaur. in decis.Pedemont.32. num.1. attamen si fuerit firmata iuramento tenet, idem Paris. in d.cons. 86. num.19. Bald.nouell. in tract.de dot.priuil.21. num.14. & 15.Fortun. Garcia in tract.de vlt.fin. iur. canon.& ciuil.num. 324. in 1.tom. tract.fol.123. Ioan.Guter.de contract. iurat.cap.3.num.3. & sqq.tom.6. par. 2. tract. fol. 45. Emanuel Suarez in Thesaur. receptar. sentent. ver.donatio inter coniuges in 1.tom.commun.opin. fol.mihi 271. Viuius in d. tom.1.commun.opin. lib.4.ver.donatio inter virũ, & vxor.fol.51.& Franc.Turcz. in d.tomo 1. fol.49. Anton.Gabr.lib.3. com. opin. in tit. de donat. conclus.3. Guid. Pap.in decis.190.num.5. Thesaur.in d. decis. 32. à num. 2. vsque ad num. 10. Boer.in decis.92.num.6.Bertach.in suo repert. in verb. donatio inter coniuges cum iuramento, ꝙ an procedat tm̃ quãdo donator ante donatarium moriatur, an etiam si donatarius præmoriatur, vide Couarru.in rub.de testament. par.2. num.10.& 11.Ioan.Bapt. Villalob. in 1. tom. com.opin.lib.4.fol.54. Gabriel.in d.concl.3.nu.17. Thes.vbi sup.nu.13.

Ad nu.3.quod donatio prædicta licet iuramento firmata possit reuocari,addo Couar. in loco proxime citato num.11. & quod quando apparet expressa, vel tacita reuocatio, quod tunc morte non confirmetur, tradit Gayl. obseruat.91. lib.2.& donatio facta à viro vxori, quæ confirmatur morte mariti,censetur reuocata per specialem obligationem rei donatæ factã per virum post donationem, quod secus in obligatione generali bonorum facta per eum, Negusan.in tract. de pignor.& hippothec. in 2.par.princ. num. 4.

Ad nu.6.quod donatio prędicta confirmetur morte donantis,Adde Alex.in l.2.col.2.& 3.ff.de leg.1. Afflict.in decis.359.nu.7.Farinac.in dec. Rot.Rom. nouis.16. nu.2.Gomes.in tit.de cõtract. cap.4.de donat.nu.23. ver.aduertendũ tamen, quod procedit si traditio interuenit,idem Gomes. vbi sup. Bertach. in reper.in ver.donatio inter coniuges sine traditione, Couar.in rub.de testam.par. 3.nu.3.quæ traditio debet esse vera, vel ficta, Bart.in l. Papinianus ff.de donat. inter vir. & vxor.Paul.de Castr.in cons. 193.num.6.vol.2. Gomes.in l.45.tauri num.3. ex mente glos.in l.2. C.de dot. caut.non numer.Villal.vbi supra ver.nota quod ad confirmationem P. Fichardus in 1.tom.comm.opin. lib.4.fol.50. ver.donatio int. coniuges, Gabr.vbi supra nu.27. Bertach.vbi supra, & prædicta donatio morte confirmata valebit à tempore mortis, & non retrotrahetur quo ad dominium, licet secus quo ad fructus, glo.in l.talis scriptura ff.de leg. 1. Paul.de Castr. ibidem nu.4. Gomes. vbi sup. Anton.Bard.de temp.vtil.c.12. nu.14.tom.5.tract.fol.217. Bertach.in repert.in ver.donatio inter coniuges,an confirmetur morte, Couar. in d.par.3. de testam.nu 5. quod nota ad intellect. tex.in l.si mortis ff.de donat.caus.mort. & quod prædicta donatio iuramento firmata,& non reuocata per donantem, imo eius morte confirmata teneat, fuit nouissime decisum per Mag.Cur.Vic.in cã D. Aloysiæ miraballæ vxoris quond. D.Scipionis Staibani mei patrui,Aduocati celeberrimi, commissario causæ erudito Doctore Francisco Cesare tunc Iudice ipsius M.C.in banca.Sisti.

Et in hac materia est etiam sciendum, quod donatio inter virum, & vxorem reciproca tenet, Iason in l.si pater.

 puelle

puellæ C. de inoff. testam. & in l. si non sortem §. libertus col. 4. ff. de cond. indeb. & ibi Doctor. per tex. in l. quod autem §. 1. & seq. ff. de donat. inter vir. & vxor. Bertach. in repert. in ver. donatio inter coniuges reciproca, Hippol. in sing. 50. in cap. donatio, Iason in cons. 211. vol. 2. col. 4. in fin. Alex. in l. 2. ff. solut. matrim. Boer. in decis. 355. num. 4. Soccin. in fall. 104. & tunc non requiritur traditio ad hoc vt morte confirmetur, Villalob. in 1. tom. commun. opin. lib. 4. ver. nota quod ad cōfirmationem, fol. 54. & Hippol. vbi supra, & vide 17. casus, in quibus donatio inter virum, & vxorem valet, per Luc. de Pen. in l. mulieres col. 3. circa med. C. de incol. lib. 10. & potissimus est, si fuerit facta per maritum ignobilē, vel senem vxori nobili, vel iuueni, quia tunc prędicta donatio valebit, & intelligetur facta in recōpensam nobilitatis, vel iuuentutis, Bart. in l. si voluntate num. 2. C. de dot. promis. Duenas in reg. 221. in 11. limit. vltra allegatos per Viuiū lib. 4. commun. opin. in ver. donatio inter virum, & vxorem tom. 1. fol. 51. Paris. in d. cons. 86. num. 18. vol. 2. & tunc non militabit dispositio l. feminæ C. de secund. nupt. quia illa lex procedit in quæsitis titulo lucratiuo, & non oneroso, & ideo talis donatio erit communis cum filijs secundi matrimonij, quia ipsam mulier pleno iure acquirit, Præs. de Franch. in decis. 428. nu. 4. Franc. Viu. in silua com. opin. opin. 535. post num. 6. ver. & licet Affl. Molfes. in com. consuet. par. 3. q. 21. nu. 1. & donatio inter virum & vxorem facta in testamento valet, Tiraq. in d. l. si vnquam ver. libertis nu. 119. & 120. pro vt ita in donatione facta marito in testamento, censuit Sac. Consil. referente quon. Consiliario Lanario in causa inter Loysium Fenoglianum cessionariū Io. Petri Sanctori, cum Io. Thoma, & Io. Iacobo de Motta die 3. Octobris 1581. in banca tunc Io. Andreæ de Caro.

Ad nu. 13. adde quod vxor relicta domina patrona, & vsufructuaria alimēta tantum consequitur, Præs. de Franch. in decisione 58. numer. 1.

Ad nu. 18. & 19. adde, quod assensus cap. Neapolitani Regis Catholici concessus mulieribus Neapolitanis, habet locum solum, quo ad obligationem feudalium, non autem quo ad translationē dominij feudorum, Regens de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 6. num. 39. & assensus præstitus obligationi feudorum, non intelligitur præstitus venditioni, idem de Pont. in d. loco nu. 40. ex mente Andreæ, & Camerarij.

Ad nu. 27. adde, quod assensus nouus requiritur in adiudicatione feudi faciēda cessionario, qui petijt a fi . . . . tam ū potestate capiendi, & ita fuit decisum per Sacr. Cons. prout dicit Diomedes Mariconda in constit. constitutionem diuæ memoriæ in oper. Grammatici super constit. quem citat Io. Baptista de Thoro in comp. dec. in ver. assensus regius nouus, fol. mihi 52.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Velleiani etiam ad hæredes transmittitur & nu. 3.*

2 *Senatus consulti Velleiani beneficium iuuat omnes feminas, quæ pro alijs intercedunt, cuiuscunq; qualitatis sint, & vocabuli nuncupentur.*

4 *Patri de iure, etiam bonorum maternorū filij, administratio delata est.*

5 *Mulier licet nomine alicuius intercedat, si illius pro quo intercedit, nulla apparet obligatio, nec realis, nec personalis non dicitur pro alio intercessisse, nec exceptione Velleiani se iuuari potest.*

6 *Si mulier apparenter alienæ obligationi intercedit, censetur propriè obligationi accessisse, & sic proprio nomine tenetur non iuuata velleiano.*

7 *Deceptio excludit Velleiani beneficium.*

8 *Velleianum succurrit deceptæ, non decipienti mulieri.*

9 *Mulier si diligit eum in cuius beneficiū obligatur, & ad eius dilectionem est obligata, facit per hoc cessare beneficiū Velleiani.*

CON-

CONSILIVM LXXI.

Pro Illustr. Marchione Medunei, contra filium. Mulier licet nomine alicuius intercedat, si illius pro quo intercedit nulla apparet obligatio, non dicitur pro alio intercessisse, nec Velleiano iuuatur, & in quibus alijs casibus cesset beneficium Velleiani.

AN Brigida de Mari quæ etiam proprio nomine, ac nomine, & pro parte Augustini Grimaldi interuenit in cōtractu promissionis annuorum ducatorum duorū millium de summa ducatorum trium millium introituum dotalium Marchionis Medunei, contracto per ipsum Marchionem secundo matrimonio, possit ex aduerso prætēdi quod intercesserit in dicto contractu, & succes siue quod ipsa, & Augustinus vti hæres eius iuuari possint beneficio Senatus Consulti Velleiani, cuius beneficium
1 etiam ad hæredes transmittitur, l. hæredes quoq; C. ad Velleianum.

Augustinus ad fundandū exceptionem dicti Senatus Consulti sibi profi-
2 guam dicit, Senatus Consulti prænarratam dispositionem iuuare omnes feminas, quę pro alijs intercedunt cuiuscunque qualitatis sint, & vocabuli nuncupentur, ad tex. in l. 1. l. 2. §. fin. cum concord. ff. ad Velleian. l. 1. C. eod. at hic inspicitur Brigidā pro alio idest Augustino intercessisse, si quidem cernitur primo Brigidā intercessisse nomine Augustini hæredis Elionoræ Citarellæ eius filiæ, quæ Marchioni viro in viduitate permanenti tantum, legauit vsumfructū eius dotium consistentem in dictis annuis duc. 3000. contracto matrimonio secundo, non obstante quod aliter senserit dicta Elionora, igitur cum conuentio appareat super dicto annuo vsufructu dictarum dotium non debito Marchioni ex persona Brigidæ, sed ex persona Elionoræ, & Augustini eius hæredis, ergo clare inspicitur Brigidam etiam proprio nomine in dicto cōtractu obligatā pro Augustino intercessisse, & successiue sicut si viueret Brigida desuper conuenta, posset opponere exceptionē
3 beneficij Velleiani, ita & Augustinus hæres Brigidæ, ex illius persona etiam exceptiue conuentus, poterit replicatione se iuuari dicto beneficio d. l. hæredes quoque C. ad Velleianum.

At Marchio dicit nullam fuisse, nec intercessisse Brigidæ obligationem in dicto contractu, si quidem & si ipsa intercesserit nomine Augustini, nil est, cū ipsa administrationem tam rerum quam personarum legitimam non habebat,
4 nempe aderat Marchio Augustini pater cui de iure etiam bonorum maternorū administratio delata erat, ad text. in l. 1. C. de bonis maternis, late Andr. in constit. Regni minoribus, insuper in casu secundarum nuptiarum, nulla inspiciebatur ex testamento Elionoræ obligatio Augustini, igitur successiue cum nulla
5 nec pſonalis, nec realis obligatio Augustini cernatur, sequitur de iure dicendū, qđ & si intercesserit nomine Augustini, nō dicatur intercessisse, nec exceptione Velleiani se iuuari potuisse, nec Augustinum vti hæredem ad præsens posse, ita tex. in l. quamuis §. si mulier interuenerit ff. ad Velleian. cuius verba sunt hæc, *nō putat, intercessisse eam nullām. n. obligationē alienam recepisse, neq; veterem, neque nouam, sed ipsam fecisse hanc obligationem*, ad idem text. in l. feminis C. ad Velleianum, & sic dum nullam obligationem recipit non dicitur intercedere, & successiue Velleiani beneficium cessat.

Secundo ad idem facit text. in l. aliquando in princip. ff. ad Velleian. cuius verba sunt hæc, *aliquando licet alienam obligationem suscipiat mulier nō adiuuatur hoc Senatus Consulto, quod tum accidit, cum prima facie quidem alienam, re vera autē suam obligationem suscipit*, ex quo tex. apparet dispositū, quod si quis
6 apparenter aliene obligationi intercedit, vt hic cū Augustini obligatio nulla inspiciatur, vt supra fundatum extat censetur

ſetur propriè obligationi acceſſiſſe, & ſic proprio nomine, non iuuata Velleiano, tenetur.

Tertio ad prædictorum confirmationem adducitur, dictam Brigidam induxiſſe Marchionem ad contrahendum priſtinum matrimonium cum promiſſione iam dicta ducatorum duorũ millium, vt apparet ex litteris Brigidæ, & ex teſtibus per Marchionem examinatis, & in contractu iam teſtificatur Brigida, hæredes Elionoræ nõ teneri, ſine qua promiſſione Marchio nuptias ſecundas minime contraxiſſet, igitur Brigida promittens, & certo ſciens hæredes Elionoræ non teneri, ſuam non alienam obligationem ſuſcepit, alias decepiſſet Marchio-
7 nem, quæ deceptio excludit Velleiani beneficium, ita ſcripſit text. in l. ſi deci-
8 piendi animo ff. ad Velleianum, Velleianum namque ſuccurrit decepte non decipienti mulieri l. 2. ff. eod. eo impenſius cum Marchio fuit ſectatus bonam fidem Brigidæ mulieris, quæ omnia pertracta-
9 uit Marchionem diligens, & ad dilectionem eius obligata, ex deductis in proceſſu, id quod Velleianum excludit, tex. eſt ſingularis in l. bona fide ff. ad Velleianum, quare ex prædictis firmatur exceptioni Velleiani, ex aduerſo prætenſe locum non fore.

Paulus Staibanus.

Ad num. 5. adde, quod mulier intercedendo pro negotio ſuo non poteſt opponere exceptionem Velleiani, Conſiliar. de Georg. in alleg. 32. vbi habes in quibus alijs caſibus ceſſet Velleianum, & mulier non dicitur intercedere quando principaliter contrahit, & tunc ceſſat Velleianum, maxime quando ſe cautam reddit, Reg. de Ponc. in conſil. 28. num. 1. & 2. par. 1. & ideo in donatione facta per mulierem, ceſſat beneficium Velleiani, l. ſed ſi ego ff. ad Velleia. Bal. in l. voluntas C. de iud. nu. 2. Paul. de Caſtr. in conſ. 104. ceſſat etiam in datione inſolutum l. nec intereſt ff. ad Velleia. Præſ. de Franch. in deciſ. 279. nu. 3. 4. & 5. & nota etiã, quod ſi mulier iurauit in aliquo contractu excludetur à beneficio Velleiani, cap. ex reſcripto extra de iur. iur. & ibi Abb. nu. 9. Bart. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. Alex. in l. ſciendum ff. de verbor. obligat. quod maxime procedit, ſi certiorata de dicto beneficio, ei cum iuramento renunciauit, Theſaur. in deciſ. 222. Cappell. Tholoſan. in deciſ. 37. ſed in Regno contrarium eſt diſpoſitum per pragm. 1. de Senat. Conſult. Velleia. in qua nõ deſinas videre Conſ. Rouit. qui plura cumulat.

Ad num. 7. & 8. adde text. in l. feminis C. ad Velleia. Anton. Fabr. in deciſ. 4. in tit. de Velleia. Præſ. de Franch. in d. dec. 279. nu. 7. quam per totum videas in hac materia Velleiani.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Remedium capituli reintegrandæ ſola poſſeſſionis probatione nullo ſpolio probato procedit, & habet locum, & ratio, eò impenſius cum recentior poſſeſſio conuenti ſit abſq; titulo legitimo ſaltim colorato, vt nu. 3.*

2 *Probata poſſeſſione antiquiori in perſonã agentis, & recentiori in perſonam conuenti, re ipſa probata cenſetur ſpoliatio.*

4 *Titulus nullus & inualidus, & contra formam iuris, habetur pro non titulo.*

5 *Remedium Canonis reintegrandæ eſt tantum fundatum ſuper antiquiori poſſeſſione.*

6 *Remedium huiuſmodi reintegrandę, probata antiquiori poſſeſſione, cõpetit male fidei poſſeſſori.*

7 *Agenti remedio prædicto, non eſt neceſſe probare dominium proprium.*

8 *Agenti hoc remedio, & antiquiorem poſſeſſionem probanti, non poteſt opponi exceptio dominij, & ita deciſum in Sacro Conſilio nu. 9.*

10 *Titulus etiã notorius, non debet afficere agentem dicto Canone reintegrandæ.*

11 *Confeſſio abbatis, etiam capitularis non præiudicat Eccleſiæ, maxime quando deuenitur ad alienationem rei Eccleſiaſticæ.*

12 Non

12 *Non debet permitti per indirectum, quod directo probibetur.*

CONSILIVM LXXII.

Pro Monasterio Sancta Maria delli Creti de licia. Agenti remedio Canonis reintegranda solam possessionem probare, ac nullum spolium sufficit, quod remedium est tamen fundatum in antiquiori possessione, & an agenti hoc remedio sit necesse probare dominium.

PRAESVPPOSITO facto ex parte Monasterij Sanctæ Mariæ delli
1 Creti, & ex sola posses-
sionis probatione iura-
sanxerunt fundatam es-
se intentionem Monasterij agentis re-
medio cap. reintegrande, nullo tamen
spolio probato, vt tradiderunt Innoc.
& alij post eum in cap. sæpe de restit.
spol. & idem Innocent. in cap. post ele-
ctionem de concessione præbend. Abb.
in cap. si diligenti de constit. & idem
latissime consulendo dixit discussile in
cap. cum ad sedem de restit. spol. in 5.
col. Alex. cons. 6. 2. col. 3. vol. & idem
in cons. 89. in 5. vol. & Bartholom. Socc.
in cons. 266. incipiente in causa vers. 4.
videndum cum seqq. 2. vol. & ratio est
2 secundum Bald. quia probata possessio-
ne antiquiori in persona agentis, & re-
centiori in personam conuentorum re
ipsa probata censetur spoliatio, & eo
impensius in præsenti themate cum re-
3 centior possessio conuenti sit absque
titulo legitimo saltim colorato, vt re-
fert idem Bald. in l. penult. in penul. col.
C. si à non competenti Iudice, per text.
in l. si coloni C. de agricolis, & censitis
lib. 11. vt refert idem Alex. in d. cons. 6.
3. vol. sequendo Bald. in loco præcit.

Nec afficit prætensus titulus, quia nul-
4 lus, & inualidus, & contra formam iuris,
& ideo in aliquo non debet ei opitula-
ri, quia habetur pro non titulo, vt in l.
nec vllam ff. de pet. hæred. cum concor-
dantibus ibi per glos. allegatis.

Nec isto casu est necesse iustificare
dictam possessionem agenti remedio di-
cti Canonis reintegrande, etenim huius-
5 modi remedium est tantum fundatum
super antiquiori possessione, secundum
Innoc. quem communiter sequuti fue-
re, Anton. de Butr. & Abb. in d. cap. sæ-
pe de restit. spoliat. & idem Abb. in d. c.
cum ad sedem eodem tit. immo Anton.
de Butr. in d. cap. sæpe, & Roman. in l.
rem quæ nobis ff. de acquirend. possess.
tradiderunt vnum quod est fortius, quod
6 huiusmodi remedium probata tamen
antiquiori possessione competit male
fidei possessori, quos etiam sequutus
fuit Alexan. in d. cons. 6. vers. & ad hoc
ostendendum in fin. 3. vol. & Rip. in d. c.
sæpe de rest. spoliat.

7 Insuper quod agenti huiusmodi re-
medio non sit necesse probare dominiũ
proprium, tenuerunt omnes Doct. nul-
lo penitus dissentiente, quos refert Soc-
cin. in d. l. rem quæ nobis 9. quæst. prin-
cipali vers. circa primum, & ita ipse con-
cludit sequendo Egid. Bellamer. in deci.
8 Rotæ 36. cui ita agenti, & antiquiorem
possessionem probanti, non potest op-
poni exceptio dominij, vt latè probat
Alex. in d. cons. 6. 5. col. quam opinio-
nem tanquam communem sequutum
8 fuit Sacrum Consilium, vt copiosissime
Afflictus in decisione 361. vbi refert
omnes Doct. tenentes pro, & contra,
10 immo si titulus esset notorius non de-
bet admitti cõtra agentem remedio di-
cti Canonis, secundum veram, & recep-
tiorem Doctorum sententiam, quam se-
quitur Deti. in cons. 57. col. pen. & in
cõs. 252. nu. 4. & Brun. in cõs. 19. col. fin.

Et demum non obstat prætensa con-
fessio Abbatissæ receptionis tertiarum,
11 quia confessio Prælati, seu Abbatis etiã
capitulariter facta nõ præiudicat Eccle-
siæ, maxime quando deuenitur ad alie-
nationem rei Ecclesiasticæ, & glos. in
cap. fin. extra de præscript. & ibi Abb.
pulchre discutit, quem sequitur Felyn.
num. 2. quia per dictam confessionem
per indirectum induceretur alienatio,
quæ directo est prohibita, vt per totum

situ-

titulum de reb. Eccles. non alienand. & per Capit. ea enim 10. quæst. 2. in §. hoc ius; Angel. cons. 144. penult. colum. vbi enumerat quampluries Doctores te-
12 nentes non debere permitti per indirectum, quod directo prohibetur, & sic concluditur prætensam confessionem non afficere ipsum Monasterium, & consequenter reintegrari debere in eius possessione, vel saltim condemnari Mag. Nicolaum de persona ad relaxandum iardenum per ipsum possessum vna cum fructibus, & ita instatur, vt iuris &c.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. adde, quod spoliatus est restituendus etiam si non ostenderit titulum possessionis, Capyc. in decis. 77. Vrsill. in addit. ad decis. Afflicti 324. & ad num. 2. adde quod hoc remedium datur etiam contra titulo possidentem, Osasc. in decis. 93. Petrus de Benint. in dec. 33. Thesau. in dec. Pedam. 29. Affl. in decis. 361. nu. 3. & nu. 33. vbi ita per Sacrum Consilium decisum refert.

Ad nu. 8. addo Archidiac. in cap. hoc ius porrectum 10. quæst. 2. Abb. in cons. 87. Alex. in cons. 100. 4. colum. vol. 2. Deci. in cons. 474. incipiente viso instrumento, & late Tiraquell. in tract. de vtroque retractu in §. 1. glos. 14. nu. 48. qui plures alios Doctores adducit idem tenentes, & nota quod quemadmodum Ecclesia non obligatur, ex contractu, nec ex pecunia recepta, multo minus obligatur ex confessione Abbatis, siue Prælati, & in hoc curiosus debet esse creditor, vt sciat in quo pecunia conuertatur, ad finem vt si versa est in vtilitatem Ecclesiæ, possit Ecclesiam habere obligatam, l. ciuitas ff. si cert. petat. l. quod si seruus §. si sic, in fine ff. de in rem verso notatur in cap. quod quibusdam extra de fideiussoribus, & in cap. 1. extra de solutionibus.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium dicitur decoctum ex constitutione deputatorum.*
2 *Instrumentum dotale, in quo maritus confessus fuit recepisse dotem, & vbi promisit assecurationem sufficit ad assecurandum, quando tamen præcedunt capitula promissionis dotis.*
3 *De legali remedio mulieribus concesso, assecurationis scilicet dotium constante matrimonio propter inopiam viri vigore l. si constante ff. solut. matrim.*
4 *Assecuratio est concedenda mulieri super feudalibus vigore assensus cap. 21. mulieribus Neapolitanis concessi.*
5 *Assecuratio impedit pignoris prætorij venditionem.*
6 *Text. in l. à diuo Pio §. sed illud ff. de re iudicat. disponens fieri bonorum debitoris venditionem, & de pretio satisfieri creditoribus anterioribus, cessat in assecuratione, & ita passim decisum per Sacrum Consilium nu. 7.*
8 *Mulier est assecuranda pro dotibus super aliqua re medio appretio expertorum, & non medijs subhastationibus, & ita decisum per Sacrum Consilium nu. 11.*
9 *Iura concesserunt mulieribus assecurationem pro iusto valore bonorum, de cuius iusto valore non cernitur mulier secura ex subhastationibus.*
10 *Subhastationes inspiciuntur animose, aliquando ex odio, & inuidia licitantiu, aliquoties ob affectum, quia res fuit antiquorum, & aliquando ob comodum vicinitatis.*
12 *Habenti generalem hipothecam competit electio.*
13 *Electio licet fuerit collata in arbitrium creditoris, hoc tamen concessum est ei vti bono viro, & quomodo declaretur num. 32. & 34.*
14 *Bonus vir sic debet arbitrari, vt eam rem eligat, ex qua possit sibi comode satisfieri sine alterius præiudicio.*
15 *Creditor exequens, & vendere faciens rem pretij materis eius credito est in dolo, & tenetur debitori ad interesse, & an hoc sit verum num. 17. & 19. &*

quo-

quomodo declaretur nu.35. & 36. sed secus est in adiudicatione nu.16.

18 *Pro paruo debito tota res vendi, & retineri potest.*

20 *Pro modico credito creditor potest vendere rem magnam, & crediti summam excedentem.*

21 *Mulier eadē priuilegia, & prerogatiuas consequitur in assecuratione, quæ in restitutione, & consequutione dotium.*

22 *Pro paruo debito tota res tenetur, illaque obnoxia est solutioni crediti ex arbitrio creditori à lege concesso.*

23 *Domino domus pro pensione licet modica cōpetit retentio rerum pretiosarū, excedēs satis vltra valorē debitæ pensionis.*

24 *De melioribus competit electio creditori.*

25 *Mulier pro assecuratione dotis potest meliora bona viri eligere, & quid si alij creditores offerant dotem in pecunia mulieri nu.26. & 28.*

27 *Iuri offerendi non est locus in casu assecurationis dotium.*

29 *Doctores non controuertunt electionē cōpetere mulieri petenti assecurationē in melioribꝰ, sed an hoc casu liceat mulieri incūbere pignori oīū bonorū debitoris.*

30 *Assecuratio mulieri conceditur pro rata crediti sui, id quod non potest deduci in feudo quod est indiuiduum, & ideo inoleuit practica quod tunc per mulierem restituitur residuū pretium in pecunia.*

31 *Mulier potest pro consequutione suarum dotiū eligere rem illam quæ magis sibi congrua vicina, & coherentia sit.*

33 *Creditores qui petunt, quod eis nō iuuat, et alijs nocet sunt cōstituti in mala fide.*

CONSILIVM LXXIII.

Pro Ill. Marchionissa Genzani, contra creditores Ill. Marchionis eius viri. Mulier ob vergentiā viri ad inopiam est assecuranda ad eius electionem pro dotibus, & antefato etiā super bonis feudalibus longè maioris sūma credito suarū dotiū, & erit assecuranda medio appretio, & nō medijs subhastationibus, etiā si estarent alia corpora equiualentia credito suarū dotiū, & tunc residuum pretiū per mulierem suppletur creditoribus viri in pecunia.

1 ILL. Marchionissa Genzani perspiciens patrimonium Ill. Marchionis viri decoctū ex cōstitutione Deputatorū, ex reg. tex. in l.2. ff. de curat. bonis dando, illudque integrum tam castrense, seu feudale, quā paganicum, alias burgensaticū, ex causa decoctionis iam dictæ promptū, ac paratum venditioni subhasta ad instantiā vrgentium eius creditorum, ac se ipsam creditricē eiusdem patrimonij anteriorē in duc.6000. pro suis dotibus, iuxta in-
2 strumentum dotale, in quo Marchio cōfessus fuit illos recepisse à fratre dotante præcedentibus capitulis matrimonialibus cum promissione restitutionis illorum in omnem casum restitutionis, & assecurationis vna cū antefato duc.3000. quod instrumētum adhoc sufficit, iuxta tradita per Affl. in dec. 402. vbi Moder. addent. latissimè, petijt se ipsam assecurari super terra Genzani titulo Marchionatus decorata pro dictis dotibus, & antefato absorbentibus creditum duc.9000. eidem minimè refragantibus terrā prænarratā esse valoris duc.60000 in circa, adesseq; alia corpora correspondentia ad valorē duc.9000. vt supra sibi
3 debitorū ex legali remedio mulieribus cōcesso, de quo in l.si constante ff. solut. matrim. & in l. vbi adhuc C. de iur. dot. cum apparatu in eis scribentium.

Intentio Dominæ Marchionissæ ex prædictis decoctione videlicet, & eius credito præfato, fundata luceclarius
4 inspicitur pro dicta assecuratione obtinenda super terra Genzani sibi hypotecata cum assensu etiam capituli 21. mulieribus Neapolitanis, (qualis inspicitur actrix) à Rege Catholico concessi,
5 quæ assecuratio impedit de iure pignoris prætorij, & sic dictæ terræ iam exequutæ, seu sequestratæ venditionem, quandoquidem mulier loco hypotecæ consequetur tenutam dictæ terræ constante matrimonio pro iurium suorum securitate alendo se, & familiam de eius fructibus, & ea de causa cessare dispositionem
6 tex. in l. à diuo Pio, in §. sed illud

ff.de re iud.disponentis fieri bonorũ debitoris venditionem, & de pretio satisfieri crediroribus anterioribus, scripsere latissimè Bald.nouell.in tract. dotis in 7. par.priuil. g 24.47.& 48.& Nicosan.in tract. pignor.in 1.memb.5.part.princip. nu.29. vers.9. alius effectus, iuxta quam
7 opinionem cōmunem passim S.C. citta dubium aliquod censuit assecurandaq;
8 erit Dña Marchionissa super terra præfata medio appretio expertorum,& non medijs subhastationibus. Primo quia
9 iura concesserunt mulieribus assecurationem pro iusto valore bonorum,de cuius iusto valore non cernitur mulier secura ex subhastationibus l. licitatiō in princ. ff.de publi. & vectigal. si quidem
10 in eis inspiciuntur animosæ subhastationes, aliquando ex odio, ac inuidia licitantium, d.l.licitatio, aliquoties ob affectum, quia fuit antiquorum, l.si in emptionem ff. de minor. & nouissimè ob commodum vicinitatis, ad tex.in l.si cui fundus ff.de legat. 1.vt quã perbelle explicat Imol.in l.in ratione §. vendere ad l.falc. & ex alijs fundat Hercul. in l.pretia rerum vet. circa octauũ ff.ad l.falcid.
11 ex quibus ita in indiuiduo assecurationis peritæ per mulierem, passim,& indifferenter S. C. censuisse, refert D.de Franch.in eius decis.54.à nu.6.vsque in finem,non obstante quodam asserto cōtrario decreto eiusdem S.C. prolato in anno 1489. de quo fecerat mentionem Capyc. in sua decis.41. & sic quæstio in hoc non recipit dubium aliquod.

Nouissimè audacter firmatur non posse denegari Dñę Marchionissæ assecurationem petitam super dicta terra iam ei hypotecata cum assensu, vt supra; quo casu nil differt feudum ab allodio, idq; cum eidem Dñæ Marchionissæ pro suorum iurium dotalium consequutione
12 habenti generalem hypotecam competat de iure electio, ex reg.tex.in l.creditoris arbitrio, ibi quibus velit distractis ff.de distract.pignor.cum concord.& licet ex aduerso obijci possit, electionem iam dictam super dicta terra Dominæ Marchionissæ esse denegandam ex existentia aliorum corporum æquiualentis pretij cum dicto eius credito duc.9000.
13 duplici fundamento, tum quia electio huiusmodi licet fuerit collata in arbitriũ creditoris, illud tamen concessum est ei vti bono viro,ex reg.text.in l.1.ff.de solutionib. & in l.si sic legatũ,vbi Ias. omnia vt nil supra cumulat ff. de legat. 1.
14 quia bonus vir sic debet arbitrari,vt rem eam eligat, ex qua poterit sibi comodè satisfieri,sine tamen alterius præiudicio. Secundo ex dictis per glos.in l.quandiù in ver.amictit C.de distract.pign. asserē-
15 tem creditorem exequentem,& vendere facientem rem pretij maioris eius credito esse in dolo, & proinde teneri debitori ad interesse.

Nihilominus Dña Marchionissa prædicta contraria cōfutat iuribus, authoritatibus,& rationibus, iuribus. Primo in
16 adiudicatione adducitur text.singul. in auth.hoc nisi debitor, ibi tunc etenim res mobilis,quam debitor habet meliorem C.de solution. vbi glos. in ver. me-
17 liorem ampliat, etiam si creditor sit in re,vel quantitate vili, & Bald.ibidem in princ. ibi ego addo aliud glo.in ver. possessorem in l. moschis, & dicta ibidē per
18 Bart.in 1.quæst. affirmantes pro paruo debito totam rem teneri, & sic vendi,& retineri posse. Secundo adducitur text. in §.quod autem ver. rerum verò dario sit huiusmodi quæcunq; verò sunt me-
19 liora dentur creditori, in auth. de fideiussor.per quem text.sic scripsit Alex.in l.2.§.1.nu.7.in antiquis ver. 9 priuatus quando nō potest soluere ff.si cert. pet.

Authoritatibus si quidem adducitur. Primo doctrina Bart.per illum tex.in d. l. creditoris arbitrio in 2.quæst.iuncta glos. prædicta in ver.ammictit,vbi asserit
20 pro modico credito creditorem posse vendere rem magnam,& crediti summã excedentem, quam glos.in hoc proposito approbat ibidem Saly.nu.1.ver.quæro quidã creditor, si in consequutione crediti hoc permitteretur ergo in asse-
21 curatione,si quidem mulier eadem priuilegia, & prærogatiuas consequitur in assecuratione,quæ in restitutione, & cōsequu-

sequutione dotium, vt latè concludit Nicosan. in tract. pignor. in 4. membr. 2.par.princ. num.50. ver.ex quibus sequitur. Secundo allegatur glos. in ver. possessorem in l.moschis, & dicta ibidē per Bar.in 1.quæst.ff.de iur.fisc.affirmā-
22 tes pro paruo debito totam rem teneri illamq; obnoxiā esse solutioni dicti creditori,ex arbitrio creditori à lege concesso ex dispositione dictorum iurium,& ibidem notatorum in d. l. creditoris arbitrio,& d.l.quandiu.Tertio accedunt dicta per Ias.in §.item seruiana nu.61. & 62. referens omnia prænarrata in præcedenti capite instit.de action.affirmans
23 Domino domus pro pensione modica competere retentionem rerum prætiosarum excedentem satis vltra valorē debitæ pensionis.Quarto ad idem,de me-
24 lioribus competere electionem,tradidit Luc.de Penn. in l. quicumq;, per illum text.de omni agr.deser.lib.11. C.quem sectatur Capyc.in decis.42.nu.5. Quin-
25 to in proprijs terminis assecurationis. scilicet competentis mulieri,quod possit de melioribus eligere,scripsit Nicosant. in tract.pign in 1.memb.5.par.princ.nu. 33. Sexto & notissime in indiuiduo idē tradidit Bal.nouell.in tract.dotis in 47. priuil.in fin.ver.licet possit mulier, & licet in fine proferat hæc verba, nisi cre-
26 ditores alij offerant dotem in pecunia mulieri, nihilominus huiusmodi verba sunt intelligenda non in casu assecura-
27 tionis,in qua non est locus iuri offerendi,vt idemmet Bal.in princ.dicti priuilegij latè comprobat, & affirmat hoc esse priuilegium dotis quadragesimū septi-
28 mum,sed in casu restitutionis dotium, vt affirmat in dicto princ.& Afflict.testatur in dec.199.vbi Moder. Addent. alias loqueretur contra iura,aduertens Dños Iudicantes per Doctores prædictos nō
29 controuerti electionē iam dictam cōpetere mulieri in melioribus,sed an mulieri liceat incūbere pignori hoc casu omnium bonorū debitoris,benè tñ affirmāt
30 rem illam prætiosiorē mulieri assignari pro rata crediti sui,id q non pōt praxim deduci in feudo,quod est indiuiduū, & propterea praxis inoleuit per mulierem suppleri residuum pretium in pecunia.

Rationibus etiam tam particularibus, quā generalibus tolluntur obiecta prædicta, particularis,nempe illa reditur, si quidē Luc. de Penn.testatur in d.l. quicumq;, quē Capyc.sectatur in dec. 42.
31 nu.3. q mulier pōt pro consequutione suarū dotiū eligere rem illā, quæ magis sibi cōgrua,vicina,& coherentia sit, quo fit, vt Dña Marchionissa eligendo terrā Genzani titulo Marchionatus decoratā elegit sibi congruam, ne dignitas Marchionalis à familia de Tufo in dedecus filij, & descendentium deperderetur, & creditoribus priuatio prædicta nullū comodū apportaret,si quidē titulus pfatus non includeretur in venditione terræ.

Et ex dictis in præcedenti fundamēto corruit ponderatio ex aduerso facta super d.l.creditoris arbitrio, & dictū glos. in d.l. quandiù, cessat inquā dicta ponderatio, si quidē cum Marchionissa ele-
32 ctionem prædictā fecerit, ne eius proles titulo Marchionatus priuaretur, sine tñ incomodo, & damno creditorū stante qualitate dicti tituli inuendibilis, quinimò creditores contrariū prætendētes
33 sunt constituti in mala fide,cum petāt, q eis non iuuat,& alijs nocet,illud est q
34 omnis bonus vir arbitratus fuisset, & debuisset,& successiuè in fauorem Marchionissæ remanet in nullo diminuta dispositio d.l.creditoris arbitrio, nec viget
35 contra Marchionissam, d.glo.in l.quandiù,si quidē eadem ratione cessat dolus, & iusta causa electionis militat, & consequenter militat dispositio illius in beneficiū Marchionissæ, dum disposuit posse vendi rem prætiosā pro modico debito, & cessante dolo, cessat actio ad interesse,quibus additur terrā prędictā es-
36 se promptam venditioni,& D.Marchionissam terrā prędictā appetere pro iusto pretio, sine tñ preiudicio creditorum,& debitoris,qui debitor vidēs terrā venalē non contradicit Marchionissæ,quo fit vt eo impensius non sit locus dictis per glo.in pdicta l.quandiù, ex dictis p Bar. ibi,quē Saly. ibid.refert, & sectatur n.1.

Ll 2 Cum

Cum igitur ex præfatis luce clarius firmatum appareat intentionem Ill. Marchionissæ fundatam contrariaq; Iuribus, authoritatibus, & rationibus reiecta, seu confutata, nulli Iudicantium dubia fiet Marchionissæ petitio, ac illius victoria suffulta iuris, & equitatis authoritate, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

Materia ista assecurationis dotium constante matrimonio propter inopiam viri, est adeo frequens, & in foro versata, qđ propterea in ea velociter calamus inscribēdo, currit, & ideo pro additione præsentis consilij, subnectam aliqua magis practicabilia, & quæ in palatijs quotidiè terminantur, sed ante quam ad ea deueniam est sciendum quod pro creditoribus Marchionis Genzani, contra prædictam Marchionissam, & sic pro contraria parte scripsit Fabius de Anna in cons. 63.

Ad nu. 2. adde Bald. nouell. in l. 1. nu. 147. ver. septimo limita ff. solut. matrim. sed contrarium quod imo etiam præcedente promissione non valeat confessio dotis receptæ durante matrimonio plutibus firmauit, Ruin. in cons. 56. num. 4. & seqq. vol. 5. & nota quod instrumentū dotis debet confici ante contractū matrimonium, quod si cōstante matrimonio maritus confiteretur recepisse dotē, & pro ista dote confessata in casum petite assecurationis restitueret sua bona, & dos fuisset in rebus mobilibus, præsumptio est iuris, & de iure quod isto casu interfuit fraus, & proinde ista confessio nullo modo præiudicat creditoribus, ita notabiliter Bart. in l. si constante nu 100. ff. solut. matrim. per text. in auth. sed iam necesse C. de donat. ante nupr. & ratio est quia dos confessata, quæ in effectu non fuerit soluta, non potest repeti, l. 1. C. de dot. caut. non numer. & ideo prædicta dos confessata non præiudicat creditoribus mariti etiā futuris, Gozad. in cons. 28. per totum, Alex. in cons. 142. vol. 5. Tholos. in decis. 339. Couar. late lib. 1. variar. resolut. cap. 7. à nu. 4. ver. sed & præcedentibus vsque ad finem, Io. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 33. & licet prædicta confessio habeat vim donationis, tamen talis donatio non accipit robur nisi sequuta morte mariti, & sic respectu dominij erit vxor posterior creditoribus natis etiam cōtracto matrimonio, Nicolaus Bellonus notabiliter in cons. 47. incip. in causa eorum de Marchinis, per totum, & in cons. 48. vbi respondet omnibus motiuis, & ibi tradit quod hoc casu iuramentum non obstat, & plura alia notatu digna, sed an hoc casu sufficiat probare partem vere dotis solute, vt cōfessio operetur in reliqua, Deci. in cons. 536. nu. 10. & Aymon. in cons. 198. nu. 6. ex mente Soccini in cons. 82. lib. 3. tenent quod sic, sed contrarium quod imò hoc casu integra debeat probari satisfactio, tenet Rip. in responso 121. & quando mulier præferatur creditoribus in dote confessata, & quando non, vide apostill. ad decis. Tholos. 217. vnum tamen nota, quod quando mulier nobilis, vel iuuenis nubit ignobili, vel seni, tunc confessio dotis valet, quia præsumitur facta animo donandi, Ias. in l. si non fortem §. libertus post nu. 8. ff. de condit. indeb. & in l. ex hoc iure nu. 55. ff. de instit. & iur. Apostil. ad Paul. de Castr. in l. 1. in vlt. col. lit. A. ff. solut. matrim. Angel. in cons. 153. Afflict. in decis. 61. & eo casu donatio licet inter virū & vxorem valet; pro vt dixi supra in addit. cons. 70. ad nu. 6. ver. & in hac materia.

Ad num. 3. in materia d. l. si constante ff. solut. matrim. vltra infra dicenda vide Afflict. in decis. 242. & 333. Ricclum in collect. decis. par. 1. collect. 142. & in materia assecurationis nota primo, quod mulier viro vergente ad inopiam est assecuranda non solum pro dote, sed etiā pro antefato, l. vbi adhuc C. de iur. dot. Afflict. in decis. 199. Rolan. in consil. 9. nu. 9. Soccin. in cons. 111. vol. 3. & prædicta vxor & vir debent alimentari constante matrimonio de fructibus bonorū, super quibus vxor fuit assecurata, Affl. in dec. 9. post nu. 3. & poterit assecurari

super

ſuper pecunia viro debita, Afflict. in deciſ. 221. Reg. de Pont. in conſ. 124. num. 11. & ſeq. vol. 2. & aſſecuratio non transfert dominium, Affl. in d. deciſ. 9. nu. 2. Roman. in conſ. 392. Decius in conſ. 45. num. 4. Vrſill. in addit. ad dictam deciſ. Afflict. 9. Præſes de Fran. h. in dec. 617. par. 4. à nu. 7. vſque ad nu. 9. Magon. in deciſ. Rot. Florent. 125. & an agentibus creditoribus mariti contra ipſum, poſſit mulier ratione hipothecæ petere aſſecurationem ſuper bonis mariti, & in codẽ iudicio admitti ad probationem, quod maritus vergat ad inopiam, Gramat. in deciſ. 92. nu. 17. & ſeq. & mulier non poteſt agere contra tertios poſſeſſores non diſcuſſis bonis viri quando petit aſſecurationem, Rolan. à Vall. in conſ. 9. num. 13. vol. 1. Gratian. in deciſ. 71. ſed quando adeſt clauſula conſtituti, tunc excuſſio non requiritur, Anton. Faber in deciſ. 25. in tit. de iur. dot. & mulier aſſecuratur etiam ſuper bonis fideiuſſoris dotis, ſeu correi viri, Neguſant. in 1. memb. 5. par. num. 35. Roman. in conſ. 392. col. fin. nu. 24. & maritus ſi male tractat res dotales poterit vxor, vel uti remedio aſſecurationis, vel ſequeſtro, Bald. de dote vol. 5. q. 70. & ſi retinet concubinam, poterit vxor repetere dotem etiam conſtante matrimonio, Hippol. in ſingul. 234. & ſi fideiubet pro alijs poterit vxor conſtante matrimonio repetere dotes, Alex. in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. Marant. in diſput. 6. num. 13. & an fideiuſſor mariti in dote, poſſit petere ſe liberari à fideiuſſione, & quid ſi maritus dilapidat bona, Afflict. in deciſ. 241. & mulier poſt aſſecurationem non variat, Capyc. in deciſ. 46. & aſſecurata ſuper vna re non poteſt mortuo viro variare, & ſi remanſit in poſſeſſione, dicitur iure familiaritatis remanſiſſe, Decius in conſ. 46. & marito (poſt reſtitutionem factam vxori aſſecurationem petenti) ſi obuenerit aliqua hæreditas opulenta, vel ex aliqua alia cauſa fuerit effectus diues, an poſſit ab vxore dotẽ repetere, vide Bal. in l. vbi adhuc col. penult. nu. 127. C. de iur. dot. & Bart. in l. ſi conſtante nu. 107. ff. ſolut. matrim. & Tiraq. in tract. ceſſant. cauſ. 2. par. limit. 14. & in prædicta materia aſſecurationis vltra ſupradicta vide Afflict. in dec. 349. & Io. Baptiſtam de Thoro in cõp deciſ. ver. aſſecuratio dotis fol. mihi 48. à ter. & 49.

Ad num. 4. addo Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 2. per totam, & Regent. de Pont. in tract. de Poteſt. Proreg. tit. 6. num. 44. in fine, & tit. 8. §. 6. nu. 3. & aſſenſus vigore prædicti capit. Neap. habet locũ etiam in dote confeſſata dummodo præceſſerit promiſſio etiam in præiudicium tertij, & fiſci, Camerar. in cap. imperialem fol. 57. in magnis lit. V. de prohib. feud. alien. per Feder.

Ad nu. 8. adde quod aſſecuratio debet præſtari pro pretio quo emptores reperiuntur, licet apretium ſit longe minus, Capyc. in deciſ. 41. num. 13. Præſ. de Franch. in deciſio. 54. num. 5. in fine.

Ad num. 21. quæ differentia ſit inter aſſecurationem dotis conſtante matrimonio, & reſtitutionem, quæ fit ſoluto matrimonio, vide Grammar. in deciſ. 92. nu. 1. & ſeqq. Ant. Fab. in deciſ. 2. in tit. de iur. dot.

Ad nu. 27. adde Doctor. in l. cum tibi C. qui potior. in pign. habean. Iacobum Mandell. in conſ. 80. quamuis per totũ, Cacheran. in deciſ. Pedam. 135. per totam, Præſ. de Franch. in deciſ. 54. Decium in conſ. 106.

Ad num. 29. an mulier petendo aſſecurationem, poſſit omnia bona viri occupare, vel debeat procedi ad venditionẽ, vt de pretio ſatisfiat mulieri, vel mulier poterit pignori incumbere, Soccin. in conſ. 111. volum. 3. Neguſant. de pignor. Deci. in conſ. 199.

Paul. Staib. Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Plus, & minus non conſtituit prouentus, ſiue condemnationis ſpecificam differentiam.*

2 *Iudex ſecundarum cauſarum quando cõdemnat*

demnat in pœnam pecuniariam aliquē, in quam condemnauit primus Iudex, licet condemnet eum in maiorem summam, tamen sequitur condemnationē, & sententiam primi Iudicis.

3 *De iure censetur augumentum esse eiusdem conditionis, & qualitatis.*

4 *In maiori summa contenta in sententia primi Iudicis, minor contenta in sententia Auditoris, seu secundi Iudicis inest.*

5 *Prouentus faciendi per Capitaneum si sūt Vniuersitatis, & Capitaneus condemnat aliquem in pœnam corporalem, Auditor vero ad pecuniariam, tunc prouentus iste an spectet ad Vniuersitatē, vel ad Baronem, notabilis distinctio super hoc affertur.*

6 *Prouentus condemnationis pecuniariæ factus ex necessitate est Ecclesiæ habentis iurisdictionem ciuilem, non autem habentis iurisdictionem criminalem, etiā si cōdemnatio sit facta per Iudicē constitutum ab habente iurisdictionem criminalem, & ita iudicatum.*

7 *Iudex secundarum causarū an possit eligi à miserabilibus in prima instantia.*

8 *Auditores constituuntur tantum, vt cognoscant de grauaminibus, & causis appellationum, adeo quod illis casibus cessantibus cessat iurisdictio.*

9 *Iudex secundarum causarum respectu primæ causæ non est Iudex competens.*

10 *Iurisdictio non potest stare pœnes duos insolidum.*

11 *Electio non precedit, & sic etiam variatio, quæ est electio, nisi præstito iuramento perhorrescentiæ nu. 12.*

13 *Perhorrescentia cessat in eodem loco eadem Curia, & eadem iurisdictione, & ideo à Magna Curia non datur variatio ad Sacrum Consilium.*

14 *Prouentus factus per Auditorem, seu Iudicem secundarum causarum electum aliqua ex causa in prima instantia, est Vniuersitatis habentis ex priuilegio prouentus faciendos per Capitaneum, & ratio.*

15 *Episcopo cui est in alia Ecclesia concessus canonicatus cum sedet in illa Ecclesia vti Canonicus non habet primam sedē vti Episcopus sed eam quæ conuenit illi Canonicatui, siue Canonico.*

CONSILIVM LXXIV.

Vniuersitas si habet priuilegium Regium, quod omnes prouentus faciendi per Capitaneum sint sui, an quando per Auditorem, seu Iudicem secundarum causarum augentur, vel minuuntur, vel confirmatur sententia, vel quando condemnat Capitaneus ad pœnam corporalem, & Auditor ad pecuniariam, vel quando per viam electionis sit aditus ad Auditorem ex priuilegio miserabilium, condemnatio pecuniaria ex decreto Auditoris spectet ad Vniuersitatem, vel ad Baronem.

VNIVERSITAS Briatici obtinuit Regium priuilegiū, q̄ omnes prouētus faciendi per Capitaneum ipsius sint Vniuersitatis modo quæritur super infrascriptis casibus particularibus, primo quando Capitaneus condemnat in viginti, & Auditor in quatraginta, secundo quando confirmatur eadem condemnatio pecuniaria per Auditorem, tertio quando pœna per Auditorem minuitur, quarto quando Capitaneus condemnat ad pœnam corporalem, & Auditor ad pœnam pecuniariam, quinto, & vltimo quando per viā electionis fit aditus ad Iudicem secundarum causarum ex priuilegio miserabilium personarum, an condemnatio pecuniaria ex decreto dicti Auditoris sit Vniuersitatis, vel Baronis.

Ad primū dicitur quod integer pro-
1 uentus est Vniuersitatis, nempe plus, & minus, non constituit prouentus, siue condemnationis specificam differentiā, vulgatis Iuribus, si quidem per Auditorem confirmatur sententia primi Iudicis impliciteq; declaratur adesse delictum, cuius causa inquisitus debet plecti pœna pecuniaria etiam maiori Auditori vi-
2 sa, & successiue sequitur condemnationem, & sententiam primi Iudicis, iuxta

notata

notata per Parid. de Puteo in tract. sindicat. in verb. prouentus in fin. col. vers. tamen in Regno obseruatur, eo impen-
3 sius cum censeatur de iure augmentū esse eiusdem conditionis, & qualitatis, l. inter §. cum inter ff. de pac. dot. Andr. in cap. 1. §. si quis de manso col. 2. de contr. inuest. & in cap. 1. §. sed & res col. 2. ver. si vero agnatus per quos fiat inuest. Idē in secundo casu quando confirmatur, Idem in tertio quando pœna minuitur,
4 quia in maiori summa contenta in sententia primi Iudicis, hæc minor contenta in sententia Auditoris inest, iuxta tradita per Afflict. in decis. 362. loquentem in proprijs terminis sententiæ.
5 Quo ad quartum puto distinguendū, aut condemnatio Iudicis secundarum causarum processit ex voluntate, & tunc prouentus non est Vniuersitatis, quia vna sententia nil commune habet cum alia. aut ex necessitate, vt quia coram Auditore inquisitus probat aliqua, ex quibus de iure inquisitus non potest, nec debet plecti pœna corporali, sed pecuniaria, vel quia sumus in casibus, in quibus procedit compositio, & tempore prosequutionis causæ coram Capitaneo non erat habita partis remissio, quæ superuenit tempore appellationis coram Auditore, & tunc pœna pecuniaria est ipsius Vniuersitatis, ex dictis per Capy. in decis. 27. in 3. dub. in quo discutit, & iudicatum esse in Sacro Consi-
6 lio, affirmat, prouentum condemnationis pecuniariæ factæ ex necessitate esse Ecclesiæ habentis iurisdictionem ciuilē, non autem habentis iurisdictionem criminalem, & si condemnatio prædicta facta fuerit per Iudicem constitutum ab habente iurisdictionem criminalem.

Quo ad quintum affirmamus caput prædictum duos articulos habere, alterum, an possit eligi Auditor in prima causa, secundus quando aliqua ex causa possit eligi, an condemnatio pecuniaria sit Vniuersitatis. Quo ad primum dici-
7 mus iudicium Auditoris non posse eli-
8 gi. Primo quia Auditores cōstituuntur tantum vt cognoscant de grauaminibus, & causis appellationum, adeo quod illis casibus cessantibus cessat iurisdictio, l. non distinguemus §. de officio ff. de recep. arbitris cum concordantibus, tan-
9 to magis cum Iudex secundarum causarum respectu primæ causæ non sit Iudex competens, & proinde non est adimenda hæc iurisdictio à Iudice ordinario primarum causarum, etiam quia iu-
10 risdictio non potest stare pœnes duos insolidum, ita Bart. in l. inter tutores ff. de administr. tutor. ita scripsere Andr. in constit. Regni statuimus in ver. generalia tamen verba, vbi Afflict. num. 13. & in decis. 257. nu. 4. & fusius Carau. in ritu 233. num. 7.
11 Secundo nempe electio non procedit, & sic etiam variatio, quæ est electio, l. eum qui certarum §. 1. de verb. oblig. Afflict. in constit. statuimus nu. 7. notab. & Carau. fusius in ritu 233. nu-
12 mer. 9. nisi præstito iuramento perhorrescentiæ, vt in constit. Regni statuimus, vbi Andr. & Afflict. qui sic dicit seruari decis. 257. num. 4. & Præs. de Franch. in decis. 257. per totam, & in spetie nu. 5.
13 quæ perhorrescentia cessat in eodem loco, eadem Curia, & eadem iurisdictione, cuius causa videmus, è Magna Curia non dari variationē ad Sacrum Consilium.

Quo ad secundum articulum affirmamus condemnationem pecuniariam, &
14 prouentum factum per Auditorem, vt supra spectare ad Vniuersitatem, nempe sententia, seu prouentus per Auditorē, non sit vti Iudicem secundarum causarum, sed vti primarum causarum, & sic
15 vti Capitaneum, exemplo Episcopi, cui est in alia Ecclesia concessus Canonicatus, nam cum sedeat in illa Ecclesia vti Canonicus, non habet primam sedem vti Episcopus, sed eā, quæ conuenit illi canonicatui, siue Canonico, ita glos. in cap. à collatione de appellat. in 6. cuius meminit ad hoc propositum Capyc. in dec. 27. nu. 26. & sic in prędictis de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad

Ad num.8.adde Vrsill.in addit.ad dictam decision. Afflict.362.qui plura cumulat, sed Præs.de Franch. in dec.356. dicit quod contrarium semper fuit seruatum in Sacro Consilio, scilicet quod in maiori summa contenta in sententijs, non inest minor, & quod hoc seruatur etiam in causis criminalibus, & prædictũ articulum verum esse de iure late disputat in d.decis. & ideo eum videas, & in materia prouentuum an sint de regalibus, vide Regent.Lanar. in cons.34. vbi num. 7. & 8. tenuit non esse de regalibus.

Paul.Staib.Iunior.

SVMMARIVM.

1 *Baronia est nomen Vniuersitatis facti sub se continens plura feuda sicut territorium.*

2 Baronia *cognominatur quædam Prouincia.*

3 *Baronia constituitur Regis* Domini *destinatione, vt contineat in se plura feuda, & castra, sicut Rex vult etiam in diuersis locis existentia.*

4 *Vnio terrarum fundatur in vnita adoha taxatione, & solutione exemplo vnionis Ecclesiarum, quæ fundatur, ac probatur ex vnita solutione procuratoris facta Episcopo per dictas duas* Ecclesias, *quæ soluitur in signũ subiectionis, & dominij vt adoha.*

5 *Feuda quando sunt vnita alienari diuisim non possunt quando in eis viuitur iure Francborum, quia sunt indiuisibilia.*

6 *Pragmatica nouem capitum edita per inuictissimum Carolum V. prohibet Illustrissimis Proregibus assentiri nomine Regio super venditionibus, in quibus inducitur diuisio feudi.*

7 *Quando contractus est nullus etiam condemnatio fructuum venit.*

8 *Ad validitatem prorogationis pacti de retrouendendo alicuius feudi non requiritur regius assensus, cum sit idem pactum, & ita decisum in Sacro Consilio.*

9 *Idque procedit etiam quod in dictis prorogationibus appareat reseruata regij assensus impetratio.*

10 *Facto inducitur ratihabitio.*

11 *Prorogatio facta à tutore pacti de retrouendendo in tempus, non tamen tempore decurso, alicuius feudi est valida etiam citra assensum, eo impensius læsione existente.*

12 *Stante læsione pactum de retrouendendo, licet temporale reputatur perpetuum.*

13 *Pactum de retrouendendo ad tempus in venditione annuorum introituum appositũ concurrente contractus suspitione ex causa modicitatis pretij, ac pacto de retrouẽdendo, et voluntate alienandi libere, & alijs reputatur perpetuum.*

14 *Læsione stante vnanimi sententia omnes Doctores antiqui, & recentiores disposuerunt pactum de retrouendendo licet temporale esse perpetuum.*

15 *Læsionem in pacto de retrouendendo, ad hoc vt sit perpetuum, iura remiserunt* Iudicis *arbitrio, vt si esset in sexta parte, seu minori sufficiat.*

16 *Ius reemendi non solum consistit in agendo, seu in iure actionis verum etiam in excipiendo siue facultate exceptionis.*

17 *Sicut natura exceptionis est perpetua, & nulla temporis præscriptione tollitur, ita & ius reemendi exceptioni coniunctum nu.18.*

19 *Ius reemendi per viam exceptionis, vel retentionis opponi potest.*

20 *Ius offerendi quod iuri excipiendi coniunctum est nunquam præscribitur.*

21 *Assensus operatur tantum circa expressa.*

22 *Assensus regulatur secundum naturam contractus, super quo interponitur.*

23 *Assensus præstitus super dotis promissione extenditur etiam ad dotis restitutionem, quia natura dotis constitutæ ea est, vt illa soluto matrimonio restituatur.*

24 *Assensus extenditur ad tacitum à lege subintellectum dependens ab expresso.*

25 *Assensus præstitus in beneficium tertij exten-*

extenditur ad eius haeredes cum ita lex disponat.

26 *Assensus intelligitur ciuili modo, & prout ius intelligit.*

27 *Assensus an extendatur ad prorogationẽ pacti de retrouendendo, & quid apparente laesione.*

28 *Contractus venditionis feudi facta à minore citra balij authoritatem, ac non militãtibus, sed cessãtibus omnibus sollemnitatibus à iure requisitis in vẽditione bonorũ stabiliũ minoris est nullus.*

CONSILIVM LXXV.

Pro Comitissa Sarni, ac Baronissa Noha, contra Haeredes Marcelli Phileni. Vnio feudorum ex quibus probetur, & feuda in quibus viuitur iure Franchorũ sunt indiuisibilia, & ad validitatẽ prorogationis pacti de retrouendendo feudi non requiritur assensus, & stante laesione pactum de retrouendendo, licet temporale reputatur perpetuũ, & laesio in hoc casu remittitur Iudicis arbitrio, & assensus regulatur secundum naturam contractus, super quo interponitur.

RECORDOR alias succinte scripsisse pro D. Baronissa Nohae, ad p̃sens Comitissa Sarni, nunc iterum, sed fusius reassumẽdo capita praedicta illisque alia addendo, cum de causa expeditione tractetur, vt clienti carissime morem geram, dico quod ex duobus capitibus praetẽdidit, Baro pater relaxationem feudi Francauillae, ac declarari contractum venditionis dicti feudi factae per Nicolaum de Noha fratrem, Notario Philenio Pipio pro duc. 700. cum pacto de retrouendendo, l3. temporali in anno 1568. nullũ (ea potissimũ ratione) quia dictũ feudũ fuit per alienationẽ praenarratã diuisũ à Baronia Nohae, cui apparet vnitũ, & secundo vigore pacti p̃dicti de retrouendẽdo, stante deposito pretij p̃narrati. Respectu primi capitis, diximus illud fundari respectu vnitae taxationis Regiae adohae, vt ex fide caedularij Reg. Cam apparet.

Secundum caput fundauimus ex prorogatione p̃dicti pacti facta per dictum Philenum vsq; ad diem petitionis praedictae, & secundo ex maxima laesione venditoris iń venditione praedicta.

Praedicta laesio clara oĩbus praetermissis reditur ex appretijs de ordine S. C. factis quorum sim̃ distinctè factũ annuorum duc. 177. reditus continet summã duc. 2836. 3. 1. Tertiũ vero duc. 1794. 4. 2. nulla habita ratione primi appretij cõtinentis pretium duc. 750. tanquã superati ex dictis duobus appretijs distinctè factis, ac erronei, & indistincti, vt ex eo legitur, quodq; laesio p̃dicta sit verissima patefit ex tribus p̃rogationib⁹ factis, cum pacto retentionis duc. 200. pro residuo pretij dicti feudi ab anno 1569. retentorum, cum nisi adfuisset laesio, Baro non promisisset, iam dictam retentionem, vt iam narrabitur.

Quod attinet ad primũ de iure loquẽdo fundatur dictũ feudũ esse vnitum Baroniae Nohae, id q̃ cernit̃ ex fide inuẽtarij Principis Tarẽti, in quo apparẽt duo. Primũ quia testatur sub Baronia Noye adesse casale Francauillae, non per verba enunciatiua, sed dispositiua. Secundum taxatio vnica adoghae pro dicta Baronia sic vnita duc. duodecim, & sic sẽper vnita fuit ascripta in alijs caedularijs, iuxta fidem praedictã cędularij Reg. Cam. quo fit, vt dictũ feudũ censeatur membrũ dictae Baroniae, nempe istud nomen Baro-
1 nia, est nomen Vniuersitatis facti sub se continens plura feuda, sicut territoriũ, ita scripsit Frec. in lib. 2. subfeud. in c. qs dicatur Comes nu. 25. fol. 74. à ter. in antiq. id q̃ fundat quinq; Andr. authoritatibus, hinc sequitur q̃ Doctores tradi-
2 dere Baroniã cognominari quandã Prouinciã, Host. in c. nimis de iur. iur. Petr. Belluc. in Spec. prin. in §. sed pone rub. 23. nu. 16. fol. 130. quos refert, & sectatur idẽ Frecc. in loc. praescripto, & huius-
3 modi Baronia cõstituitur Regis Dñi destinatione, vt cõtineat in se plura feuda, & castra, sicut Rex valet in diuersis locis existentia; ita scripsit reliquit Andr. in c. 1. nu. 2. vers. pót Rex, qual. vassall. iur. debea. fideli. arg. tex. in l. q in rem §. fin. ff. de leg. 1. & in l. si quis duas §. 1. ff. de

 seruit.

fer uit.rustic.prædior. quæ referũt,& sectantur glos. Paris.nimis copiosè in §.5. glo.4.nu.30.fol.110 à ter.& Paris in tract. de reinteg. feud.in c.incip. aliqua vero sunt bona demanialia feudorũ in tit.demanial.feudor.fol.30. vnionē iam
4 dictā fundat vnita ahohæ taxatio, & solutio exēplo vnionis Ecclesiarũ quæ fun datur, ac probatur ex vnita solutione procuratoris facta Episcopo per dictas duas Ecclesias,quæ soluitur in signũ subiectionis,& dominij,sicut adolia,ita singulariter scripsit Oldr.in conf.296.nu.2 ver. ꝙ vna eademq; procuratio fuit Epo soluta arguit Vniuersitatē Ecclesiarũ,ex qua vnione feudorũ Francauillæ,cũ Baronia Nohæ, sequitē vera iuris cōclusio, contractũ prænarratũ fuisse nullum,cum
5 simus in feudo,in quo viuitur iure Francorũ, ꝙ est indiuisibile, ita Andr.in c.1. §.præterea nu.36.vers.vtrũ feudũ possit diuidi de prohib.feud.alien.per Fed & tradidit copiosè Camer.in d.c.Imperialem fol.24.col.4.in fin. vers. nec obstat tertiũ argumentũ,& fol.25.in prin. id ꝙ considerans Carolus V.fel.record. quā id in feudis fuisset pniciosũ media prag
6 matica sanctione dicta nouē capitũ ædita in anno 1531.fol.91. prohibuit Illust. & Excell. Dñis Proregibus super cōtractibus huiusmodi assentiri nomine Regio,ex dispositione cuius Reg.Prag. fundatur nullitas Regij assensus ex aduerso exhibiti, tum ex defectu potestatis,tum etiā ex defectu volũtatis, si quidē in eo non apparet expressũ Casale Francauillæ fuisse de Baronia prædicta,id ꝙ etiam redditur clarũ, nam in assensu impetrato super contractu prędicto,adest clausula, (ita tñ ꝙ non inducatur diuisio vassallorum,seu iurisdictionis,) quodq; in dicto feudo cōpetat iurisdictio apparet ex cōfessione partis,& ex fidibus solutionum ꝓuisionũ factarũ Capitaneis dicti casalis
7 ex aduerso exhibitis, ex cuius cōtractus nullitate etiam condemnatio fructuum de iure clarissima cernitur ex dispositione text.in l.1. cum concord.vbi Bart.de fid.instrum.& iur.Hast.fisc.lib.10. C.

Quod vero attinet ad secundum articulũ, ille ex pluribus firmatur in fauorē Actricis. Primo apparēt pacti pdicti tres prorogationes factæ per Philenũ, prima vt vti patrē Marcelli,reliq; vero duæ,vti Auũ Io. Vincentij eiusq, administratorē hæredis Marcelli emptoris vsq; ad annũ 1580.in quē terminũ vȝ.in anno 1579. primo ac 24.Octobris fuit pñs Iudicium
8 intentatũ,ad cuius validitatē non requiritur Regius assensus, cũ sit idem pactũ, ita censuit S.C. iuxta tradita per Frecc. latissimè in d.lib.subfeu. q.17.fol.146. in antiq. & Paris in tract. reintegr. feud. fol.103.à ter.nu.9.in c. ꝙ incip.an si res feudi, idq; procedit etiā, ꝙ in dictis ꝓ
9 rogationibus appareat reseruata Regij assensus,reseruatio ex dictis Camer.in c. Imperialē car.18.lit.5. ver. cui argumētis, & 13. Io.Vincentius obijciat pdictas prorogationes nō potuisse fieri per Philenũ non dñm, tñ Dñi actores dicũt primam prorogationē factā vt supra viuente Marcello per ipsũ fuisse tacitè ratificatam ob non solutionē per ipsũ faciendā duc.200.residuorũ pretij duc.700.dicti feudi,ex quo prorogatio pdicta, & aliæ fuerunt factæ cum pacto speciali,ꝙ Marcellus,& Io.Vincentius non solueret interim dictos duc. 200. vt ex eis legere est, qui iam non fuerunt soluti durante tēpore dictarũ prorogationũ per Nota-
10 riũ Filenũ noīe Io.Vincentij,facto.n.inducitur ratihabitio l. quidam ex parte, qui est singularis ad hoc ff.de euict. l.3. §.fin.& l.Paulus ff.rem ratam haberi,aliç vero sunt de iure validè ob vtilitatē Io. Vincentij, & vt. factæ ab administratore legitimo,& cum eodē pacto retentionis dictorũ duc.200.vt supra,quç vel faciet cessare dispositionē,tex.in l.1.§.fin. ff.de reb.eorũ,vel saltim pręstabit impedimētum cursui pacti de retrouendendo, cũ Baro fretus in dictis prorogationibus non reemerit feudũ ꝙ citra prorogationes reemisset, cũ non sit conueniēs Baronē in bona fide existentem,sic deludi, & decipi etiam cum eius interesse ob retentionem dictorum duc.200. sed vt omnis difficultas tollatur pro nouissima responsione videatur alleg.11. Io. Vincentij

centij Ann. 1.vol. qui fundat proroga-
11 tiones factas à tutore pacti de retrouendendo in tempus, non tñ tempore decursso omnes validas etiam citra assensũ, quemadmodum refert sic censuisse Sac. Consil.eo impensius læsione existente.

Et si prorogatio prædicta non adesset
12 nihilominus stante dicta læsione pactũ prædictum de retrouendendo, licet tẽporale, & triennale reputatur de iure perpetuum,cum à Doctoribus sancitum
13 est in venditione annuorum introituũ, cum pacto de retrouendendo ad tẽpus, concurrente in vtroq; eadem cõtractus suspitione ex causa modicitatis pretij,& pacto de retrouendendo,ac concurrẽte eadẽ ratione voluntatis alienandi liberè, sed cũ eo pacto de retrouendendo sperantes alienantes in tempore pacti ipsos idoneos pro reemptione facienda, nec aliter sine cò illos vendituros, 13 postea ex calamitatibus eis occurrẽtibus aliter eis succedat pactum hoc esse perpetuũ, prout singulariter considerat Nic. Bell. in consf.37.incip.tria sunt in fine, ad hũc modum scriptum reliquerunt Hostiens. in summ. in tit.de vsur. §.in aliquo casu ver.9. & Bal.qui tenuit negatiuam in l. 2. de pact.int.empt.& vendit.& in l.2. nu.9.de rescind.vendit.huic lęsionis dicto consensijt in c.1.de feud.dat.in vic. l. comis. quos refert, & sectatur Iacob. de Sanct.Georg. in l.2.quæ incipit mutuum in princ.ff.si cert.pet. Bertrand.in consf.88.& consf.118. 1.vol.& consf. 111 3.vol. Cassan.consf.11. nu.4. & in consuet.Burgun.fol.203.à ter.& nu.22.seu 42.in addit.sequitur Nic.Bell. in d.cõs. 37.Cagnol.qui tenuit negatiuam in l.2. de pact.int.empt.& vend. similiter consensijt in d.l.2.nu.35.in 2.lim.vbi refert hanc esse comunẽ opinionẽ, & Io. Ant. de Nigr.in c.Regni ꝙ incipit pro publici nu.36. vers.quæro vsq; ad finem, & læ-
14 sione prædicta stante in proposita quæstione,nulla fuit differentia,siue altercatio inter antiquos,& recẽtiores Doctores, qui vnanimi sñia disposuerunt pa-
15 ctũ esse perpetuũ, quæ læsio à iure fuit remissa Iudicis arbitrio,vt si esset in sexta parte,seu minori sufficiat,iux.copiose tradita per Guid.Pap.in sing.suo 1438. quem Cagn.sectatur, & refert pro differẽtia remedij l.2 .de rescind.vend.& dictæ facultatis reemendi in d.l.2.nu.35. in fin. 2.lim. de pact.int.empt.& vend.

Ad quorum corroborationem in me-
16 dium affertur,ꝙ istud ius reemendi, nõ solũ consistit in agẽdo,seu in iure actionis,verum etiã in excipiendo,siue facultate exceptionis,vnde sicut natura exce-
17 ptionis est perpetua, & nulla temporis præscriptione tollitur,l.pure in fin.ff.de
18 dol.except.ita, & ius hoc reemendi exceptioni coniunctũ, & ꝙ per viam exce-
19 ptionis,vel retentionis opponi potest,
20 quem admodũ ius offerendi, ꝙ iuri excipiendi coniunctũ est, nunquã præscribitur Bar. in l.pignori ff.de vsucap. Nicosan.in tract.pignor.par.5. memb.3.in fin. Franc.Bal.in tract.de pscript. 4.par. 5. par. princ. q.2. & ita explicat Tiraq. omnino videndus in tract. retract. tit.2. §.1.glo.2.nu.25.cum seq. & alijs in locis dicti tractatus, & Couar.lib.1.variar. resol.cap.9.per totum.

Nec prædictis ita fundatis obstabit, si
21 ex aduerso obijciatur assensum tñ operari circa expressa, s3.circa pactum temporale, nam Regius assensus prænarratus extenditur ad dictã legalẽ pacti perpetuitatem vt supra fundatam, nempè
22 assensus regulatur sñ naturam contractus,super quo interponitur,& ideo as-
23 sensus præstitus super dotis promissione extenditur etiam ad dotis restitutionem,quia natura dotis cõstitutæ ea est, vt illa soluto matrimonio restituatur, ita scriptum reliquit Paris in tract.reintegr. feud.in c. feudum in dotem &c. quod incipit, & circa iam dicta nu.2. fol.129. per text.sing.in l.si pupillorum §.si pupillus ff.de rebus eorũ, ita tradidit Frec. lib.2. subfeud. in 2.quæst.num.14.fol. 125. in antiquis, & Camer. in cap. Imperialem fol.52. lit.G. de prohib.feud. alien.per Feder. quibus addo perpetuitatem pacti nasci tacitè, ex dispositione iuris, igitur assensus præfatus extenditur ad pacti perpetuitatem assensus

namq; extenditur ad tacitum à lege sub intellectum dependēs ab expresso, idest à pacto de retrouendendo iam in assensu expresso, iuxta tradita per Andr. in c. 1. qui success. tenea. qui testatur quod
25 assensus præstitus in beneficium tertij extenditur ad eius hæredes, cum ita lex disponat, iuxta text. in l. pactum de probation. & in l. sicuti §. penult. ff. quibus modis pign. vel hipothec. solu.
26 tāto magis cum assensus intelligatur ciuili modo, & prout ius intelligit argum. tex. in l. si cui ff. de seruit. & l. quanquam cum simil. de ritu nupt. ita Camer. in d. cap. Imperialem fol. 55. lit. H. & licet per Frecc. in d. 17. quæst. controuertatur an
27 assensus extendatur ad prorogationem, quia est extra tempus in quo Rex assensus fuit, nam respondetur, quod allegata per ipsum intelliguntur nulla existente læsione, quo casu non lex id facit, sed homo, qui de feudo disponere non potest sine regis assensu, & in hoc se fundat Frecc. quia vassallus non potest tunc disponere citra assensum, at secus quando lex id facit, etenim eo casu nullum hominis, siue vassalli de feudo disponere prohibiti, factum inspicitur, vt supra fundatum in iure inspicitur, ex quibus dictis cessat obiectum aduersariorum dicentium prorogationem prędictam nullius momēti, cum fuerit facta à Philenio non vero Domino, nam vltra superius responsa circa dictam prorogationem, ex supra congestis pactum licet temporale in primis cautelis appositum, inspicitur perpetuum, ex prædictis ex iuris dispositione, vltra illam validè factam à Phileniō administratore se confirmante ex læsione prænarrata, cum dispositione iuris facientis pactum perpetuum.

Prædicta omnia eo faciliora reduntur licet ex abundanti stante nullitate cōtra-
28 ctus vēditionis prædictæ factæ à minore citra Balij authoritatem, ac non militantibus, sed cessantibus omnibus sollēnitatibus à iure requisitis in venditione bonorū stabiliū minoris, de quib9 in l. ob es, & in tot. tit. C. de pręd. minor. & per Capy. in dec. 113. p totā, Deci. in cons. 6.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 1. 2. & 3. adde Reg. de Ponte in cons. 57. nu. 3. & seqq. vol. 1. & quod Baronia sit feudum, sicut Comitatus, Marchionatus, & ducatus, tradit Andr. in cap. 1. de cap. qui cur. vend. quem refert idem de Pont. in d. cons. 57. nu. 15. & in tract. de potest. Proreg. tit. 7. nu. 3. vbi à nu. 2. cum seqq. late disputat articulum, num Baronia computetur inter feuda titulata, vt sicut in alienatione feudorum titulatorū est necessarius assensus Regis, & non sufficit assensus Proregis, ita sit iudicandum in Baronia, & nu. 6. tradit quod Baronia est dignitas in Regno, & an possit diuidi inter successores nu. 11. in fin. & quod iura loquentia de regalibus dignitatibus habent locum in Baronia nu. 14. & plura alia in hac materia digna, ibi tradit ideo eum videas per totum.

Ad num. 4. quod vnica taxa in cedularijs probet vnitatem feudorum respectu solutionis adohæ, addo eundem de Ponte in d. cons. 57. nu. 11. & nu. 1. tradit, quod vnio feudorum probatur ex confusa, & vnita possessione tanquam de vnico feudo, & ex quibus alijs vnio feudorum probetur in dicto consilio habes.

Ad num. 5. addo eundem D. de Pont. in d. cons. 57. nu. 27. & nu. 34. & in feudo titulato addo Consil. Rouit. in prag. 1. de titul. abus. in scriben. sublato.

Ad num. 8. nota quod assensus impetratus super venditione, & nō super pacto de retrouendendo est subreptitius, & nullus, & proinde venditio non valet D. de Pont. in d. tract. de Potest. Proreg. tit. 8. §. 1. nu. 5. & 6. & §. 3. num. 21. cum seqq. & ita decisum refert Gram. in dec. 76. num. 22.

Ad num. 12. & seqq. quod pactum de retrouendendo, licet temporale sit perpetuum stante læsione adde Io. Vincent. de Anna in alleg. 83. par. 2. num. 4. & 5. vbi ita refert decisum, & ibi apostilla doctissimi Fabij eius filij, & eundem Fab. de Anna in cons. 68. nu. 1. & seqq. Lanar. in cons. 97. nu. 6. & Gramat. in decis. 76. per totam, vbi in simili casu ita

fuit

decisum, quæ decisio valde confert ad hoc, sed an sit necessarius assensus in pacto de vendendo feudum, Præs.de Franch. in decis.48. dicit quod sic, sed contrarium tenet D.de Ponte in cons. 86.& Riccius in collect.decis.par.4. collect.888.fol.mihi 80.

Ad num.21.quod assensus non præiudicet,nisi quo ad expressa tantum,adde Coler.in decis.93.Rotæ German. & ad num. 22. addo Dom. de Pont. in dict. tractatu de potest. Proreg. tit. 6. nu.22.& nu.46. & ad nu.23. addo Minad. in cons. 3. & ad num. 25. adde Camer.in cap.Imperialem fol.46.col.3. in 5.conclus. quem refert D.Rouit. in pragm.1.de fide memorialium nu.34.& ad num.26.addo D.de Pont.in d.tract. de Potest.Proreg.tit.4.§.7.nu.28.& tit. 8.§.5.nu.31.

Paul.Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas læsa est restituenda.*

2 *Quando iudicium intentatum est propositum super remedio possessorio, non solum summario, sed extraordinariæ cognitionis in eo non cadunt beneficia, & restitutiones super probationibus, & ita iudicatum nu.13.*

3 *Iudicium summarium possessorium vt supra non requirit iuris sollemnitatem, & nec libelli oblationem, nec litis contestationem, nec diffinitiuam sententiam, sed tantum simplicem & generalem citationem nu.4.*

5 *Iudicium summariũ, vt supra adinuentũ fuit, ne partes veniant ad arma.*

6 *In iudicio extraordinariæ cognitionis,& summario vt supra, si minores restituerentur, causa, quæ sui natura est summarijssima efficeretur ordinaria contra mentem condentium dicta capitula.*

7 *Iudicium summarium vt supra non dicitur proprie iudicium possessorium, sed præparatorium alterius iudicij, & est modici præiudicij nu.8.*

9 *In his quæ sunt modici præiudicij restitutio non conceditur.*

10 *In iudicio possessorio ordinario, quia maximum præiudicium afferre potest minores restituuntur, quo casu procedit opinio glos. & Doctor. in l.vnica C. si de momentan.possess.*

11 *In iudicio possessorio ordinario omnes iuris sollemnitates requiruntur, & ideo restituendi sunt minores nu.12.*

CONSILIVM LXXVI.

Pro Vniuersitate Sancti Blasij, contra Baiulum Sanctæ Euphemiæ. Iudicium quando est propositum super remedio possessorio, non solum summario, sed extraordinarie cognitionis in eo non cadunt beneficia, & restitutiones super probationibus.

VNIVERSITAS casalis S. Blasij annis præteritis obtulit memoriale Excellentiss. Proregi narrando ipsam, & suos ciues turbari,& molestari in pacifica possessione pascendi, lignandi,venandi, & alia faciendi in territorio detto lo Amarello,& in reliquo, petendo committi Sacro Consilio quod seruata forma capitulorum Regni ipsius indemnitati prouideret, & commissum eidem Sacro Consilio quod seruata forma capitulorum Regni super supplicatis de iustitia prouideret, commissum Consiliario Pinario sub eadem forma, & decretatione, cuius vigore fuerunt expeditæ citationes per edictum, ac edicta fuere affixa, prouisoq; quod capiatur informatio, pro parte dictæ Vniuersitatis fuerunt testes examinati,& facta publicatio, & conclusio, ac citatum ad dicendum, postmodum dum tractaretur causæ expeditio ad instantiam eiusdem Vniuersitatis,fuit oblata petitio pro parte Baiuli Sanctæ Euphemiæ,non esse molestandum in examine suorum testiũ, etiam quia eidem replicanti competebat primum,& secundum beneficium, sub credulitate quod beneficia competebant,

tebant, Consiliarius D. Franciscus de Curtis meus frater tunc causæ commissarius decreuit, quod testes Baiuli recipiantur loco primi beneficij, cuius causa Baiulus examinauit aliquos testes.

Vniuersitas prædicta videns se deceptam culpa eius tunc procuratoris, visoque processu per eius aduocatos obtulit comparitionē cõmissam causæ commissario, qua petijt ex capite restitutionis in integrum prouideri testes examinatos pro parte Baiuli, esse ab actis reij-
1 ciendos, affirmat enim se læsam, & proinde restituendam ex reg. tex. in l. verum in §. sciendum cum concordant. ff. de minorib. læsio autem fundatur, quia cum præsens iudicium per ipsam inten-
2 tatum cernatur propositū super remedio possessorio, non solum summario, sed extraordinariæ cognitionis, vt per Afflict. in decis. 2. in eo non cadunt beneficia, & restitutiones super probationibus, id quod fundatur ex infrascriptis fundamentis.

3 Primo nam cū tale iudiciū non requirat iuris solemnitatem, cum nec libelli oblationem, nec litis contestationem, nec diffinitiuam sententiam requirat, Bald. & Paul. de Castr. in l. ordinarij C.
4 de rei vendicat. sed tantum simplicem, & generalem citationem, vt per Afflict. in d. dec. 2. & deci. 24. adinuentum enim
5 fuit, ne partes veniant ad arma, Bald. & Paul. loco citato, & latissime per Cagnolum in l. in pari causa ff. de regul. iuris, Capyc. decis. 55. & Menoch. in tractatu de remed. retinend. possessionis remed. vlt. per totum, meritò cum extraordinariæ cognitionis sit, restitutio in integrū deneganda erit, confirmatur nam si in
6 tali causa minores restituerentur, causa quæ sui natura est summarijssima, efficeretur ordinaria, Couar. practicar. quæst. cap. 17. quod est contra verba, ac mentem condentium dicta capitula, Menoc. loc. cit. num. 53.

Secundo principaliter idem proba-
7 tur, nam cum tale iudicium non dicatur propriè iudicium possessorium, sed præparatorium alterius iudicij, Imol. in cap. cum venissent de instituti. probat Cagnol. loc. cit. & Ioan. Petr. de Beninten.
8 distinct. 79. nu. 5. & est modici præiudicij, vt per allegatos Doctor. & per Archidiacon. in cap. final. 2. quæst. 6. refert, & sequitur Ottauius Cacheran. decis. 25 num. 7. meritò succedit regula quod in
9 his quæ sunt modici præiudicij restitutio non conceditur, vt in constitutione Regni mulieribus, & in constitutione minorum iuta, & latissimè ibidem per glos. & Andr. meritò sequitur concludendum omnino restitutionem denegandam fore, nec obstat opinio glosæ, & communis omnium Doctor. in l. vnica C. si de momentanea possess. fuerit
10 appell. nam loquitur in iudicio possessorio ordinario, quod cum maximum præiudicium afferre possit, meritò minores restituuntur, Couarru. in d. cap. 17. nu. 3. vers. sextum accedit, Cagnol. latè loco citato, diuersi enim admodum sūt
11 termini, nam cum in possessorio ordinario omnes iuris solemnitates requirantur, vt per Cacheran. loco citato, & per Cagnol. & Menoch. locis citatis, me-
12 ritò restituendi sunt minores, quod cū in casu nostro non sit, meritò restituen-
13 dos non esse iudicatum, refert Couarr. in d. cap. 17. num. 4. vers. sextum ad hæc accedit, ita & decisum fuisse probat Io. Petr. de Benintend. distinct. 79. ex decis. Capyc. 13. idemq; etiam Menoch. de remed. retinendæ possess. remed. vlt. nu. 54. & nouissime Sfort. Odd. in tractatu de restitut. in integrum par. 2. quæst. 68. art. 6. nu. 54. & hanc veram opinionem esse credo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Actioni personali quis extra suum domicilium conueniri non potest.*
2 *Actor forum rei sequi debet.*
3 *Respectu actionis realis Iudex rei idest in quo loco res sita est erit Iudex competens.*
4 *Ex deductis in libello metimur ius quo ad iurisdictionem.*

5 *Non*

5 *Non creditur exemplo, nisi producatur originalis, vel alio genere probationis appareat veritas.*

6 *Fractica in Regno, quando præsentatur aliqua scriptura originalis, cum potestate relaxandi copiam, refertur.*

7 *Instrumento publico venienti extra Regnum, non adhibetur fides, nisi seruatis, quæ mandantur in Ritu Magnæ Curiæ incipienti, item seruat ipsa Curia.*

8 *Transumpto fides adhibenda non est.*

9 *Instrumentum transumptari debet citato conuento.*

10 *Scripturæ priuatæ, licet originali, nulla fides adhibetur.*

11 *In scriptura priuata debet probari subscriptio per testes, vel per comparationem, vel alijs legitimis modis.*

12 *Scriptura extra Regnum, si in ea non sunt seruatæ iuris sollemnitates pro ea authenticanda, nullam fidem facit.*

13 *In scriptura authentica, vt de ea aliqua ratio haberi debeat ante omnia inspici debet, quid actum sit.*

14 *Res sua quilibet est moderator, & arbiter, & in ea potest imponere legẽ, quæ sibi melius videtur.*

15 *Quando quis infeudat, apponit rei suæ pactum, quod vult, quia contractus ex conuentione legem recipiunt.*

16 *Non potest prætendere donatarius, nisi donationem eo modo, quo facta fuit, & sub eisdem modis, & conditionibus, & non aliter.*

17 *Si dono tibi decem annua percipienda in canneua, seu camera, habentur verba loco taxationis, vt tantum de camera dentur.*

18 *In dubio secundum verba iudicandum est.*

19 *Quando dicitur de tali loco, de illo, & non de alio actum videtur, nisi aliud probetur.*

20 *Nemo debet suis bonis, absque facto suo priuari.*

21 *Nemo debet absque propria voluntate remanere obligatus.*

22 *Donator quando designat locum, vbi exigi debeat donatio, & dat modum exactionis, & mandat nullum præstari obstaculum in perceptione, in hoc casu obstaculi tantum intelligitur donasse super cæteris bonis suis, obligando sua bona.*

23 *Ex obligatione oritur actio.*

24 *Donatarius de necessitate debet adire locum taxatum pro exigenda sua pensione, in quo loco si impedimentum reperit, tunc licite potest agere hypothecaria super alijs bonis.*

25 *Donatarius saltim ex vrbanitate debet adire locum destinatum pro exactione, & non ingratæ de facto procedere agere, & impedire alia bona donatoris, & suorum hæredum.*

26 *Res aliena obligari non potest.*

27 *In bonis hæredum in subsidiũ debet agi, & ad ea deueniri.*

28 *Adhoc vt ex albarano, siue scriptura priuata, competat hypotheca, debet ea esse trino teste signata.*

29 *Non sufficit sola subscriptio trium testiũ in albarano, seu scriptura priuata, sed debet per eosdem tres testes subscriptos probari tenor, & substantia dictæ scripturæ, pro vt iacet.*

30 *Debet etiam probari dictos tres testes fuisse probatæ, ac integræ conditionis, & famæ, nec iuris præsumptio in hoc sufficeret.*

31 *Qui diu distulit iudicium mouere, quod iam mouere poterat aduersus eos, qui de ea re instructi, & viui erãt, & defunctis eis aduersus hæredes male instructos litem agunt, dum diu vixisset principalis, & eo viuente petere distulerunt, malam causam fouere præsumuntur.*

32 *Qui tandiu tacet dicitur tacite iuri suo renunciare, & maxime quando sumus in materia lucratiua, non onerosa.*

33 *Donatio facta in premium futurorum seruitiorum euanescit causa prædicta seruitiorum cessante.*

34 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CON-

CONSILIVM LXXVII.

Pro Illustr. D. Virgilio Vrsino, contra Monachos Sanctæ Mariæ de ogni Bene. Copia alicuius instrumenti, nulla alia extrinseca probatione roborata, an faciat fidem, & scriptura priuata in iudicio presentata, si non verificatur, non probat, & de pactis inter contrahentes in genere, & is qui diu distulit iudicium mouere, quod iam mouere poterat, ad hoc vt defunctis principalibus de lite instructis melius cōtra heredes agere possit malam causam fouere præsumitur.

OMNINO absolui debet Illustr. D. Virgilius Vrsinus ab impetitione Monacorum Sanctæ Mariæ de ogni Bene, ex infrascriptis, duplicem actionem proposuit dictum Monasterium, personalem, & realem contra Dominum D. Virgiliū Vrsinum, personalis actio contra dictū Dominū exerceri minimè poterat, cum sit aduena, & extra Ciuitatem Neapol. suum habeat domicilium, & incolatum
1 Romæ, qua propter de iure actioni personali quis extra suum Domicilium cōueniri non potest, ex regula notissima,
2 quod actor forum rei sequi debeat l. 2. C. de iurisd. omn. iud. & cap. si clericus, & cap. fin. de for. compet. & proinde respectu personalis actionis molestari nō debet nunc, & in futurum, pro quo est aduertendum, quod licet compilatus fuisset processus, propter quod videretur dicendum, quod consentijsset reus, & passus fuisset, contra eum procedi, nihilominus quia cum in eodem libello
3 fuisset etiam proposita actio realis, cuius respectu Iudex rei, idest in quo loco res sita est, erit Iudex competens, l. fin. C. vbi in rem act. & d. cap. fin. de for. cō-
4 pet. & ex deductis in libello metimur ius quo ad iurisdictionem, ad not. in cap. cum sit generale de for. compet. in l. cum quædam puella §. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit, respectu huius actionis realis, fuit compilatus processus, ex quo cum constabit nullam actionem realem competijsse, & personalem exerceri minimè potuisse, quo ad hanc decidi debet, non potuisse procedi, & quo ad realem absoluendum esse reum.

Quod vero nulla realis actio competat, considerentur infrascripta. Primo quia scriptura ex qua fundatur dicta actio, non est authentica, sed est cōpia, nulla alia extrinseca probatione roborata, & dicit Bald. in auth. si quis in aliquo documento C. de ædendo, per illum text.
5 quod non creditur exemplo, nisi producatur originalis, vel alio genere probationis appareat veritas, hinc inoleuit
6 practica in Regno, quod quando præsentatur aliqua scriptura originalis, protestatur præsentās velle relaxare copiā, & quando per Actuarium exemplatur, citatur pars ad videndum collationem, in re (de qua agitur) præsentata fuit tantummodo copia absque originali, ergo scriptura nulla, eo magis cum sit scriptu-
7 ra priuata, imo si esset instrumentum publicum, veniens extra Regnum, ei nō adhiberetur fides, nisi seruatis quę mandantur in Ritu Magnæ Curiæ incipienti, item seruat ipsa Curia, quod instrumentis confectis extra Regnum nō creditur, nisi per modum &c. pro quo videatur Boer. in decis. 154. Afflict. in decis. 251. & in constit. instrumentorum robur nu. 10. eo impensius prædicta procedunt, cum appareat prætensum albaranum prænarratum, (cuius copia vt solemnis cernitur in processu) exemplatum Ro-
8 mæ manu alterius, cui transumpto nec de iure fides adhibenda esset, ita Afflict. in constit. Regni incip. in locis demanij
9 num. 26. insuper non apparet transumptatum, citato Domino conuento, ex reg. text. in cap. cum P. tabellio, extra de fideiuss. quibus deficientibus nulla fides eidem prætenso albarano danda erit.

Secundo quando scriptura prædicta
10 fuisset originalis, cum sit priuata scriptura, & non publica, ei nulla fides adhibetur, l. instrumenta, l. rationes, & l. exem-

exemplo C. de probation. sed debuisset
11 probari subscriptio donantis per testes, vel per comparationem, vel alijs legitimis modis, vt in auth. si quis C. qui pot. in pign. hab. & latissimè per Couarruu. pract. quæst. cap. 22. Negusant. de pign. & Hyppol. 2. membr. 5. par. princ. num. 47. imo quia multæ falsitates per comparationes committuntur, quas lex euitare conatur, vt ait Firmia in ver. falsitas litterarum num. 7. ideò comparatio non poterit fieri nisi scriptura sit tribus testibus subscripta, Deci. in conf. 616. nu. 3. & Afflict. in decis. 81. in hoc processu nulla adest legitima probatio, nec per testes, nec per comparationem, ergo sine fide scriptura, & aduertatur quod licet adsit quædam extracta, vnde sumpta
12 sit dicta scriptura, tamen cum sit scriptura extra Regnum, & non sint seruatæ iuris solemnitates pro ea authenticanda, quæ sumuntur ex testibus l. 2. & 3. C. de naufrag. lib. 11. & per Boer. & Afflict. vbi supra, omnino dicendum est, quod ei nulla fides adhiberi debet.
13 Tertio quando dicta scriptura fuisset authentica, vt de ea aliqua ratio haberi deberet, (quod non concederetur) ante omnia inspici debet, quid actum sit, l. semper in stipulationibus ff. de regul. iur. l. si quis stipulatus sit sticchum, aut
14 Pamphilum ff. de verb. obligat. cum rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter, l. in re C. mand. & rei suæ possit imponere legem, quam sibi melius videretur l. ob res §. 1. ff. de pact. dot ' ..ff. de solut. & tot. tit. C. de donat. quæ sub mod. ex quibus dicebat Isern. in prælud. feud.
15 quæst. 1. sub. nu. 15. quod quando quis infeudat, apponit rei suæ pactum, quod vult, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, cap. contractus de regul. iur. in 6. l. 1. §. si conueneri ff. depos. & latissimè Curt. Sen. in consil. 49. num. 36. cum seq. quapropter animaduerto, quod quandoquidem Dominus Paulus Iordanus donauit Pignatello, donatio fuit taxatiua, videlicet percipiẽdi annuos ducatos 300. prætensos pro fructibus terræ Campagnani, & non generalis super omnibus bonis suis, vndè sequitur, quod non potest prætendere
16 donatarius nisi donationem eo modo, quo facta fuit, & sub eisdem modis, & conditionibus, & non aliter, hinc dicebat Andr. in cap. 1. §. illud in fin. de prohib. feud. alien. per Federic. quod si
17 dono tibi decem annua percipienda in canneua, seu camera, habentur verba loco taxationis, vt tantum de camera dentur, & est tex. ad litteram in cap. 1. de not. feud. & ibi optimè idẽ Andr. & cæteri Doctor. per text. etiam in l. cum certus, & ibi not. ff. de vin. trit. & ole. leg. latè Bart. & Doctor. in l. inter stipulan-
18 tem §. sacram. ff. de verb. oblig. in dubio secundum verba iudicandum est, l. labeo ff. de suppel. leg. ex quo dixit de
19 tali loco, de illo, & non de alio actum videtur, nisi aliud probetur, idem And. in d. cap. 1. de not. feud. alias quis suis
20 bonis absque facto suo priuaretur contra text. in l. final. C. de pact. & absque
21 propria voluntate quis remaneret obligatus, quod non est dicendum, ex not. per Bald. in l. omne verbum num. 8. C. comun. de leg. & in conf. 326. Rex Romanorum num. 6. lib. 1. & in l. cum testamentum numer. 2. C. de iur. & fact.
22 ignor. Ergo cum donator designasset locum, ex quo percipi debebat pensio donata, dedissetq; modum exactionis, & mandasset nullum præstari obstaculũ in dicta perceptione per suos homines, in hoc casu obstaculi tantum voluit intelligi donationem factam super cæteris suis bonis obligando sua bona, vnde sequitur, quod postquam non fuerit demonstratum, donatarium recursum habuisse super fructibus Campagnani, nec per donantem sibi fuisse præstitum impedimẽtum circa exactionem rei sibi donatę, ex quibus minimè potuisset donatũ assequi nullam ei circa hypothecã, vel exactionẽ super alijs bonis remanet
23 actio, quia cessat obligatio, ex qua oritur actio, l. licet §. ea obligatio ff. de verb. oblig. & not. instit. de act. in princ. de ne-
24 cessitate debebat adire donatarius locũ taxatũ pro exigẽda sua pensione, in quo

loco si impedimentum reperijsset, tunc licitè potuisset agere hypothecaria super alijs, de quibus accessu, & impedimento, cum non fuerit demonstratum, ac doctum, caret actor actione reali, qui-
25 nimmò saltim ex vrbanitate debebat donatarius locum destinatum adire, & non ingratè de facto procedere, agere, & impedire alia bona donatoris, & suorum hæredum, argum. l. quidam iubetus ff. de serui. vrba. prædio. & in l. debitores præsentes C. de pignor. vltra quod satis clarè demonstratum fuerit de necessitate adeundum fuisse locum destinatum, & designatum, & sic absoluendum reum à petitis.

Quarto animaduertendum esse etiam duxi, quod bona, super quibus petita fuit assistentia non sunt, neque vnquam fuerunt bona donantis, & obligantis, &
26 res aliena obligari non potest, l. rem alienam de pignor. act. ista pecunia per assistentiam sequestrata, est propria D. Virgilij filij quondam D. Pauli Iordani donatoris sibi à potentissimo Domino nostro Rege donata singulis annis ad vitam, ergo super dicta annua pensione dicti D. Virgilij non cadit aliqua hypotheca, etiam si dictus D. Virgilius fuisset hæres patris, quia hæredum bona non sunt obligata, & sic omnis cessat disputatio, & si fuissent obligata (quod semper
27 negatur) nisi in subsidium super eis posset agi, & ad ea deueniri posset, ad textum in l. spem eorum C. quæ res pign. oblig. poss. l. stipendia C. de exeq. rei iud. & l. commodis ff. de re iudic.

Quinto considerandum erit à Dominis Iudicantibus iudicium motum in actione reali inspici super iure assistendi super dicta annua pensione, quo casu (quando prędicta omnia non procederent, prout firmissima inspiciuntur) ad finem, vt actor obtineret, opor-
28 teret fundasse ex albarano competere ei hypothecam super bonis donantis; cum non inspiciatur albaranum trino teste signatum, ex regula textus in l. scripturas C. qui potior. in pign. hab.
29 quinimò nec sola hæc subscriptio sufficeret, nisi per eosdem tres testes subscriptos probaretur tenor, & substantia dicti albarani, prout iacet, prout testatur Couarru. practicarum quæstionum cap. 22. num. 2. versic. hoc ipsum poterit constare num. 4. fol. mihi 724. Afflict. sic testatur decisum in decisio. 181. ex dictis Angeli in auth. si quis C. qui pot. in pign. habean. Grammat. in decisio. 84. & Deci. in cap. scripturam num. 3. de fide instrument. & late Aymon in tractatu antiquit. tempor. part. 1. cap. incip. quæritur etiam in hac materia, an productus numer. 50. vers. quinto quæro, fol. mihi 77. in paruis, item secundo necessarium fuis-
30 set probare testes prædictos fuisse probatæ, ac integræ conditionis, & famæ, nec iuris præsumptio in hoc sufficeret, singulariter scripsit Soccin. in consil. 274. lib. 2. & latissimè Aym. in dict. præcit. loco à num. 36. & 37. vsque ad num. 42. vt nil addi possit, quæ omnia cum cessent in præsenti processu, cessetque proinde hypotheca, successiue citra discrimen aliquod asseuerandum est iudicium prætensum reale assistentiæ non subsistere.

Vltimo aduertatur ad excludendum Actorem, quod donatio præsumitur facta in anno . . . . donans post donationem vixit annos . . . . cum decessisset in anno . . . . donatarius viuente donatore tacuit, & non curauit pensionem sibi donatã petere, nec exigere, sed post annos viginti, mortuo donatore, ab hærede male informato petijt, sed in loco extra domicilium hęredis donatoris, & loci, vbi fuerat donata pensio destinata, non rem donatam, sed assistentiam pro re donata super alijs bonis hæredis petijt, ex quo præsumitur, quod malam causam fo-
31 uet, qui enim diu distulit iuditium mouere, quod iam mouere poterat aduersus eos, qui de ea re instructi, & viui erant, & defunctis eis, aduersus hæredes male instructos litem agit, dum diu vixisset principalis, & eo viuen

te

re petere distulit, malam causam fouere præsumitur, glos.not. in cap. sæpè §. & quia in ver. non obstante de verb. signif. l. procula ff. de probat. ibi nunquã à fratre quamdiù vixisset desideratum, l.cum quidam §. diuus ff. de vsur. Afflict.in decis.13.in nona conject. latè Menoch.de præsumpt.par.1.lib.2. præsumpt.91.nu.7.& lib.3.præsumpt.135.nu.6.& nu.19. & prædictis addo,quod non solum donatarius diu distulerit viuente donatore pensionem donatam petere, sed de sua omnino diffisus iustitia alij potentiori, scilicet Monasterio cessit,cõtra reg.ne liceat potentioribus, erubuit donatarius ipse de persona petere, & exigere indebitum diu non pe-
32 titum, qui enim tamdiu tacet, dicitur tacitè iuri suo renunciasse, l. si eo tempore C.de remis. pign. eo magis cum simus in materia lucratiua, & non onerosa.

Ad quorum corroborationem perspiciant iudicantes,fuisse probatum Dominum Paulum solitum conferre similes donationes in eius domesticos, ad finem eos alliciendi, ad cõtinuò ipsi seruiendum, & rectè, ac fideliter seruiendum, & quod eisdem de pensionibus donatis correspondebat durante seruitio tantum,& eo cessante, minimè,& sic in premium futurorum, non autem præteritorum seruitiorum, quodque hoc sit vsquequaque verum, sequens exitus id declarauit, nam à tempore deserti seruitij,iam asserit aduersarius nunquam fuisse sibi correspon sum de pensione donata, tacuit viuente Domino Paulo, & etiam post eius mortem per aliquos annos, nunquam egit, nec conquestus fuit donauit potentiori, ergo verum donationem prætensam Io. Baptistæ factam fuisse in præmium futuro-
33 rum seruitiorum, quæ euanuit, causa prædicta seruitiorum cessante, ex regula cap. cum cessante de appellat. l.adigere §. quamuis cum concord. ff. de iur. patronat. & ex his omnibus, & vnoquoque ipsorum omnino Illustr. Dominus D. Virgilius absoluendus erit, remicto prædicta peritioribus in omnibus, & per omnia quia notaui tantum pro memoria.

34 Die 8.Februarij 1596. Illustr.D.Virgilius fuit absolutus, referente Domino Salamanca Regio Consiliario, & causæ Commissario, pœnes Actuarium. . . .

Paulus Staibanus.

Ad nu.2.quibus modis limitetur hæc regula quod actor sequitur forum rei, vide Riccium in collect.decis.par.2. collect.366.fol.mihi 196.

Ad nu.3.addo Præs.de Franch.in decis.177.& nota quod forum ratione rei site quis sortitur, non solum in actione reali, vt hic, sed etiam in actione in rem scripta,& in hipothecaria, & in rem mista, Franc.Marc.in dec.Delphin.402. & quod hæc regula nõ procedat in actione personali vide Io.Vinc. de Anna in alleg.59.par.1.& in alleg.74.par.2.

Ad nu.9.addo Rotam in deci.1. de fide instrum. & in decis.15. de testib. & Farinac.in dec.Rot.Roman.549.

Ad nu. 10. adde quod liber rationis nõ probat pro scribente, nisi sit vir probus, Iacob.Menoch. post alios de arbit. iud.lib.2.cent.1.casu 93.num.2. & per totum, & liber mercatoris quando probet vide quæst.Tholos.496. & in materia vide Paul. de Castr.in cons.331.in causa Siluestri vol.1.in 1.dub.num.2.& seqq.& Afflict.in decis.272.& ibi Vrsill. sed quomodo limitetur hæc regula, qđ scriptura priuata non probet, vide Lanfranc.in repet.l.admonendi col.15. vers. circa secundam scripturam ff. de iur.iur.& Ricc.in collect.dec.par.4. collect.1107.fol.mihi 180.

Ad nu.11.addo l. cõparationes C.de fid.instrum.& l.scripturas C.qui pot in pig.hab. & in tantum est probanda subscriptio, quod est necesse probare per testes, quod fuerunt præsentes,quando debitor se subscripsit, & sic non sufficit quod dicant cognoscere illam esse manum scriptoris, Grammat.in decis. 93. num.14. Decius in cons.615.num.3.in medio, Afflict.in dec.11.& in dec.181.

Anna in alleg. 85. idem Gram. in decis. 84. & scriptura debet probari per eos qui viderunt scribere, Loffred. in cons. 14.nu.71. Afflict. in d.decis. 181. & scriptura tribus testibus roborata, & non à partibus subscripta eget comparatione, Soccin. in cons. 274. vol.2.nu.6. & per totum, & comparatio litterarum, tunc facit semiplenam probationem quando fit cōparatio ad apodixam, idest ad scripturam priuatam in qua continetur debitum, secus est in libro rationum, aut in epistola, Gramat. in decis. 34. post num. 14. & nu.15. & seq. & quę requisita debeant interuenire in comparatione, Perus. in decis. 7. & Thesaur. filius in decis. 24. vbi etiam tradit, quod quando aliun de constat scripturam priuatam esse scriptam manu negantis, non est necessaria comparatio, & an probata veritate scripturæ priuatę per alias probationes, quā per subscriptionem trium testium, dicta scriptura intelligatur recte probata, iusta d.l. scripturas, Præs. de Franch. in decis. 95. num.6. cum seqq. & creditori incūbit onus probandi requisita in scriptura priuata, idem de Franch. in decis. 644. & recognitio per testes facienda est omnino necessaria, Boer. in decis. 295.

Ad nu.26. limita hanc regulā, (quod res aliena obligari nō possit) tribus modis, vt per Negusant. in tract. de pignor. in 3. memb.2. par. à nu.52. vsque ad nu. 58. & nota quod qui obligat rem alienam crimen stellionatus committit, l. si quis in pignore §. sed & si quis rem alienam ff. de pignorat. actio. sed res aliena potest Domino volente, vel ratū habente obligari, l. aliena res ff. eod. tit. de pign. act.

Ad nu.28. adde quod hipoteca probari pōt per testes, & quomodo Bal. in cons. 175. vol.1. & an sufficiat isto casu subscriptio trium testium fęminarum, Aymon in tract. de antiquit. temp. in 1. par. cap. incip. quæritur etiam nu.34. & seqq. & vltra testes an requiratur subscriptio principalis ibi num.42. & seq. & an sufficiat sigillum loco subscriptionis à nu.44. vsque ad nu.50. & plura alia notatu digna in hac materia traduntur ibi in nu. seqq. & per totū cap. fol. mihi 68. & ad ornatum d.l. scripturas, vide Riccium in collect. decis par.1. collect. 19. fol. 7.

Ad nu.31. adde quod ad hoc vt prę sumatur donatio tria copulatiue requiruntur, scilicet ratio sanguinis taciturnitas longi temporis, & sæpius facta compensatio d.l. procula C. de probat. Alex. in cons. 46. nu.12. in fin. vol.1. & an istis concurrentibus procedat hoc in extraneo, Capyc. in deci. 80. nu.15. & ad materiā vide Alciat. in pręsumpt. 32. reg.1. Soccin Iun. in cons. 128. vol.1. nu. 126. & ad ornatum d.l. procula, vide Afflict. in decis. 40. & Farinac. in decis. Rot. Roman. 299.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Quemadmodum separatio thori permittitur viro ob mulieris adulterium eodem modo illa permittitur in beneficium mulieris viro adultero vt nu.2.*

3 *Confessio mulieris adulterate, & si de iure contra adulterum plenam probationem non inducat, attamen operatur violentam præsumptionem.*

4 *Prædicta violenta præsumptio est tante vis, & authoritatis, quod adultero non se purgante à beneficio, & dignitate suspendendus erit imo condēnandus nume.5. quod tanto fortius procedit quan do hæc macula adulterij fuit viro denunciata, & per eum nulla fuit sequuta purgatio num.6.*

7 *Confessio adulteri comisisse adulterium contra ipsum probat, etiam si dicta cōfessio fuerit probata per vnum testem optime authoritatis nu.8.*

9 *Fama publica adulterium fuisse commissum, nō solum inducit semiplenam probationem, verum etiam plenam & num. 10.*

11 *Probatio copulæ carnalis est difficilis probationis, & ideo in ea admittuntur ad plenam probationem faciendam, probatio coniecturarum, & præsumptionum.*

12 *Ad*

12 *Ad thori separationem admittitur testimonium de fama ad probandum viri adulterium.*

13 *Introitus, & exitus mulierum male famae per ianuam falsam noctu diuque per domum viri ibi degentis, vitam separatam ab vxore ducendo, fundant virum adulterum.*

14 *Ex pluribus probationibus coniunctim inducitur plenissima probatio, maxime in materia adulterij.*

15 *Saeuitia viri erga vxorem, est causa sufficiens separationis matrimonij quo ad thorum, quod procedit etiam si saeuitia viri processerit ex facto, & culpa mulieris separationem petentis nume.* 18.

16 *De omnibus causis diuortij, quo ad thorũ remissiue.*

17 *Seuerus* Dominus *erga seruos, seruos ipsos vendere cogitur.*

19 *Odium viri erga vxorem graue, & capitale, est causa separationis matrimonij, quo ad thorum, etiam quod vir offerat praestare cautionem de non offendendo, maxime attenta qualitate viri solentis frangere cautionem, vel mandatum pecuniarium vt nu.* 22.

20 *Cautio non mutat peruersum, & maleuolum animum mariti, & ideo cautio est fragile remedium nu.* 21.

23 *Odium capitale viri erga vxorem, excludit omnem cautionem.*

24 *Causa litium inter virum & vxorem, de per se est sufficiens ad matrimonij separationem.*

25 *Lex ex litibus praesumit inductam inter coniuges inimicitiam, ac odium capitale.*

26 *Decisio praesentis causae in fauorem.*

CONSILIVM LXXVIII.

Pro Illustr. Beatrice de Sangro Marchionissa Lauelli, contra Illustr. Don Hieronymũ de Tufo Marchionem eius virum. Diuortium potest peti ab vxore ex causa adulterij cõmissi à viro, & quomodo probetur adulterium, & copula carnalis, & an saeuitia viri aduersus vxorem, et odiũ capitale non obstante cautione oblata à viro de non offendendo, & lis viri cum vxore, vel e contra sint causae sufficientes ad inducendum diuortium, quo ad thori separationem.

BEATRIX de Sangro Marchionissa Lauelli in anno 1601. media comparitione exhibita in Curia Archiepiscopali Neapolitana petijt se admitti ad diuortiũ, quo ad separationẽ thori, contra D. Hieronymum de Tufo eius virũ ex infrascriptis fundamentis. Quorum primum respicit adulterium commissum per eundem Marchionem continuo cum diuersis mulieribus matrimonio praedicto durante. Secundum ex causa saeuitiae, pessimiq; tractatus, impietatis, siue crudelitatis eiusdem Marchionis aduersus actricem. Tertium fundatur super terribilitate, & furore irrationabilibus dicti Marchionis, contra Actricem, ex quibus cohabitatio cum dicto Marchione erit cũ maximo actricis vitae discrimine. Quartum inspicitur odium continuum dicti Marchionis cõtra actricem, & iniustum ex eo, quod dicta actrix interpellata super renunciatione contractuum initorum per dictum Marchionem in beneficium communiũ filiorum, ac ipsius actricis, eadem actrix renuit voluntati dicti eius viri, tanquam continenti iniustam petitionem obtemperare. & nouissimum ex causa litium ciuilium motarum per dictum Marchionem contra actricem, tam proprio nomine, quam etiam respectu eorundem cõmunium filiorum importantium, seu continentium, non modo maiorem, sed etiam ferè omnium eius facultatum, cuius odij causa idem Marchio deuenit ad actum proximum interemptionis dictae Marchionissae, quinimmo ex praedictis deuentum fuit ad querelas criminales, vt inferius longè clarius fundabitur.

Fundatur itaque primum caput adulterij,

terij, ex depositione Antoniæ Sangiornæ, & Lauræ Sangiornæ testantium se ipsas pluries cognitas fuisse à dicto Marchione, videlicet Antonia prædicta ab annis duobus citra, & Laura ab annis tribus domi eiusdem Marchionis, qui permittebat introitum, & exitum earũdem media ianua falsa eiusdem domus, depositiones huiusmodi mulierum roborantur ex pluribus testibus deponentibus vidisse introitum,& exitum prædictarum mulierum,& aliarum per ianuã prædictam in cubiculis inferioribus dictæ domus,in quibus degebat,& morabatur idem Marchio, insuper quod mulieres erant suspectæ, inhonestæ, & pessimæ qualitatis, & quod viderunt Marchionem separatam vitam duxisse à dicta Marchionissa in diuersis partibus domus, & extra dictam domum, in domibus D.Emilij de Tufo,non dormiendo, nec comedendo cum ipsa Marchionissa, sex testes deponunt, fundamentũ prædictarum corroboratur ex depositione decimi testis nobilis Neapolitani, & probatæ fidei testantis propriam cõfessionem dicti Marchionis super copula carnali nonnullarum mulierum, cum eius maxima iactantia, & supradicti testes omnes de publica voce,& fama.

Ex hoc solo fundamento diuortium de iure concedendum,nempe quemad-
1 modum separatio thori permittitur viro ob mulieris adulterium, iuxta text. in cap.plerumque de donat. inter virum & vxorem, & dote post diuortiũ restituenda,cum concord. eodem modo il-
2 la permittitur in beneficium mulieris viro adultero, iuxta text. in cap.1. vt lite non contest. vbi id annotarũt Imol. in quarto not. Abb.in 2.& Barb.in 5. & alij relati per Mar. Socc. in suo solemni cons.32.num.1.vsque ad num.5. vol.2. alia ad id iura allegat Roland. à Vall. in cons.50.num.6.vol.1. quibus astipulatus fuit Hostiens.in rub.de diuort. in §. quibus modis,& quibus, ex causis fiat 2. col. vers. sicut autem maritus potest accusare vxorem, sic & vxor maritum, nec deficiunt ad id probationes, nempè supra narratæ satis superq; sufficiunt incipiendo primitus à confessione prædi-
3 ctarum mulierum,quæ & si de iure contra adulterum plenam probationem nõ inducant, attamen operantur violentam præsumptionem, est text. vbi glos. in verb.profitetur in cap. interrogatum 2. quæst.5.& in cap.ordinatos,vbi glos.in verb.ordinatos.59.distin. quas glos. sectati fuere Cyn.Alexan.& alij, quos refert, & testatur Ias. in l. si duo patroni col.2. ff.de iur.iur. quæ violenta præsũ-
4 ptio est tante vis & authoritatis, quod adultero non se purgante is à beneficio, & dignitate suspendendus erit, sic censuit Summus Pontifex in cap. significasti in fin. extra de adulter. quinimo glos.ibidem in verb.alioquin testatur esse
5 se condemnandum,cui accedit text.in l. denunciasse in §.fin.in fin.ff.de adulter. quæ omnia omnino procedere debent contra Marchionem,contra quem labes
6 ac macula adulterij prædicta in comparitione diuortij, fuit eidem denunciata, eiusdẽ nulla fuit sequuta purgatio, nullæq; per eum defensiones factæ.

Cõfessionibus, & depositionibus earundem mulierũ,ad id vt supra satis superq; probantiũ accedunt infrascripta alia adminicula, (sed quid dicam adminicula) immo de per se sufficientes pro-
7 bationes, & primo confessio desuper eiusdem Marchionis, quemadmodum scripsit Mar.Soccin.in proprijs terminis petitæ separationis,& diuortij, ex parte vxoris, in d.cons.32.nu.16. vers.idem, & secundo probatur vsque ad num.20.
8 qui loquitur in confessione viri probata per vnum testem optimè authoritatis, prout inspicitur in persona dicti decimi testis nobilis Neapolitani. Quibus ad-
9 ditur fama publica desuper optimè verificata vt suprà, prout testatur idem Soccin.vbi supra num.2. vers. idem, & tertio probatur, vsque ad num.23. qui eod.num.23. vers.quinimo fundat non
10 solum famam prædictam facere semiplenam probationem, verum etiam plenam, ea ratione cum tractetur de pro-
11 batione copulæ carnalis, quæ est difficilis

lis probationis, in qua admittuntur ad plenam probationem faciendam, probatio coniecturarum, & præsumptionũ ibidem num.10.vsque ad num.16.fusissimè,& legatur glos. sing. in c. præterea in verb. de auditu in vers. vel simpliciter potest intelligi extra de testibus, vbi fir-
12 mat ad thori separationem admitti testimonium de fama ad probandum viri adulterium,& sic in proprijs nostris terminis loquitur. nouissimè ad probãdum plenè adulterium prædictũ,accedit pro-
13 batio visionis dictarum mulierum intrantium,& exeuntium per ianuam prędictam falsam noctu diuq; à domibus Marchionis inferioribus, in quibus ipse degebat vitam separatam ducẽdo, vt supra, quæ sola de per se sufficeret ad fundandum Marchionem adulterum,vt cõprobat idem Soccin.in d.cons.32. num. 16.ex dictis Bart. & aliorum in l.2. in princ.ff.de furt.& Rolan.à Vall.d.cons. 50. num.2.& si omnia capita prædicta de per se, ex supra congestis sufficientia inspiciuntur ad probandum adulterium prædictum, sine dubio censendũ est ex
14 omnibus dictis probationibus, coniunctim induci plenissimam probationem Marchionis adulteri, ex dictis per Rom. in consil. 7. 1. col. cum alijs congestis à Soccin. in proprijs terminis contra maritum in d.cons.32.num.23.vers.stantibus itaq; prædictis omnibus.

Quod attinet ad secundum,tertium, & quartum fundamenta sæuitiæ, impietatis, seu crudelitatis, terribilitatis Marchionis aduersus actricem,& communes filios, ac furoris,minarum,& odij contra eandem fundantur his medijs, ex depositionibus septem testium de visu, & vltra prædictos in medium afferuntur alij testes, idem ratiocinantes de auditu, respectu vero minarũ, & odij fundãtur èx causa obiectionis eiusdem Marchionissę aduersus venditionem, quam Marchio stipulare intẽdebat in beneficium D. Indici de Tufo eius fratris Ciuitatis Lauelli,& Baroniæ Montis Melonis, & aliorũ eius bonorum, quibus communes, filij priuabantur,cuius obiectionis causa idẽ Marchio media persona vnius Monaci Sancti Francisci de Obseruantia, certiorem fecit dictam Marchionissam, quod nisi permitteret venditionem prædictã, & voluntariè retrocessisset, cautelas prędictas vt supra factas in beneficium eius filiorum, ac eiusdem Marchionissæ,prædicta omnia adimplere fecisset per vim, ei inferendo, centum vulnera, cumque Marchionissa constanter perseuerasset in oppositione prædicta, minimèq; annuisset votis dicti Marchionis, idẽ Marchio Comitatus à fratre Emilio de Tufo eius fratre milite Hierosolimitano,& alijs de noctę fuit aggressus dictã Marchionissã animo illam interficiendi, in parietibus domus, tunc clausæ scalas ponendo, ex qua agressione, licet nulla offensio secuta fuisset, id successit ex vociferationibus eiusdem Marchionissæ, & conuocatione omnium in eius auxilium,qui iam accesserunt, & Marchionissæ succurrerunt,quæ omnia deponunt, & testificantur septem testes omnes de visu,& auditu, insuper ad idem probatum est Marchionem degentem in Ciuitate Neap. ac detemptũ ordine Excellentissimi Proregis,cum mandato,& obligatione duc. 20000. prædictis non contentum spreto mandato prædicto, vt hominem incognitum Comitatum hominibus pessimæ vitæ,& conditionis, de noctæ,se cõtulisse ad Ciuitatem Lauelli conducturum ipsam Marchionissam ad Ciuitatem Beneuentanam, eamq; occisurum, de quibus certiorata Marchionissa,media persona Monaci Scapuccini posita in tuto, non fuit offensa, nec ducta ad dictam Ciuitatem Beneuentanam, noctæ illa, qua eam Marchio in domo prædicta fuit aggressus, prædictorum causa adimplendorum,de quibus Marchionissa, exposita Proregi querela,obtinuit Regium Commissarium, ex cuius informatione iam postea capta idẽ Marchio fuit citatus ad informandum,contumax reputatus, & ex dicta causa in Castro nouo carceratus, testibus medijs pluribus hoc deponentibus de visu, & de auditu.

15 Per

15 Per huiusmodi sæuitiam, vltra alia vt
supra narrata,& probata de iure inspici-
tur causa sufficiens separationis quo ad
thorum petitæ,vt testatur Innocent. III.
cap. litteras in fin. vers. si vero tanta sit
viri sæuitia,vbi glos.in verb.sufficiens,&
in cap.ex transmissa extra de restit.spol.
cuius vti singularis ad hoc propositum
meminit, ac commendat Abb. ibidem,
ac nonnulli alij Doctores propositis Io.
Lup. Hyppol. Marsil. Alex.& alij relati
per Couar in epit.decret.2.par.de con-
tractu coniug.effectu cap.7.§.5.num.1.
& 2. text. in cap.1. vt lite non contest.
sic intellectus à glos.ibi verb.suspectum,
16 vbi ponit omnes causas diuortij, quo
ad thorum, & ibidem Io.Andr. annotat
17 exemplo sæueri Domini erga seruos,
qui de iure seruos vendere cogantur,
ita text.in l.2.ff. de his qui sunt sui, vel
ali.iuris,& notatur in §.nunc autem in
fin. 25.distinct. id quod etiam iura ciui-
lia disposuere,quemadmodum cernitur
in l. consensu §. si quæ igitur maritum
C.de repud.& in §.mitiores,itaque nu-
ptiarum in auth.de nupt. qui text. in §.
mitiores vers. si igitur mulier tale
aliquid disponit vnam causam, tan-
tum ex prædictis satis superq; esse ad di-
uortium obtinendum, quæ procedunt
de iure etiã quod causa viri sæuitiæ pro-
18 cesserit ex facto, & culpa mulieris sepa-
rationem petentis, sic singulariter scri-
psit Abb.in cap.1.num.7.extra vt lite
non contest.

Nec hoc casu euitari poterit separa-
19 tio petita, ex cautionis forsan oblatione
facienda per Marchionem, nempe in
proprijs terminis odij,sic grauis,& capi-
talis, qualis cernitur hoc dicti Marchio-
nis aduersum actricem,non admisit cau
tionem, glos.in verb. sufficiens in fin. in
20 d.cap. litteras, etenim cautio non mu-
tat peruersum,& maleuolum animum
dicti Marchionis,vt testatur Imper. in §.
nouissimè instit.de susp.tuto.etiam quia
21 in his cautio,est fragile remedium, ita
scripsit Summus Pontifex in cap. ac-
cedens el secondo, & ibi glos.in verb.
inimicis extra, vt lite non contest. quæ
eo impensius roborantur, si quidem vt
supra fundatum est Marchio prædictus
22 spreuit Regium mandatum ducatorum
20000. vt offenderet Marchionissam,
ex quo solo, quando cautio debuisset
admitti, in casu nostro admittenda non
erit, tum de iure, nam qualitas personæ
multum in hoc confert, vt testatur Co-
uarr.loco præcit.in d.cap.7. nu.1.in fin.
ibi ipsa personarum qualitate perspecta,
tum etiam ex communi omnium iudi-
cio, quemadmodum etiam testatur Illu-
striss. D. Hieronyma Columna, Laura
Caracciola, Mutius Brancatius, Gon-
saluus de Sangro,& omnes alij testes in
dicto articulo 31.

23 Etiam quia probatum est odium capi-
tale Marchionis, aduersus Marchionis-
sam, quod odium capitale excludit om-
nem cautionem, vt in proprijs terminis
testatur Aym.Crauet.in cons.31. nu.4.
qui eo casu dicit procedere text.in dict.
cap.accedens il secondo, iuncta glos. in
verb. inimicis, vt lite non contestata,
& in d. cap. litteras in fin. vna cum glos.
prædicta in verb. sufficiens de rest.spol.
& in cap.ex parte il primo, vbi Deti.co-
lum. 3. extra de appellat. cum alijs per
eum congestis.

Et nouissimè quod attinet ad secun-
dum caput, seu fundamentum, fundatũ
super litibus, & alijs vt supra illud fun-
datur ex actis agitatis, & compilatis in
Consilio Collaterali inter Marchionẽ,
& Marchionissam, ac per nonnullos te-
24 stes huiusmodi litium causa de per se
est etiam sufficiens ad obtinendam peti-
tam separationem,ad hunc modum scri-
psit Couarru. d.§.5. num.1.in fin.vers.
quando inter virum & vxorem, ad id al-
legans prædictum consilium Aym. 31.
quod loquitur in proprijs nostris termi-
nis diuortij petiti per vxorẽ contra virũ,
25 ea etiã ratione, quia lex ex litibus præ-
dictis præsumit inductam inter coniu-
ges inimicitiam,ac odium capitale,cuius
meminit Couarr.in d.7.cap. vbi supra
nu.1. circa finem.

Ex quibus sic in iure fundatis Illu-
strissimo, ac Reuerendiss. D. Archiepi-
scopo

ſcopo Neapolitano Iudicanti anceps, ac dubia minimè fieri poterit victoria Marchioniſſæ diuortiũ prędictũ quo ad thorum petentis, & ita in omnibus iudicandum, & reſpondendum eſſe cenſeo.

26 Hæc cauſa fuit deciſa in fauorem dictæ Marchioniſſæ Lauelli, iuxta hoc cõſilium per Curiam Archiepiſcopalem Neapol.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. & 2. addo Peguer. in deciſ. 20. & Triuiſan. in deciſ. Venet. 45. par. 2. quos refert ac alios allegat Riccius in collectan. deciſ. par. 1. collectan. 222. fol. mihi 121. & matrimonium ſeparatur etiam propter vitium nefandũ ſodomiæ, Afflict. in conſtit. Regni repudium in fine num. . . Couarru. in 2. par. epitom. decret. cap. 7. §. 5. num. 6. & 7. etiam ſi dictum vitium fuerit tantum attentatum Franc. Marc. in deciſ. Delphin. 379. par. 2. ſed nõ ſufficiet ſolus concubitus mulieris, Riccius in deciſ. Cur. Archiep. Neap. 71. par. 1.

Ad num. 7. & 8. quod adulterium, & copula carnalis, probetur etiam per teſtes de auditu ab adulteris de confeſſione extraiudiciali, adde Decium in conſ. 577. num. 9. Pariſ. in conſ. 160. num. 23. & 26. lib. 4. & nouiſſimè Farinac. in practica crimin. par. 2. tom. 2. in tit. de delictis carnis quæſt. 136. cap. 2. nu. 42. qđ maximè dicit procedere quando agitur ciuiliter vt hic, ibi nu. 49.

Ad num. 11. addo Franc. Marc. in deciſ. Delphin. 899. num. 8. & ſeq. par. 1. Maſcard. in tract. de probat. lib. 1. concluſ. 57. num. 3. 7. & 8. & concluſ. 312. num. 19. & concluſ. 452. num. 5. & 10. & concluſ. 810. nu. 1. & 4. lib. 2. Menoc. in tract. de præſumpt. 1. lib. præſumpt. 58. num. 3. & lib. 5. præſumpt. 41. nu. 1. 2. & 4. & de arbitr. iud. lib. 2. caſu 116. num. 11. & in conſ. 31. lib. 1. nu. 18. cum plurib. ſeqq. & Farinac. qui innumeros Doctores allegat in d. quęſt. 136. cap. 1. numer. 2. cum ſequentib. vbi numer. 18. in ſpecie, tradit quod adulterium, ſeu copula carnalis probetur præſumptionibus, & coniecturis quando agitur ciuiliter thori ſeparationẽ, ac dotis amiſſionem.

Ad nu. 13. addo eundem Farinac. in d. quæſt. 136. cap. . . nu. 118. quem pro additione nu. 14. videas in d. quæſt. cap. 1. nu. 8.

Ad nu. 15. addo Theſaur. in deciſ. Pedem. 130. Farin. in dec. 278. & Ricc. in deciſ. Cur. Archiepiſc. Neap. 8. par. 2. & matrimoniũ poteſt ſeparari quo ad thorum propter vitæ inſidiationem, Franc. Marc. in deciſ. Delphin. 738. par. 2. Couar. in par. epit. decret. c. 7. §. 5. nu. 8. cũ ſeq. & nota quod ſeparato matrimonio, quo ad thorum in omnibus ſupradictis caſibus dos venit reſtituenda, Præſ. de Fran. h. in dec. 244.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Maior eſt dignus beneficio reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam ex cauſa inſtrumentorum de nouo repertorum.*

2 *Terminus duorum annorum datur reſpectu reclamationis, & quatuor reſpectu reſtitutionis, quod procedit etiam in reſtitutione petita aduerſus rem iudicatam ex cauſa inſtrumentorum de nouo repertorum vt nu. 3.*

4 *Negligens per multum tempus ad inquirendum inſtrumentum quod perquirere potuit in loco ſolito non poteſt petere reſtitutionem aduerſus ſententiã tranſactam in rem iudicatam ex cauſa inſtrumenti poſtea reperti.*

5 *Quando vigore euictionis alter tenetur facere diligentiam ad inueniendum inſtrumentum, quam non fecit, & ſit ſoluendo non eſt locus reſtitutioni aduerſus rem iudicatam ex cauſa inſtrumenti reperti.*

6 *Prius eſt per pupillum agendum contra tutorem, vel curatorem, qui ſolemne inuentarium non confecit, & in ſubſidiũ tutore, vel curatore non ſoluendo ei ſuccurritur per beneficium reſtitutionis in integrum.*

CONSILIVM LXXIX.

Pro Monasterio Sancti Martini, contra Illustr. Ducem Nuceriæ Paganorũ. Maior in quibus casibus non possit petere restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam, ex causa instrumentorum de nouo repertorum.

1 VERVM est de iure maiorem ex edicto maiorum, dignum in integrum restitutionis beneficio aduersus rem iudicatam ex causa instrumentorum de nouo repertorum, scripsit Castrens. in cons. 257. volum. 2. & fusius Sfortia Oddi in tractatu restitutionis in integrum par. 2. quæstio. 74. artic. 3. Ex quibus Dux Nuceriæ Paganorum videtur habere suam intentionem fundatam aduersus Monasterium Sancti Martini, dum prætendit restitui aduersus sententiam transactam in rem iudicatam, latam in beneficium Monasterij super nullitate contractus concessionis domorum facta per Monasterium Regenti Fonseca in anno 1543. ex causa Breuis Apostolici reperti in anno 1591.

At Monasterium ex infra dicendis prætendit petitæ restitutioni in integrum minimè locum fore. Primo quia non largiuntur tempora restitutionis in integrum, si quidem decretum Sacri Consilij aduersus quod petijt Dux restitui, fuit interpositum die 12. Septembris 1571. contra eundem Ducem à ter. & sic vsque ad annum 1592. quando fuit proposita restitutio in integrũ, non modo lapsus fuit terminus anno-
2 rum sex, videlicet duorum respectu reclamationis, ac etiam aliorum annorum quatuor restitutionis, iuxta text. in cap. 1. de in integr. restitut. in 6. & in l. final. C. de temporibus in integr. restitut. scripsit fusius Sfortia Oddi in dicto tractatu part. 2. quæstione 76. artic. 6. vsque ad numerum 30. qui loqui-
3 tur in restitutione petita aduersus rem iudicatam ex causa instrumentorum de nouo repertorum, vt in principio quæstionis apparet. Verum etiam vltra lapsi fuerunt quindecim anni, igitur restitutio petita ei non est concedenda.

Secundo si quidem Dux prædictus contra quem fuit sententia deuolutionis promulgata, fuit tanto tempore
4 negligens ad inquirendum instrumentum Breuis præfati, quod perquiri poterat, vel in Vrbe Roma in Archiuio, vel in Curia Archiepiscopali, in qua acta similium decretorum conseruantur, ex præcedentibus commissionibus eidem fieri solitis, sic scripsit Sfortia Oddi loco præcitato part. 2. quæstione 73. artic. 3. numer. 5. lib. 4. loquens in restitutione ex clausula generali, ex edicto maiorum in proprijs nostris terminis.

Quibus accedit, quod nulla Ducis diligentia præcedente, fuit prætensum Breuis instrumentum repertum, sed ex relatione facta per Franciscum Impuccia, Fabio Susannæ creato familiari dicti Ducis.

Tertio si quidem Dux habuit causam à Regente Salazar, qui Duci euictionem promisit, quem Dux prædictus requisiuit pro Breui reperiendo, quo fit, vt cum vigore promissæ euictionis Re-
5 gens Salazar tenebatur facere diligentiam super inuentione dicti Breuis, quam non fecit, dictusque Regens fuerit, & sint ad præsens hæredes soluendo, petitæ restitutioni locus de iure esse non potest, ita scripsit Sfortia Oddi loco præcitato part. 2. quæstione 73. artic. 3. in fine, numer. 65. versic. limitatur quarto, inter alios per glos. in l. arbitrio §. si cuius dolo, ff. de dolo, & clarius idem Sfortia in dicto tractatu parte 1. quæstione 13. artic. 10. nume. 64. versic. breuiter, & quæstione 73. artic. 3. numer. 65. in 2. par. & quæso ad hoc propositum, legatur glos. in §. pupillis, in vers. per restitutionis in

auth.

auth. de hæredibus, & falcidia, quæ di-
6 sponit, quod priùs est per pupillum agendum contra tutorem, vel curatorem, qui solemne inuentarium nõ confecit, & in subsidium, tutore, vel curatore soluendo non reperto, tunc pupillo succurrendum est per beneficium restitutionis in integrum. Quare ex prædictis iudicandum erit petitæ desuper restitutioni in integrum locum non fore, & ita respondendum, & iudicandũ esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. restitutio in integrum aduersus rem iudicatam propter instrumenta nouiter reperta quomodo sit concedenda, adde Merlin. in decis. Mediolanen. 49. sed quod in isto casu restitutio non detur, est tex. ad litteram in l. sub specie C. de re iudic. sed dicta lex fallit, si ille qui vult infringere dictam sententiam habet iustam causam ignorantiæ super dictis instrumentis, nam tunc per restitutionem in integrum potest petere dictam sententiam retractari, Hyppol. in singul. 229. sed quid in criminalibus vide Romanum singulariter in cons. 223. & quæ exceptiones possint opponi post sententiam, & in ipsius exequutione, vide Specul. in tit. de exequutione senten. in §. postremo, & in quibus causis restitutio in integrum maiori concedatur, vide Io. Aloysium Riccium in collectan. decis. par. 4. collectan. 893. fol. mihi 83. & nota quod restitutio semel petita ex edicto maiorum, si qua mihi iusta causa &c. secundum terminos cap. ex litteris extra de in integr. restitut. si fuerit denegata, non potest iterum concedi, secus si ex edicto minorum, Polidor. Rip. obseru. 330. quem allegat Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1525.

Ad num. 2. adde quod si quis probabiliter ignorauit, non currit sibi tempus quadriennij ad petendam restitutionem, imo eo casu etiam si staret per centum annos poterit eam petere, Bald. in l. falsam C. si ex fals. instrument. Paul. de Castr. in l. final. C. de dol. Alex. in consil. 81. in fin. lib. 5. & in cons. 39. num. 17. & 21. lib. 6. Petr. Girard. singul. 18. col. fin. Dec. in cons. 36. col. final. Hippol. singul. 172. & Cotta in suis memor. in ver. tempus restitutionis, & nota quod tempus quadriennij datum ad petendam in integrum restitutionem minori incipit ab eo tempore, quo fuit factus maior, vt in dict. l. final. C. de temp. in integr. restit. quod secus est in Ecclesia, quia si esset læsa semper dicetur minor clem. 1. de in integr. restitut. Paul. de Castr. in cons. 160. notandum est num. 4. par. 2. & ex hoc habes differentiam inter restitutionem quæ datur Ecclesiæ, & quæ datur minori, ad quod etiam vide Bald. in cons. 454. punctus volum. 4.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vt videt actionem, vel exceptionem non militantem, & consequenter captiosam, vel calumniosam illam reijcere debet.*

2 *Iudex potest, & debet calumniosã actionem, vel exceptionem lacerare, & in causa ad vlteriora procedere etiam interposita appellatione, & reclamatione.*

3 *Exceptio rei iudicatæ, vt obstet actori tria concurrere debent, vt sit inter easdem personas de eadem re, & idem modus agendi.*

4 *Sententia quando transit in rem iudicatam facit de non ente ens, & de albo nigrum.*

5 *Statutum quando denegat audientiam prohibetque ius reddi agere volentibus, non tamen ex inhabilitatione personæ, vt in bannitis rebellibus, & alijs personaliter ad agendũ inhabilibus, sed ex aliquo defectu, & causa, tunc denegatio prædicta conceditur parte tñ opponẽte ea vero exceptionẽ tacente acta*

teneri, & quod procedit etiam in exceptione Regiæ Pragmaticæ aditæ thori num. 6.

7 Exceptio Regiæ pragmaticæ aditæ thori competit tantum conuentis possidentibus, vel tempore aditæ pragmaticæ, vel tempore litis motæ, & de opinione contraria inter Doctores Italos, & Hispanos in hoc, & quæ sit vera nu. 8.

9 Priuilegiũ Regis posterius, vt tollat aliud anterius alterius Regis, debet continere clausulam derogatoriam.

10 Exceptio dictæ Regiæ pragmaticæ opposita per conuentum, non militat quando tam conuentus, quam actor causam habent à Regibus in ea expressis exemplo dispositionis l. bene à Zenone C. de quadrien. præscript.

11 Decisio præsentis causæ in fauorem.

CONSILIVM LXXX.

Pro Magnifico Fabio Capicio Galiota vtili Domino passus Canne, contra Ciuitatem Neapolis. Tractatur de exceptione dilationis causæ petita, & quod Iudex videns calumniosam exceptionem illam nõ debet admittere etiam reo appellante, & de dispositione Regiæ pragmaticæ aditæ thori in secundo capite, & aliqua de exceptione rei iudicatæ.

DVM Magnificus Dom. Fabius Capycius Galeota meus nepos vtilis Dominus passus Cannæ continuando eius possessionem exigendi iura passus præfati à Neapolitanis, etiam asportantibus frumenta, & alia ad hanc Ciuitatem pro vsu, & grassia, pro manutentione illius, iuxta decretum lite pendente interpositum desuper in ipsius fauorem in anno 1560. per Regiam Cameram Summariæ, & prouisiones continuatas ante, & post dictum decretum per eãdem expeditas, vt ex processu, petijllet exequi contra Ciuitatẽ, pro quadam pecuniarum quantitate, iuxta calculum pro tot frumentis, & frugibus anno præterito ad hanc Ciuitatem vectis, siue asportatis, eadem Ciuitas post innumeras dilationes, vt præsens negotium immortale redderet, conuolauit ad exceptionem Regiæ Pragmaticæ edita thori in secundo capite asserens respectu generalis immunitatis se tueri priuilegio Regis Federici petijtque super exceptione præfata sibi concedi terminum.

At idem Magnificus Fabius affirmat petitioni dicti termini locum non fore, tum quia exceptio dictæ Regiæ Pragmaticæ, in hoc iuditio allegari non meruit, nec congruit, tum etiam, quia etsi pertinens esset, ea ex duobus notoriè non subsisteret, & successiue terminus peti-
1 tus denegandus erit, etenim Iudex vt vidit actionem, vel exceptionem non militantem, & consequenter captiosam, & calumniosam illã reijcere debet, ex glos. sing. in l. qui cum natu maior §. si patris in verb. calumniosam ff. de bon. liber. quam singularem dixit, & testatur Imol. in l. penult. §. ad crime in 6. limit. ff. de publ. iud. adeò vt eam sequendo Felyn. scripserit in c. licet causam in 4. notab.
2 de probat. Iudicem posse, & debere calumniosam actionem, vel exceptionem lacerare, & in causa ad vlteriora procedere, etiam interposita appellatione, & reclamatione, ita scripsit Abb. in cap. nullus, vbi Felyn. nu. 9. extra de probat. asserens fuisse dictum originarium Innocen. in c. post electionem de concess. præb. & in c. super eo de appell.

Præfatus Magnificus Fabius dicit incongruè per Ciuitatem fuisse allegatam in hoc præsenti iudicio lite pendente dictam exceptionem, si quidem ciuitati
3 agenti obstat exceptio rei iudicatæ in eodem iudicio summario lite pendente, concurrunt enim omnia tria requisita inter easdem personas de eadem re, & idem modus agendi, ad text. in l. de eadem re cum concor. de except. rei iudic. si exceptio huiusmodi admicteretur, tolleret effectum rei iudicatæ, & sic tol-
4 leret sententiam, quæ vt transitum fecit in rem iudicatam facit de non ente ens, & de

& de albo nigrum, ad relata copiosè per Iaſ. in l. Iulianus verum debitorem ff. de condict. indeb. concludendo in hoc acta deſuper primitus facta, & ſucceſſiuè decretum, & prouiſiones prænarratum, & prænarratas ex prætenſo titulo Regis Federici non reddi nullam, ac nullas, etiam quod Pragmatica prædicta tollat deſuper iudicibus iuriſdictionem ſi quidē, & ſi tollat iuriſdictionē id nō procedit ipſo iure, ſed ope exceptionis eiuſdē Pragmaticæ, de qua antea non fuit oppoſitum, niſi in præſentiarum etenim

5 quando ſtatutum denegat audientiam, prohibetque ius reddi agere volentibus non tamen ex inhabilitatione perſonæ, vt in bannitis rebellibus, & alijs perſonaliter ad agendum inhabilibus, ſed ex aliquo defectu, & eam pro vt inſpicimus hanc Pragmaticam denegantem audientiam, ſolum pro bono publico, vt lites, & tumultus tollat, tunc denegatio prædicta cōceditur, parte tamen opponente, ea verò exceptionem tacente acta tenent, & ſucceſſiuè militat exceptio rei iudicatæ, vt ſupra fuit theor. Imo Alex. & aliorum in l. 1. in §. ſublata ad trebell. Anchar. in repet. reg. ea quæ ad decus in 3. col. de reg. iur. Ang. in l. fin. de malef. & mathe. Aret. conſ. 35. & in ſpecie in

6 præfata exceptione Regiæ Pragmaticæ firmauit Piſanell. in commento eiuſdem num. 54. verſ. in contrarium, innumeros DD. id fundantes allegans.

Secundum autem aſſumptum, quod exceptio prædicta non militet ſuffulcitur duobus fundamentis. Primo nempè vt ex aperta littera dictæ Regiæ Pragmati-

7 cæ lūce clarius depromitur exceptionē prænarratam competere tantum conuētis poſſidentibus, vel tempore æditæ Pragmaticæ, vel tempore litis motæ, *ibi prout illis Regibus viuentibus poſſidebāt*,

8 licet vera ſit opinio noſtrorum Italorū, quod inſpiciatur tempus litis motæ, cōtra Dominos Doctores Hiſpanos attendentes tempus æditæ Pragmaticæ, vt latè per Afflict. in deciſ. 396. in 2. dub. in qua poſſeſſione prætenſæ immunitatis reſpectu dicti paſſus, ex actis apparet nunquam fuiſſe Ciuitatem, nec tempore æditæ Pragmaticæ, nec litis motæ, nec medio, ac vllo tempore, ex tot prouiſionibus cōtinuatis temporibus expeditis per eandem Regiam Cameram in beneficium dicti paſſus contra Neapolitanos, & ex dicto decreto fundante dictam poſſeſſionem cum dicat *manuteneatur Dominus paſſus præfati in dicta poſſeſſione*, quo fit etiam, vt cum probari non poſſit dicta poſſeſſio, nec tempore æditæ Pragmaticæ, etiam quia tranſacti ſunt anni centum, nec tempore litis motæ, nec medio tempore, vt ſupra Ciuitati etiam terminus erit denegandus, cū ille eandem non poterit releuare, & ſucceſſiuè captioſa inſpicitur illius petitio vt ſupra fundatum eſt.

Nouiſſimè quia inſpicitur aſſertum Priuilegium Ciuitatis Regis Federici, cui innititur pro fundando titulo circa cōcernentia exceptionem Regiæ Pragma-

9 ticæ poſterius citra clauſulā derogatoriam, & ſucceſſiuè non tollens Priuilegium dicti paſſus anterius Alphonſi Secundi, & conſequenter ab iiſdem Regibus in Pragmatica expreſſis, exceptio

10 namq; Regiæ Pragmaticæ oppoſita per conuentum non militat quando tam conuentus, quam actor cauſam habent à Regibus in ea expreſſis exemplo diſpoſitionis l. bene à Zenone C. de quadrien. præſcr. diſpoſitioni dictæ noſtræ Regiæ Pragmaticæ, ſimilis ita ſcripſit Rom. in conſ. 248. incip. Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio circa præmiſſa per text. in cap. Abbate ſanè in verſ. pro parte de re iudic. in 6. firmat Curt. Iun. in conſil. 143. incip. poſt expeditum col. 2. verſ. ſed quid fortius, verſ. puto igitur, & ver. ſed quid opus, tenuit Gram. in dec. 65. nu. 43. & rogo ponderetur text. ad id in l. prædia C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. ſuper quo etiam Curt. ſe fundat, qui videtur ſatis apertus.

Quare cum ex his appareat incōgruò tempore fuiſſe oppoſitam dictam exceptionem eamq;, & ſi congruo loco oppoſita fuiſſet non militare, & ſucceſſiuè terminum calumnioſè petitum inſtatur

per

per Regiam Cameram prouideri procedendum esse ad actū exequutionis contra eandem Ciuitatem, iuxta calculum exceptione Regiæ Pragmaticæ, & termino opposito, & petito explosis, & reiectis, & ita respondendum, & iudicandū esse censeo.

11 Die 2. Iunij 1592. referente D. Præsidente Amescua fuit per Regiam Cameram iudicatum in fauorem dicti Fabij, secundum has allegationes, Actuario Regiæ Cameræ Amato.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. addo, quod quando notoriè apparet ex actis actionem non cōpetere actori, Iudex ex officio potest ipsum repellere à limine iudicij, glos. & Doctor. in l. vbi pactum C. de transact. Franc. Marc. in dec. Delphin. 574. nu. 1. in fin. par. 2.

Ad nu. 3. addo tex. in l. 1. & 3. & l. cū quæsitum cum seq. ff. de except. rei iudic. vbi Doctores communiter notant Soccin. conf. 18. num. 44. vol. 1. Deci. in conf. 445. num. 43. pract. Papi. de for. resp. rei. ver. reiq; iudicatæ.

Ad num. 8. addo Vrsill. in addit. ad d. decis. Affl. 396. num. 7. in fin. Gramat. in decis. 65. Consiliar. Rouit. in prag. 4. de possessor. non turban. nu. 4. Maur. Sen. in alleg. 28. num. 5. & an dicta Pragmatica edita thori habeat locum, quando alienatio, seu concessio facta per Regē Federicum prætenderetur facta lite pendente, vel eo tempore, quo Rex Federicus erat de Regno desperatus, vide Gram. in d. decis. 65. num. 46. & 47. & per totam, Vrsill. in d. decis. 396. num. 8. Reg. de Ponte in conf. 31. num. 142. volum. 2.

Ad num. 9. addo Reg. de Ponte in suo sollemni conf. 59. par. 1. post nu. 43 vers. & si Rex Catholicus, imo num. 44. tradit, quod & si adsit clausula in secundo Priuilegio derogatoria amplissima, cum clausula de plenitudine potestatis, & clausula non obstantibus priuilegijs quibuscumque, quod non per hoc primum priuilegium tollitur, cum debeat specialis illius mentio fieri, ea ratione, (prout ipsemet doctissimus Regens dicit num. 45. & seq.) quia semper præsumitur Regem velle concedere sine tertij præiudicio.

Ad num. 10. quod Pragmatica edita thori non habeat locum quando vterq; actor, & reus habent causam à Regibus in ea mētionatis, adde Loffred. in conf. 34. per totum, Ann. Sen. in allegat. 64. Vrsill. in d. decis. 396. ver. item etiam num. 9. & seqq. Rouit. in d. pragm. 4. de possessor. non turb. nu. 7. & D. Patruum supra in conf. 138. num. 1. & 2. & an exceptio dictæ Pragmaticæ debeat ad merita causæ reseruari, vel ea opposita statim impediatur cursus instantiæ, vide Pisanell. in comment. ad d. prag. nu. 63. in fin. Gram. in decis. 65. num. 8. Reg. de Ponte in d. conf. 59. num. 5. Rouit. in d. pragm. 4. num. 1. & 2. & nota quod dicta pragmatica habet locum etiam contra fiscum, Minad. in repet. const. in aliquibus not. 5. num. 22. Rouit. in d. prag. 4. num. 3. & nu. 5. & D. Camill. de Curtis meus patruus recolendæ semper memoriæ, in diuers. iur. feud. nu. 63. vers. declarata per totum, sciendum est etiā, quod dicta Pragmatica nō habet locum contra Ecclesiam, Rouit. in d. pragm. 4. num. 11. ad instar dispositionis d. l. bene à Zenone C. de quadrien. præscript. quę non habet locum in Ecclesia, glos. in cap. quicumque militum 12. quæst. 2. & Roman. in singul. 611. & plures limit. ad d. l. bene à Zenone, ponunt Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum col. 11. nu. 34. extra de constit. glos. in l. 1. C. de alien. rer. fiscal. lib. 10. Soccin. in fal'lent. 342. ver. res aliena à Principe, Hypp. Rimin. in §. 1. instit. quib. alien. licet vel non à num. 52. cum seqq. Iacob. in tract. feud. nu. 10. fol. 10. D. de Pont. in d. conf. 59. nu. 49. & seq. & in tract. de pot. Proreg. tit. 4. §. 6. num. 3. 4. & 5.

Paul. Staib. Iun.

SVM-

SVMMARIVM.

1 De iure Francorum secundogenita, existente primogenita successionis feudalium est incapax, & in eis extranea habetur.

2 Soror primogenita ex lege feudi, & tenore inuestiturae vocata, claro, & aperto iure venit, & legitima dicitur contradictrix.

3 Soror primogenita vocatur in feudis ex constitutione Regni vt de successionibus.

4 Primogenita semper praefertur in feudis in defectum masculorum, & adeò legitima dicitur succeditrix ex lege municipali, & munificentia concedentis, vt feudum semper intelligatur datum pro accipiente, & primogenita, & si inuestitura hoc non contineatur, & probatio in contrarium admittitur.

5 Lex, & Regni constitutio detulit primogenitae praerogatiuam, & praelaturam, ita vt homo eam tollere non potest, id quod est priuilegium aetatis non filiationis, & ratio nu. 6.

7 Prima huius Regni nostri inuestitura facta per Clementem Quartum, Carolo Primo Regi, expressè praefert primogenitos tam masculos, quam in eorum defectu foeminas.

8 Existentia primogenitae facit secundogenitam, vel nõ extare, vel illam extraneam quo ad feudalem successionem in Regno, in quo viuitur iure Franchorũ, adeò quod si totum feudum primogenitę non relinquatur extraneo relictum esse censetur.

9 In materia successionis feudorum, ita se habet foemina ad foeminam, sicut masculus ad masculum.

10 Sicut primogenito existente lex municipalis Regni non cognoscit secundogenitum, sic etiam existente primogenita, secundogenita est prorsus incognita, quia sunt vocata ordine successiuo, nec eodem tempore sunt contemplati, seu contemplatae.

11 Feudum antiquum debetur non tantum sibi, sed agnatis, sibi dum viuit, agnatis per ordinem, sicut veniunt post eius mortem.

12 Decisio Afflicti 119. habet locum quando instituitur haeres immediatè, & proxime successurus in feudis, quia tunc dispositio praedicta sapit naturam refutationis nu. 13.

14 Refutatio feudorum sine assensu approbatur quando fit immediate successuro.

15 In feudis nulla defuncti dispositio, nec manet, nec valet.

16 Constitutio Regni vt de successionibus tres considerauit praerogatiuas sexus aetatis, & capilli.

17 Dum concurrit praerogatiua gradus, & existentis secundogenitae in capillo potentior est gradus praerogatiua singulis alijs dato quod primogenita fuisset maritata, non tamen dotata, vel si dotata successionem feudorum sibi reseruasset.

18 Voluntas contrahentium, & id quod agitur, non aliud attenditur in contractibus.

19 Respectu voluntatis contrahentiũ à propria verborum contractus significatione, & eorum proprietate receditur.

20 Si contrahentes volunt permutare, & contractus verba sonant venditionem permutatio est.

21 In feudalibus extensio de casu ad casum extenditur etiam si adesset clausula tantum etiam in exorbitantibus & num. 22.

23 Primogenita tantum maritata, non excluditur à secundogenita in capillo.

24 Vt excludatur primogenita requiritur ꝙ sit maritata, & quod sit à patre dotata, quia sola dos profectitia excludit primogenitam & nu. 74.

25 Pactum praeseruatiuum successionis factum inter patrem, & filiam cum consensu eiusdem patris valet, nam pater consentiendo praeiudicauit, sicut praeiudicare potuit sibi & haeredibus suis, qui in feudis haereditarijs successuri erant & num. 26. quod intelligitur procedere in eum casum, in quo pater potest filij praeiudicare nu. 27.

28 Pater potest secundogenitam maritare & dotare ante eius mortem, & tunc non

non obstante dotatione primogenitæ, secundogenita excluditur.

29 *Vigore constitutionis Regni ut de successoribus, tunc secundogenita est legitima hæres quando tẽpore mortis patris, ipsa in capillo reperitur, & ista qualitate cessante remanet prærogatiua ætatis.*

30 *Pater potest feuda vendere cum consensu Regis sine consensu secundogenitæ in capillo, vel alterius hæredis immediate successuri in eis, immò contra illorũ voluntatem si tamen feuda sint hæreditaria.*

31 *Potest primogenita dicere nolo dotari, nec cogi potest, tunc dotem recipere, & sic pater eam à successione nõ potest excludere ut nu. 32.*

33 *Pater potest dotem non congruam primogenitæ dare, seu partem congruè dotis, & ea de causa excludere secundogenitam & nu. 62. & tunc videtur partim dotare, & eam ad successionem admittere num. 34.*

35 *Quando sumus in iure quærendo pater à principio, seu ipso actu donationis primogenitæ, potest secundogenitæ præiudicare & nu. 61.*

36 *Assensus secundogenitæ in pacto successionis paternæ præseruatiuo non est necessarius, quia eius interesse tunc nõ est fundatum de præsenti.*

37 *Interesse tertij assistentis in iudicio opus est, ut sit fundatum de præsenti, & non de futuro, sub spe fallibili.*

38 *Iudicium non est permissum in his quæ pendent ex futuro euentu, & ex conditione.*

39 *Nouitius non dicitur monacus, licet possit sequi professio, quia quod pendet non habetur pro eo quasi sit.*

40 *Clausulæ (saluo iure alterius, & legatariorum) locum habet tantum in iure competendi de præsenti, & sic de interesse formato.*

41 *Verba obscura Andreæ in cap. 1. num. 3. ver. sed filia, vel soror de natura succes. feud. à nullo, ex regnicolis, vel alijs feudistis declarata, & interpretata ab Authore notabiliter declarantur, & numer. 45. 47. & 49.*

42 *Protestatio tunc fit in aliquo actu, quando ille actus adeo est præiudicialis contrahenti, quod excludit illum ex tacito eius consensu ommissa protestatione.*

43 *Et eo casu protestatio manifestans dissensum conseruat iura protestantis.*

44 *Per solam donationem filiæ factam à patre, filia non excluditur, sed tunc demum quando tempore mortis patris, filia secundogenita reperiretur in capillo.*

46 *Fiscus in feudis sororem excludit ex sola dotatione & nu. 51.*

48 *Soror ex sola dotatione excluditur à fratris successione.*

50 *Soror per dotationem excluditur à successione fratris per fiscum, id quod non militat in filia, quia per dotem ei à patre datam à successione non excluditur.*

52 *Consensus patris in protestatione iuuat filiam in successione, & hoc de mente Andreæ.*

53 *Contemplatione, & fauore matrimonij, non modo substinetur pactum successionis præseruatiuum, verũ etiam morte successionis hæreditatis viuentis.*

54 *Quando pactum est appositum pro contrahendo matrimonio, sine quo illud minime contractum fuisset, tunc personis contemplatis ius irreuocabiliter est de iure quæsitum, & tunc ius promissionis, & pacti prædicti æquiparatur iuri creditoris nu. 55.*

56 *Pactum licet sit de hæreditate viuentis tenet quando intercedit inter patrem, & filium.*

57 *Assensus est validus respectu hypothecæ feudorum pro obseruantia pacti prorsus separati è pacto succedendi.*

58 *Et tunc operabitur quod pro pacti obseruantia tantundem sit consequendum per venditionem feudorum, & propterea ad circuitum euitandum erit prædictum pactum super eisdem feudis validum iudicandum nu. 59.*

60 *Pactum excludens dotationem, & includens donationem validum est.*

63 Pa-

63 *Pater potest secundogenitæ per pactum praiudicare.*

64 *Donatio inter patrem, & filium median te iuramento tenet.*

65 *Donatio facta à patre filiæ, licet fiat in capitulis matrimonialibus stipulatis ante contractum matrimonium, quo tempore cum sit in patris potestate improbatur, tamen recipit robur sequuto matrimonio, quo tempore est sui iuris, etiam accedente vera, vel ficta traditione ex clausulis præcarij, & constituti vt nu.66.*

67 *Donatio prædicta licet tempore capitulorum inhabilis sit, tamen valida erit, si erit collata ad tempus mortis patris, quo filia est sui iuris, & hoc casu donatio prædicta est irreuocabilis nu. 68.*

69 *Potest cadere pactum donationis huiusmodi inter patrem, & filiam fauore matrimonij.*

70 *Capitulum Regis Caroli III. incipiens emergentium habet locum tantum in beneficium fisci & nu.72.*

71 *Casus ommissus relinquendus est iuris dispositioni.*

73 *Quando non est secundogenita legitima succeditrix in feudalibus, ex causa institutionis apparentis in patris testamento in sui beneficium, etiam quod sit simplex, non est digna benef.l.fin. C.de ed. diu. Adr. toll.*

75 *Remedium d.l.fin. cessat contra possessorem feudorum ex tit. præcedente mortem testatoris, vt puta pacto præseruatæ successionis inhito cum eodem testatore, & quod tunc possit capi per eum possessio feudorum vacans post mortem testatoris vt nu.77.*

76 *Si aliquis comparet allegans titulum habitum à testatore ante illius mortem, & possessionem vacantē per ipsum captam post testatoris mortem impedit summarium iudicium d.l.fin. & ipsius est legitimus contradictor.*

78 *Beneficium d.l.fin. est fundatum in vera, & valida institutione, non autem in nulla, & inualida.*

79 *Causa falsa expressa, nō tamen menti retenta per testatorē vitiat institutionē, & tunc non est locus remedio d.l.fin.*

80 *Quando adest paris titulus institutionis se opponente vno ex his instituto qui possidet, tunc cessat summaria cognitio iudicij d.l.fin. ac eius beneficium, & locus est iudicio ordinario, & reprobatur Decius & nu.83.*

81 *Quando duo concurrunt dicentes habere causam ab eodem testatore, & petentes immissionem in possessionem omnes audiuntur iudicio sūmario d.l.fin. & hoc de doctrina Angeli sed hoc habet locum nullo possidente nu.82.*

84 *Institutus est immictendus in possessionē ex beneficio d.l.fin. non ei substitutus, & quomodo declaretur nu. 85. & ex quibus verbis inducatur institutio, vel substitutio nu.86.*

87 *quis non potest dici hæres, & legatarius.*

88 *Institutio secundogenitæ in feudalibus est nulla existente primogenita, & obtinente vere locum primogenituræ.*

89 *Substitutio est secunda institutio, & subrogatoria primæ institutionis.*

90 *Lex 1. C.de edic.diu.Adr.toll. cessat stante nullitate institutionis, cum testamētum eo casu possit incipere à secundo gradu substitutionis, & tunc substituto competit remed.d.l.fin.nu.92.*

91 *Testamentum nullum locum habet nulla oppositione proposita contra institutum, & ratio, secus si aliquid sit oppositum.*

93 *Omni substituto directo competit remedium d.l.fin. maxime quando substitutionis casus adest nu.94.*

95 *Quando alicui potest competere beneficiū d.l.fin. qui vti possessor eo non indiget ad finem adipiscendæ confirmandæ tamen ei erit possessio ex d.remed.l.fin.*

96 *fideicommissarius vniuersalis cui tradita fuit possessio ab hærede est dignus remed.d.l.fin. non ad finem adipiscendæ possessionis, sed tantum confirmandæ.*

97 *Ratio d.l.fin. est fundata in notoria voluntate testatoris in beneficium scripti hæredis.*

98 *Exceptio inhabilitatis successionis feudalium opposita contra aliquem, si contin et vitium visibile, tunc cessat remed.*

d.l. fin. & quid si contineat vitium inuisibile nu.99. & decisio Sacri Consilij super hoc refertur num.100.

CONSILIVM LXXXI.

Pro D.Ioanna de Capua, contra D.Hippolitam de Capua. Remediũ l fin.C.de edic. diu.Adr. toll. an competat secundogenitæ etiam in capillo habenti testamẽtum patris pro se contra primogenitam respectu feudorum, & quid si primogenita sit maritata, sed non dotata, vel si dotata successionem feudorum sibi reseruauit, & an hoc pactum præseruatiuum factum inter patrem, & filiam teneat, & de intellectu super hoc ad dicta per And. in c.1.nu.3.de nat. success. feud. & an pactum excludens dotationem, & includens donationem factum inter patrem, & filiam sit validũ, & in quibus casibus cesset remed.d.l.fin.

REMEDIVM l.fin. C.de edict. diu. Adr. toll. intentatum per D.Hippolitam de Capua secundogenitã prætendentẽ habere testamentum Ill. Comitis Altauillæ pro se non abolitum non rasum, nec cancellatum contra D.Ioannam de Capua primogenitam, eidem non competere præcipuè respectu feudorũ, minimè refragãtibus dictis ab Afflit.in decis.119.ex infradicendis in iure veris existẽtibus clare demõstrabitur.
Primo nempe D. Hippolita prætensa hæres instituta est secundogenita, & in
2 feudis de quibus agitur viuitur iure Frãcorũ, quo fit, vt secundogenita existente
primogenita successionis feudalium sit
incapax, & in eis extranea habeatur, so-
2 ror.n.primogenita ex lege feudi, & te-
nore inuestituræ vocata claro, & aperto
iure venit, & legitima dicitur contradi-
3 ctrix, cũ vocetur ex const. Regni vt de suc-
cessionibus, ibi *ex descendenti linea suc-
cedant in infinitum cuiuscunq; sexus sint
seruata tantũ sexus, & ætatis prærroga-
4 tiua*, vt sic primogenita semper præfera-
tur in defectum masculorum, eaq; adeò
dicitur legitima succeditrix ex lege mu-
nicipali, & munificentia concedentis, vt
feudum semper intelligitur datum pro
accipiẽte, & primogenita, & si in inuesti-
tura hoc non contineatur, id q; est adeò
verum, vt probatio in contrariũ non ad-
mittatur, ex diffusè congestis per Luc. de
Pen.in l.1.col.3. vers.11. quia cum do-
nator C.de priuil.cor.qui in sac.pal.mi-
5 lit. lib.12. lex enim, & Regni constitutio
detulit primogenitæ prærogatiuam, &
prælaturam, ita vt homo eam tollere nõ
possit, idẽ Luc.in l.1.circa princip. ver.
huic autem dicto C.de princip agen. in
6 reb.lib.12.id quod est priuilegium æta-
tis non filiationis, tum ex municipali cõ-
stitutionis lege, & inuestituræ tenore, tũ
7 etiam quia prima huius Regni nostri in-
uestitura facta per Clementem Quartũ,
Carolo Primo Regi expressè præfert
primogenitos tam masculos, quam in
eorum defectu fœminas, vt vtrumq; per
plura comprobat Bal.in l.cum antiquio-
ribus col.4.post num.10.& col.fin. post
princip.vers.& primo quia prior C.de
8 iur.delib.existentia namq; primogenitæ
facit secundogenitam, vel nõ extare, vel
illam extraneam, quo ad feudalem suc-
cessionem in Regno, in quo viuitur iure
Franchorum, adeoque si totum feu-
dum primogenitæ non relinquatur ex-
traneo. relictum esse censetur, ita in
indiuiduo copiosè firmat omnes Andr.
desuper authoritates, allegans D. Vinc.
Ann.in repetit.constit.diu.mem. in ver.
super feud.à nu.122.cum seq. fol.111.
& Gulielm. Pernus in cons.13. in cuius
9 successionis materia ita se habet fœmina
ad fœminam, sicut masculus ad masculũ,
vt declarat Bal. in illo suo elegan.cons.
275.incip.pro regula in feudis col.pen.
vers.contra hæc opponitur 2.vol. in vlt.
impress.& And.in c.1.§.præterea col.5.
vers. nec est verisimile quæ fuit prima
10 caus.benef.ammit.vt sicut primogenito
existente lex municipalis Regni non co-
gnoscit secundogenitũ, sic etiã existente
primogenita, secundogenita est prorsus
incognita, quia sunt vocatæ ordine suc-
cessiuo, nec eodẽ tẽpore sunt cõtemplati,
seu contẽplatæ, ita declarat regnique
præ-

prædictam constitutionem interpretatur Neapod. in consuet. incipiẽte, & omnia quæ dicta sunt in glo. in ver. ex masculis nu. 119. ver. & eius dubitatio oritur ex constit. & nu. 120. ver. ex hoc enim nulla inconuenientia resultat, & comprobat Affl. in d. constit. vt de successionibus in princ. ver. intellige, prout intellexit istã constitutionem, & tam Neapod. quam Affl. allegant capitulum Papæ Honorij in tit. de his qui succed. in feud. quod capitulum incipit si aliquem, & magis in spec. Andr. in d. §. præterea col. 4 nu. 14 ver. constitutio ob culpas, vbi verba for-
11 malia, *feudum antiquum debetur non tãtũ sibi, sed agnatis, sibi dum viuit agnatis per ordinẽ sicut veniunt post eius mortem*; & in tit. seq. incip. & si const. Regni vt de successionibus, & col. 5. ver. vnde satis videtur.

Hoc sic iacto fundamento assero non esse locũ decisioni prænarratæ S. Cons. 119. nempe illa locũ sibi vendicat quando instituitur hæres immediatè, & proximè successurus in feudis, vt ibidẽ affl. copiosè testatur, ac etiã moderni super
13 ea, & ratio poterit legitima allegari, qa tunc dispositio prædicta sapit naturam
14 refutationis, quæ sine assensu approbatur, vt optimè declarat D. Minad. in repet. constit. in aliquibus nu. 22. qualem fundauimus non esse D. Hippolitam vti secundogenitam, & successiue hoc casu non esse locum remed. d. l. fin. asseuerauimus cùm dispositio non teneat, ex reg. text. in c. 1. de alien. feud. cum concord.
15 disponentibus in feudis nullam defuncti dispositionẽ, nec manere, nec valere.

Nec turbabitur animus iudicantium
16 si ex aduerso dicatur Regni const. vt de success. tres considerasse prærogatiuas sexus ætatis, & capilli, ita vt ex cadẽ constit. Regni secundogenitam contemplatam, & non extraneam reputari, id namque congruam recipit responsionem, si quidem dum cõcurrit prærogatiua gra-
17 dus, & existentis secundogenitæ in capillo, potentior est gradus prærogatiua singulis alijs cæteris, dato quod primogenita fuisset maritata, non tamen dotata, vel si dotata, vt hic (quemadmodum patebit ex infradicendis) successionem feudorũ sibi reseruasset, & de ea expresse protestata fuisset, quæ omnia cernuntur in casu præsenti concurrere in beneficium D. Ioannæ primogenitæ, etenim licet appareat eidem promissa dos duc. 40000. diuersis temporibus soluenda, nihilominus apparet cautum, quod deficientibus filijs masculis Comitis, & in eorum defectu cessantibus D. Fabritio de Capua, & eius filijs masculis, quantitas prænarrata non intelligeretur data dotis titulo, sed pure, & simplicis irreuocabilis inter viuos donationis, ad finem, vt dicta D. Ioanna tempore mortis Comitis habilis reperta fuisset ad successionem dictorũ feudorũ, qui casus licet in omnibus capitibus non successerit, nempè superstites sunt Fabritius, & eius filij masculi, nihilominus idem casus est, quia feuda ex defectu assensus non possũt ad eos peruenire, nam vt ex scripturæ lectura apparet, Dñs Comes tres gradus respectu successionis feudorũ dilexit, masculos ex eo, item secundo Fabritiũ, & eius masculos, tertio D. Ioannam
18 voluntas namq; contrahentium, & id q agitur, non aliud attenditur in contractibus toto tit. C. plur. valer. q agitur quã qđ simulat concipitur, & respectu dictæ
19 voluntatis à propria verborũ contractus significatione, & eorũ proprietate reci-
20 ditur, vt si contrahentes volunt permutare, & contractus verba sonant vẽditionẽ, permutatio est, & alia similia copiosissime more suo solito congerit, Tiraq. de vtroq; retract. in tit. de retract. lignag. §. 30. glos. 1. nu. 2. vsq; ad num. 10. fol.
21 222. id q etiam procedit in feudalibus, vt extentio de casu ad casũ, extendatur etiam si adesset clausula tantũ, & in exorbitantibus est tex. in cap. 1. §. porro quæ fuit prima caus. benef. amitt. quem text. Bal. ibidem exclamat, idem And. inibi, & Blasc. Lancea in repetit. c. si quis aliquẽ in 12. quæst. fol. 39. à ter. Comes namq; cogitabat assensum impetrari potuisse in beneficium Fabritij, & filiorum masculorum, nam alias si casum hunc

non impetrationis assensus in beneficiũ Fabritij, & eius masculorum cogitasset, vtique in hoc casu nõ solum dictus Comes idem disposuisset, sed etiam D. Ioanna, & D. Octauius de Capua eius mari-
22 tus idem pacti fuissent, igitur idem ius statuendum, ad glos. singul. in l. tale pactum, vbi Bald. in specie, & cæteri ff. de pactis, quam glos. amplexus fuit ad hoc propositum extensionis idem Lancea in
23 loco præcit. & quod primogenita tantum maritata, non excludatur à secundogenita in capillo, legatur constitutio Regni vt de successionibus in §. filiæ, vbi *filia autem in capillo post mortem patris in domo manentes maiores sorores coniugatas, & dotatas de bonis paternis exclu-*
24 *dunt*, & sic vt excludatur primogenita requiritur concursus vtriusque, quod sit maritata, & quod sit à patre dotata, quia sola dos profectitia excludit primogenitam, ita glos. in d. §. filiæ in ver. filiæ, & satis notanter versic. excludunt, quam sectatur ibidem Andr. in vers. filiæ autẽ, & latè Gregor. Natt. in tract. statuti excludentis fęmin. posito in tract. similis statuti editi per Brun. in 2. quæst. princ. num. 10. fol. 127. Andr. in cap. 1. nu. 15. & 16. & num. 31. ver. secus, vbi apostill. liparuli in vers. constitutio prædicta in princ. de natur. succes. feud. & Lancea vbi supra in 14. quæst. fol. 40. à ter.

Hic ordine congruenti cadunt discutiẽdi duo iuris articuli, quorum primus est, vtrum hoc pactum protestatiuũ, vel præseruatiuum successionis futuræ viuentis teneat factum inter filiam, & patrem. Secundo an donatio facta per Comitem patrem D. Ioanne dictorum ducatorum 40000. teneat in vim donationis, & non donationis.

25 Quo ad primũ asserimus tale pactũ pseruatiuũ successionis cũ consensu Comitis patris, coq; sic pacisci volente valere, nam cõsentiẽndo piudicauit, sicut piudicare potuit desuper sibi, & hæredibus suis, qui in feudis huiusmodi hęreditarijs successuri erãt vti patris hæredes, ita Andr. in cap. 1. num. 3. vers. sed si filia, vel soror de natur. success. feud. cui opinioni cõsentijt, & ita interpretatur And. cumque ita sentire testatur Georg. Natta in d. tract. statuti exclusiui fœminarũ, posito vt supra in libro statuti similis Alberti Bruni in 2. principali quæst. in vers. 11. quæro num. 50. & propriè nu. 52. vers. tu adde ad hoc facere, quod inquit Andr. fol. 129. huic opinioni adstipulatus fuit, Brun. in d. tract. licet And. non faciat mentionẽ in 6. articulo principali in 4. membr. quæst. 13. num. 252. fol. 38. qui sequuti fuerunt opinionem Bart. in l. fin. C. de pact. Curt. Iun. in d. l.
26 fin. num. 38. latè affirmantium validitatem pacti prædicti successionis conseruandæ, Ias. & cæterorum in d. l. final. vt per eos, in eum tamen casum, in quo pa-
27 ter posset filijs præiudicare, vt sumus in præsenti casu, in quo feudorum successio præcisè, ac omnino non debebatur hüic secundogenitæ ex infrascriptis.
28 Primo quia Comes poterat eandem secundogenitam maritare, & dotare ante eius mortem, & sic sine patris, & non obstante dotatione primogenitæ fuisset exclusa ab eius successione, nam vigore
29 dictæ cõstitutionis, vt de successionibus in §. filiæ tunc est legitima hæres quando tempore prædicto illa in capillo reperitur ea qualitate cessante remanet prærogatiua ætatis.
30 Secundo poterat Comes feuda vendere cũ consensu Regis, sine tñ consẽsu secundogenitæ in capillo, vel alterius hæredis immediatè successuri in eis, quinimo contra illorum voluntatem cum feuda prædicta sint hæreditaria, vt comprobat, & dicit sic in Regno seruari Frec. lib. 2. subfeud in 1. quæst. assensum incipiente superest, vt aliqua num. 3. fol. 120. à ter.
31 Tertio poterat D. Ioanna dicere nolo dotari, nec cogi poterat, tunc dotem recipere, vt decidit Andr. in d. cap. 1. nu. 24. ver. si nolit mulier de natur. success. feud. & Brun. in d. 6. artic. in 4. membr. quæst. 12. num. 248. vbi latissimè fol. 37.
32 a ter. & sic Comes à successione eam non poterat excludere, id quod sectatur Cumia in cap. si quis aliquem in verbo

dotare

dotare in 4. quæst. per plures column. fol. 310.

33 Quartò Comes poterat dotē non congruā D. Ioannę dare, seu partē congruæ dotis, & similiter ea de causa D. Hyppolitam excludere, vt testatur And. in dict. cap. 1. num. 16. & num. 31. vers. secus de natur. success. feud. quem refert, & sectatur Cumia Siculus in d. cap. si quis aliquem in vers. dotare in 3. quæst. ita tenet Petr. Gregor. Sicul. in tract. concess. feud. 4. par. princ. quæst. 5. vers. quinto principaliter intelligo, qui refert, & sectatur And. in d. cap. 1. num. 16. & num. 31. vt supra qui allegat glos. in d. const. vt de successionibus in vers. coniugatæ, ac etiam Blasc. lanceam in d. cap. si quis aliquem quæst. 17. qui id testatur, nam

34 tunc videtur partim dotare, & per eam ad successionē admittere, vt dicunt glos. dictæ constitutionis, & Andr. vbi supra, tanto magis cum ex prædictis inspiciatur ius hoc, secundogenitæ esse in spe, & non fundatum de præsenti, & sic su-

35 mus in iure quærendo, ergo pater à principio, seu in ipso actu dotationis, si præstatio ducatorum quadraginta millium, de qua in præsenti nostro themate dotatio dici potest, prout dici non potest, vt in sequenti articulo subnectetur potuit secundogenitæ præiudicare, vt multum eleganter declarat Georg. Natt. in d. tract. statuti excludentis fęminas in 2. quæst. princ. num. 50. vers. 11. quæro, & propriè nu. 52. fol. 129.

Quæ omnia eo impensius procedere

36 asseuerandum est cum assensus secundogenitæ in dicto pacto successionis præseruatiuo non erat de iure necessarius, si quidem tunc illius interesse non erat fundatum de præsenti, vt ex prænarratis fundatum est exemplo iurium asse-

37 rentium interesse tertij assistentis in iudicio esse necessarium, vt sit fundatum de præsenti, & non de futuro sub spe fallibili, quorum decem iura allegat Angel. in l. si suspecta in princ. ff. de inoffic. testam. licet ex eis sex tantum id probēt, & Andr. alia tria allegat in cap. 1. col. 1. de lege Corrad. vbi Loffred. quibus ad- do iura, & Doctor. quæ quosue allegat, Molin. Hispan. in tract. primog. Hispan. lib. 3. cap. 14. fol. 107. vers. & primo vsque ad finem capituli fol. 111. ex qui-

38 bus fundat iudicium non permissum, in his quæ pendent ex futuro euentu, & ex conditione, & Tiraquell. de vtroque retractu in tit. de retract. lignag. §. 1. glo. 8. num. 39. firmans quod nouitius non

39 dicitur monacus, licet possit sequi professio, quia quod pendet non habetur pro eo quasi sit, ex regula text. in l. si is damnum §. quod pendet ff de reg. iur. & Afflict. in constitut. Regni mulier quæ dotarium num. 28. ver. quod autem lo-

40 quens in clausula saluo iure alterius, & legatariorum, quæ locum habet tantum in iure competenti de præsenti, & sic de interesse formato, ex regula text. in l. 3. §. etiam, ibi *si diminutione patriæ potestatis scilicet quæ tunc erat* ff. de liber. exhibend. & ad hoc propositum multa adduci possent, quæ breuitatis causa ommitto.

41 Et licet Andr. in d. cap. 1. num. 3. in fin. ver. sed filia, vel soror de nat. success. feud. aliquantum perplexe dubieq; loquatur, vt vix intelligi possit, dum postquam fundauit protestationem factam per filiam cum consensu patris esse validam, quia præiudicat sibi, & suo hæredi, subiunxit hæc verba, *in patre non posset poni, quia à cuius successione non repellitur propter dotem, in fratre mortuo sine hærede legitimo, scilicet masculo in feudo, de alien. feud. §. & si clientulus similiter poni non potest, quia tunc feudum aperietur agnatis de iure isto, in Regno Siciliæ fisco, qui excludet dotatam à fratris successione, nec oberit fisco, qui consensus fratris in protestatione iam dicta, quia non poterit facere consentiendo protestationi, vt constitutio prædicta vt de successionibus locū nō habeat, argum. d. e leg. 1. l. nemo*, dictaq; Andr. verba à nullo ex regnicolis, vel alijs feudistis declarata, ac interpretata fuerit nihilominus iudicio meo, saluo semper aliorum saniori sic sunt intelligenda ex ipsius mente, vt dicta verba non tollant præcedentem con

conclusionem firmatam, quod protesta-
tio facta cum consensu patris valida sit,
quia pater sibi & hæredi suo præiudi-
cat, sed dimicando dicit in patre non
posset, idest nō deberet poni, cum pro-
42 testatio tunc fiat in aliquo actu, quando
ille actus adeò est præiudicialis contra-
henti, quod excludat illū ex tacito eius
consensu ommissa protestatione, cum
43 eo casu protestatio manifestans illius
dissensum conseruet iura protestantis,
ex regula text. in l. 2. §. 1. ff. de iudic. cum
cōcord. quem ad hunc effectum allegat
idem Andr. in cap. 1. § propterea duca-
tus col. 14. de prohib. feud. alien. per Fe-
der. & tradidit Dec. in cons. 516. nu. 19.
44 sed per solam dotationem filiæ factam
à patre, filia nō excluditur, sed tunc de-
mum quando tempore mortis patris, fi-
lia secundogenita reperiretur in capillo,
vt legitur in dicta constitut. vt de succes-
sionibus §. filiæ, ergo protestatio in casu
prædicto dotationis paternæ poni non
deberet, id quod etiam colligitur ex ver-
45 bi Andr. nam in dotatione paterna vti-
tur illis verbis non posset quasi spiritus,
seu mores And. fuerint sentire, quod
non deberet poni ratione de qua supra,
at in secundo vtitur per verbum præcisis
non potest, quia tunc protestatio, & cō-
46 sensus non operatur contra fiscum qui
sororem excludit ex sola dotatione vt
supra, nam si aliter Andr. intelligeretur
vtique eius verba illa nullum haberent
47 sensum, *à cuius successione non repellitur*
propter dotem in fratre non potest, & hoc
casu illud verbum potest stat propriè,
48 quia soror ex sola dotatione excluditur
à Ioannis successione, vt in d. constit. vt
de success. in §. coniugatæ, vt ipse Andr.
expressè testatur, & sic constit. prænar-
ratam intellexit Luc. de Penn. in l. final.
col. penult. quando & quibus quarta
pars debetur, & ad hanc quæstionem
49 sororis tantum referuntur verba illa
clara sequentia Andreæ, quia non pote-
rit facere consentiendo protestatio, vt
prædicta constitutio vt de success. locum
non habeat per l. nemo potest de leg. 1.
cum alijs allegatis per And. qui adducit
50 rationem, quia soror per dotationem
excluditur à successione fratris per fi-
scum, id quod non militat in filia, quia
per dotem ei à patre datam à successio-
ne non excluditur, vt supra fundatū est,
& Andr. testatus fuit, & respectu fauo-
51 ris fisci tantum promulgatum fuit capi-
tulum Regis Caroli quod incipit emer-
gentium, vt ex eius lectura notum sit, &
quod sit ex mente Andr. in cap. 1. quod
52 per consensus patris in protestatione
iuuat filiam in successione, tenet Georg.
Natt. in d. tract. stat. excludēdis fœminas,
stantibus masculis 2. quæst. principal. nu.
51. vers. tu adde ad hoc facere fol. 129.
& sic ex prædictis assero huiuscemodi
pactum præseruatiuum successionis va-
lere, eo impensius validus erit consen-
sus cum sit appositus, siue conceptus
53 contemplatione, ac fauore matrimonij
inter Dom. Ioannam contracti, & Dom.
Octauium de Capua, quo casu non mo-
do substinetur pactū successionis præ-
seruatiuum, verum etiam nouæ succes-
sionis hæreditatis viuentis, prout adsti-
pulati fuerunt Bald. Aluarot. & Cardin.
Alexandrin. in cap. 1. de filijs natis ex
matrim. ad morg. contract. quos & alios
innumeros per duas collectaneas refert,
& sectatur Boer. in decis. 204. nu. 6. vsq;
ad num. 7. satis notanter, & ad proposi-
tum Guid. Pap. decis. 267. incip. pactum
idem Bald. in cap. 1. §. filij nati si de feu-
do fuerit controu. Ioan. Fab. in d. l. fin.
C. de pactis, & in §. si quis alij inst. de
inut. stip. Bellam. cons. 17. incip. contra-
hens Deci. cons. 225. 236. & 578. nu. 8.
satis copiosè Alber. in l. fin. post princip.
C. de donat. inter virum, & vxorem; qui-
54 bus accedit primo pactum prædictum
pro contrahendo præfato matrimonio
necessario intercessisse, cum alias illud
minimè contractum fuisset per D. Octa-
uium, nec D. Ioanna se maritari passa
fuisset, id quod colligitur ex lectura di-
cti cap. videlicet, *perche cō questo special*
patto, & conditione è stato concluso, &
trattato detto matrimonio, & toto cælo
est notum, quo fit, vt personis contem-
platis ius irreuocabiliter sit de iure quæ-
situm,

strum text. est in l. si fraudatas §. si an socero circa finem, ibi, eum vxorem ductu-
rus, cum notat. ibidem per glos. in verbo
55 indotata, quae pluribus comprobat ius promissionis, & pacti praenarrati iudicari, & aequiparari iuri creditoris ff. quae in fraud. cred. facit etiam text. in l. quaero ibi alias non empturus ff. de act. empt.
56 cum concord. eo impensius pactū huiusmodi licet sit de haereditate viuentis tenebit, cum intercesserit inter patrem & filium, inter quos de iure validum inspicitur, vt declarat Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 109 cum seq. ff. de verb. oblig. secundo nempe super pacto praedicto fuit impetratus Regius assensus qui vel validus erit respectu dictorum feudorum, quemadmodū satis superq; erit ex supra congestis, & negotium erit sopitum, vel eorum causa inanis erit, & validus censebitur respe-
57 ctu hipothecae eorundem feudorum pro obseruantia pacti, prorsus separati à pacto succedendi, iuxta tradita per Camerar. in cap. Imperialem, satis notabiliter, & ad propositum fol. 49. ff. de prohib. feud. alien per Feder. qui eo casu id
58 operabitur, quod pro pacti obseruantia tantundem à dictis dominis coniugibus sit consequendum per venditionem dictorū feudorum, iuxta tradita per glos. in l. quaero in verbo praestabit quae est sing. ff. locati, & satis notanter scriptū reliquit Oldrad. in cons. 114. in fi. col. & sic
59 causa circuitum euitandi, iuxta tex. in l. Domitius labeo ff. de testam. cum concord. erit pactum super eisdem feudis validum iudicandū, ex quibus omnibus apparet absolutum esse primum articulum.

Et ideo pro soluendo secundo arti-
60 culo affirmamus, pactum excludens donationem, & includens donationem validum esse de iure ex infra dicendis. Pri-
61 mo quia pater paciscendo potest secundogenitae eius haeredi, in iure sibi quaerendo piudicare ex praedictis supra fundatis. Secundo quia pactum hoc aequiperatur casui illi, quem posuit Andr. in d. cap. 1. num. 16. & 31. vers. secus, vide-
62 licet quando pater in parte dotat filiam, & in parte non, volens ea de causa filiā ad feudalem successionem admittere il-
63 la ratione, quia pater potest secundogenitae per pactum praeiudicare, nec ibi potest dici factum in fraudem secundo-
64 genitae, eo maximè per viam donationis, quae inter patrem, & filiam mediante iuramento tenet, vt per Bald. in l. irritam C. de vsucap. pro donat. quem allegat, & sectatur Soccin. in reg. 103. quae incipit donatio inter patrem, & filium in 8. limit. vbi copiosa apostill. in ver. 8. tenet etiam ex alio praenarrata donatio
65 etenim licet appareat facta in capitulis matrimonialibus stipulatis ante contractum matrimonium, quo tempore de iure erat in patris potestate, cuius causa donationes huiusmodi improbantur, nihilominus recipiet robur sequuto matrimonio, quo in tempore D. Ioanna fuit effecta sui iuris, sic disponente consuetudine Neapolitana quae incipit, sed & mulier in tit. de fil. famil. nub. ita declarat Bal. in l. 2 nu. 1. C. de inoff. donat.
66 etiam accedente vera, vel ficta traditione ex clausulis praecarij, & constit. quēadmodum ibidem Bald. testatur, & Alex. in l. Papinian. ff. de donat. inter vi-
67 rum & vxor. eo impensius cum donatio praedicta licet eo tempore inhabilis fuerit facta vt supra, tamen valida est tanquam collata ad tempus mortis Comitis quo erat sui iuris, & sic habile, ex regula text. l. inter praesens in princ. ff. de haered. inst. cum concord. & hoc casu
68 donatio est irreuocabilis de iure, vt testatur Angel. in l. penult. §. filium ff. pro haerede, per tex. in l. 1. C. de his qui sine mand. ad liber. & Alex. in l. frater à fratre ad fin. ff. de condit. indeb. Tertio, &
69 vltimo, quia potest cadere pactum donationis huiusmodi inter has personas fauore matrimonij vt supra firmatum est, & in patre respectu filiae paciscente, tradit Curt. Iun. in d. l. fin. nu. 38.
70 Nec praedictis obstabit cap. Regis Caroli Tertij incip. emergentium insertum inter cap. Regis Robert fol. 32. à ter. in titul. edictum contra cauthelam de honor.

nor. vita ducenda, nempe capitulũ prædictum intercessit tantum in beneficium fisci, vt legere est tam in principio, quam in medio, & in fine dicti cap. igitur vltra casum suum illud nõ extendendũ est, &
71 relinquendus est casus ommissus, iuris dispositioni, argum. text. in l. comodissime cum concord. ff. de libe. & posthum.
72 quod capit. comprobat in fauorem primogenitæ casum ommissum, & sic pactũ donationis, quia si illud de iure inualidum foret vtique capituli prædicti dispositio seruiuisset deuento, & ita cap. iam dictũ loqui passim nullo refragante receptũ fuit à maioribus nostris, ex quibus omnibus sic absolutis luce clarius fundatum estat D. Hippolitam
73 secundogenitam, non legitimam succeditricem Comitis in feudalibus, & successiue ex causa prædictæ prætensæ institutionis apparentis in Comitis testamento in sui beneficium, etiam quod simplex fuisset quemadmodum qualificata cernitur, vt inferius patebit illam non iudicari dignam beneficio dictæ leg. fin. C. de edict. diu. Adr. toll. iuxta comunẽ tradit. omniũ DD. relat. p Affl. in d. decis. 119. & aliorum supra narratorum, & per Curt. in tract. feud. 4. par. num. 125. cum seq. nam vt supra fundatum exstat constitut. vt de success. vocat secundo-
74 genitam in capillo existente exclusa matrimonio, & dotatione primogenita, vt in d. §. filiæ, ibi seruata tamen sexus prærogatiua, ac etiam fundata inspicitur iustitia causæ principalis super successione feudorum competenti huic nostræ primogenitæ.

Secundo principaliter propositum remedium leg. fin. non iuuat secũdogeni-
75 tam, siquidem illud cessat contra D. Ioannam possessorem horum feudorum ex tit. præcedente mortem Comitis videlicet pacto preseruatę successionis de quo supra loquuti fuimus, inito cum eodem Comite testatore, ita copiose Afflict. refertq; Sacrum Consilium ita censuisse in d. decis. 119. in 2. dub. cui opinioni assensus fuit Curt. Iun. in d. l. fin. nu. 23. & 71. C. de edict. diu. Adr. toll. Frec. in tract. feudorum in 1. differ. feudi hæreditarij, & ex pacto col. 7. vers. secundo casu, dicit verum Deci. ibi nu. 41. vers. quod autem, & num. 42. ibi circa primam, Bald. in 5. quęst. & Salyc. col. 6. ibi 3. casu, Bar. in l. cum solus ff. de vsucap. Bal. in l. initia col. 1. C. de reiuend. Aret. in §. sed iste col. pen. ibi quæro an agens instit. de act. qui omnes affirmant
76 aliquem comparentem allegantem titulum habitum à testatore ante illius mortem, & possessionem per ipsum captam vacãtem post testatoris mortem, quemadmodum in nostro themate videmus omnia cõcurrere impedire præsens hoc summarium iudicium l. fin. ipsiusq; legitimum esse contradictorem, quos omnes alios refert, & sectatur Hubertin. Zucard. in repetit. d. l. fin. num 390. potuit
77 .n. D. Ioanna vacãtem possessionẽ prænarratorũ feudorum post testatoris mortem occupare, vt prænarrati DD. testantur, & etiam copiosissimè Sebast. Sapia in repet. d. l. fin. nu. 132. vbi etiam Alex. & Bart. in l. cum quęrebatur C. vnde vi. Tertio beneficium d. l. fin. cessat etenim
78 beneficium huius legis, vt ex ea legere est fundatũ est in vera, & valida institutione, non autem in nulla, & inualida qualis cernitur institutio D. Hippolitæ secundogenitæ nempe illa cernitur instituta sub falsa causa expressa, quia D. Ioanna est dotata, credebat Comes D. Ioannam ex præcedentibus exclusam à successione, & ea de causa secundogenitam instituit, sed nec ita pro certo illud habebat cum instituerit D. Ioannam in casum incapacitatis secundogenitæ, vt ex institut. prænarratis vnico continuato capitulo in dicto testamento composito apparet, quo fit vt cum non sit dotata D. Ioanna, nec a successione exclusa, vt superius fundatum extat necessario asseuerandum est cessare inutilemque esse dictam institutionem ex singulari responso Pauli Iureconsulti in l. fin. vbi Bart. num. 4. id notat asseritq; causã
79 falsam expressam, non tamen menti retentam per testatorem vitiare institutionem, Bal. nu. 2. Ang. in princ. & cæteri, & suc-

successiue remedio prędicto locum non esse.

Quarto longè aberrat D. Hippolita se fundans super dictæ l.fin.dispositione nempe vt supra fundatum extat D. Ioanna primogenita possidet eiusq; possessio occupata,sic vacua reperta est legitima, & vltra titulũ capitulorũ superius allega-
80 tũ,allegat parẽ titulũ institutionis,prout ex Comitis testamẽto,ibi *ò per altra causa la successione delli feudi spettasse à D. Giouãna come primogenita, & instituisco vna herede vniuersale etiã in burgensaticis detta D.Giouanna*, vt latè ex dicto testamento,nam superius fundatũ est locum esse prædictæ institutioni, cũ feuda non spectant ad secundogenitam,sed ad primogenitã ex pactis necessarijs in dictis capitulis contentis quo fit, vt se opponente primogenita,huic summario iudicio intentato per secundogenitã cesset summaria cognitio dicti iudicij,ac beneficium d.l. fin. & locus sit iudicio ordinario,ita Bart.in d.l.fin.nu.21. vers. aut comparet aliquis qui dicit se possidere, vbi Alex.nu.23. ibi tamen in isto, Ang. col.pen.vers.si vero cõtradictor obijcit, licet Deci.num.41.& 42. tenuerit certo modo contrarium, & male motus, ex doctrina Ang.in l.1.C.de edict.diu.Adr.
81 toll. asserentis quod quando duo concurrunt dicentes habere causam ab eodem testatore,& petentes immissionem in possessionem omnes audiuntur iudicio summario dictæ l. final. nam doctri-
82 na Angeli habet locum nullo possidente, & sic opus est vt eo summario iudicio audiantur, cum ordinarium non possit habere locum nullo ex contradictoribus possidente,quo casu doctrina
83 Decij ibidem non admittitur, pro ut comprobat Vbert. Zucard. in repetit. dictæ l.final.num.374.fol.372. in 7.volum. repet.nou. nec obstabit prædictis, si ex aduerso obijciatur locum esse remedio leg. final. esseque secundogenitam immittendam in possessionem feudorum tamquam institutam, & non
84 primogenitam, vti secundogenitæ substitutam, affirmans ex verbis prænarratis induci substitutionem, non institutionẽ, & sic ꝙ hoc casu foueat secundogenitam, dispositio text.in l.1.C.de edict. diu.Adr.toll. nam huic obiecto duæ accomodantur responsiones,quarum prima est illa, de qua per Zuccardum vbi
85 supra dicto num. 374. dum respondet doctrinæ Angeli fundantis dictum suũ ex dispositione dictæ leg.primæ,vt illa locum habeat neutro possidente, qui non est casus noster, cum primogenita, l.eam addiuuante se intromisit possessioni bonorum iam dictorum vacantiũ, secunda responsio quia nego ex verbis
86 illis induci substitut. sed institut. primo quia in casum delationis feudorum ad D.Ioannam vti primogenitam iubsit Comes secundogenitam tantum consequuturam ducatos 26. mil. à manibus primogenitæ, quo nam igitur pacto po-
87 terit D.Hippolita dici hæres, & legataria,ad tex.in §.legatum inst.de leg. cum concord. secundo D. Ioanna non ne ex testamẽto prædicto est vocata hæres, eo casu quo illa primogenitæ locũ de iure obtinebit, ita ibidem loquitur testator ergo vti hæres prima non vti substituta,
88 cum de iure sit nulla institutio secundogenitæ existente primogenita, & obtinẽte veræ locum primogenituræ, ex dispositione tex.dictæ constit.Regni vt de success. vt supra diffusius fundatum exstat, & Comes ita disposuit.Tertio quia ex dicto testamento apparet Comitem noluisse hæredem instituere D.Hippolitam, nisi in eum tantum casum,quo dicta D.Ioanna locum primogeniturę amisisset,id quod patet,nam voluit,quod in casu contrario D. Ioanna sit etiam burgensaticorum hæres, nam si alterius mentis fuisset vtique, si non in feudalibus, saltem in burgensaticis hæredem instituisset, in quibus nulla cadebat iuris resistentia ex causa primogenituræ. Quarto quia si Comes voluit instituere hæredem alterutram ex prædictis,quam lex feudi vocabat, ergo noluit facere plures gradus institutionis, & sic ces-
89 sat substitutionis obiectum, quæ est secunda institutio, & subrogatoria primæ insti-

Qq

institutionis,vt declarat Salyc. in d. l. 1. verſ.& non eſt de edict diu.Adr.toll.

Secunda ſolutio,quia ſi Comes iuſſit in caſum exiſtentis primogenituræ D. Ioannæ, ſecundogenitam conſequuturam ducatos 26000. illamque excluſam à ſucceſſione feudalium, & burgenſaticorum igitur in quo reſidebit inſtit. D. Hippolitæ.

Tertia reſponſio demus tamen non concedendo D. Ioannam vocari in caſu prædicto ſubſtitutam ad huc dicta lex

90 prima ceſſat ſtante nullitate inſtitutionis ex ſupra congeſtis,cum teſtamentum eo caſu poſſit incipere à ſecundo gradu ſubſtitutionis, iuxta text. in l. 3. §. final. ff. de lib.& poſth.per quem text.ita cenſuit Bart. in d. l. 1. illamque limitauit in 2. oppoſit.& idem ſentit Bald.ibidem

91 in fine dum dicit teſtamentum nullum locum habere, nulla oppoſitione propoſita contra inſtitutum,ea ratione quia illum nemo præcedit, ſecus ſi aliquod ſit oppoſitum vt hic,& idem ſectatur Salic. & cæteri ibidem qui aſſerunt in ca-

92 ſum prædictum huic ſubſtituto competere ius hoc immiſſionis ſummarium.

Quarta,& vltima reſponſio, etiam ſi ſubſtituta foret D. Ioanna adhuc erit legitima contradictrix nempe vera eſt

93 de iure regula, quod omni ſubſtituto directo competit hoc remedium l.final. ex mente gloſ.ibi in verb. ex parte in fine, per diſpoſitionem text. in l. 1. C. eodem tit. quam ibi ſequitur Bart.num. 10. & cæteri ſine ſcrupulo, ſed D.Ioan-

94 na dicit nunc ſubſtitutionis caſum adeſſe ex ſupra congeſtis citra probationum ſpecies, ergo non mittenda ſecundogenita in petitam immiſſionem bonorum indignaque cenſeri debet remedio dict. l.final. quinimo cum illud competere

95 poſſit eidem D.Ioannæ, quæ vti poſſeſſor eo non indiget ad finem adipiſcendæ confirmanda erit poſſeſſio eidem D.Ioannæ, ex dicto remedio leg. final. quemadmodum cenſuit Bart. in fidei-

96 commiſſario vniuerſali, cui tradita fuit poſſeſſio ab hærede eſſe dignum l.final. beneficio nõ ad finem adipiſcendæ poſſeſſionis,ſed tantum confirmandæ.

Quinto ceſſat remedium hoc ſummariũ in caſu noſtro,cum ratio illius text.

97 ſit fundata in notoria voluntate teſtatoris in beneficium ſcripti hæredis,cum ex teſtamenti exhibitione colligitur notorium, vt declarat Alciat. in reſponſ. 60. nu. 9. fol. 222.& Curt.Iun.in d.l.fin.nu. 86. verſ. ſed non videtur hoc verum de edict.diu. Adr.toll. quæ non apparet in beneficium dictæ ſecundogenitæ, ſed illius quæ de iure feudorum eſt vocata.

Sexto & nouiſſimè ceſſat remedium,

98 quia exceptio inhabilitatis ſucceſſionis feudalium oppoſita per D.Ioannam cõtra ſecundogenitam,vel continet in ſe vitium viſibile, vt prætendi poteſt cum illa vocetur in caſu quo D. Ioanna non ſit primogenita, & ceſſat remedium intẽtatum ex diſpoſitione tex.l.2. C.eod.

99 vel inuiſibile, & tunc quia paruo tẽpore, & ſic inpromptu ſine ſtrepitu probationum,ſed tantum ex lectura capitulorum,& præſentium iuris articulorum diſcuſſione impeditur miſſio in poſſeſſionem petita,vt notatur in d.l.2.& clariſſimè Sebaſt.Sapia in repet.d.l.fin. nu. 99. id quod Sacrum Conſilium admi-

100 ſit in ſecundogenita ſorore Baronis Comi, in beneficium primogenitæ coniugatæ.

Ex quibus omnibus cum ſit fundata capacitas primogenitæ,ac incapacitas ſecundogenitæ,& ex nonnullis fundamẽtis ceſſat remedium d. l. fin. intentatum per ſecundogenitam ab illius impetitione primogenita erit abſoluenda,& ita iuris eſſe cenſeo.

Paulus Staibanus.

Ante quã ad additionẽ huius conſilij deſcẽdam,eſt ſciendum, ꝙ pro eadẽ D. Ioanna de Capua in hac cauſa ſcripſit &̃ D.Io.Franc.de Pont.vt põt videri in ſuis conſ.20.& 21.par.1.(fuitq; in hac cauſa D.Patrui collega,prout maximo amoris vinculo,cum eo erat deuinctus)vir (ommiſſo verborũ fuco) omni virtutũ ſcientiarumque genere fulgens, & in patrocinandis cauſis in foro verſatiſſimus, ac inſignis,

insignis, ob quod Serenissimus ille, ac immortalis memoriæ Philippus Secundus Rex noster inuictissimus, ac iustissimus, eum prius in suo reali patrimonio Præsidem, ac post non multum temporis spatium Consiliarium à latere, & Regentem in supremo Italiæ Cõsilio creauit, ibique Marchionatus Murconi titulo ipsum decorauit, & nos omnes eum Decanum in Collaterali Consilio iustissimè, ac integerrimè moderantem, & tandem mundi pompis derelictis Sacerdotem in Sanctissima Religione Clericorum Regularium dignouimus, in qua cum maxima quiete vita functus fuit.

Ad num. 1. adde quod in quacumque dispositione fit mentio iuris Franchorum, tunc vocatur primogenitus ad feudum, Andr. in cap. 1. §. hoc quoque numer. 8. ver. si ergo de success. feud. & in cap. 1. §. præterea ducatus num. 36. cum seq. & num. 39. de prohib. feud. alien. per Feder. Afflict. in d. §. præterea ducatus num. 2. quod est adeo verum, quod omnes alij filij censentur exclusi, Andr. in d. §. hoc quoque num. 8. in fin. & Anton. de Alexan. in eius cons. inserto inter cons. Loffredi, quod est vltimũ num. 56. & Cannet. in extrauag. si aliquem in cap. incip. his explicitis deuenio num. 1. cum seqq. fol. mihi 298. & aduerte, quod data facultate disponendi super feudis, in quibus viuitur iure Franchorum, intelligitur vt feudatarius possit instituere personas vocatas à constitutione Regni vt de successionibus, vel à constitut. in aliquibus, nec alias posset instituere, nam nemo nisi Rex solus posset contra dictam constitutionem dispo nere, ita notabiliter Andr. in cap. 1. §. nam & illud de eo qui sibi & hæredib. suis mascul. num. 4. ver. quid ergo.

Ad nu. 8. adde quod pater non potest dare filio secundogenito feudum paternum, seu antiquum sine consensu primogeniti, etiam cum assensu Regis, Andr. in const. Regni constitutionem diuæ memoriæ in princ. ibi, vel dedit de feudo alij quam primogenito, & melius & clarius in cap. omnes col. 1. vers. item si vassallus assignet feudum vni num. 2. in fin. si de feud. defun. milit. fuer. contr. dum tradit, quod vbi viuitur iure Franchorum non posset pater secundogenito feudum dare, nisi esset primogenitus ignotus, licet corruptæ, quia vult dicere ingratus, quod patet ex sequentibus verbis dum subdit, quia potest exhæredari, Loffred. in cons. 1. num. 148. & Reg. de Pont. in tractatu de potest. Proreg. tit. 8. §. 10. num. 2. & ratio est, nam donare secundogenito esset peruertere ordinẽ naturæ legis, & formæ feudo attributæ, Iacobi. in l. cum antiquioribus col. fi. nu. 20. 4. quæst. C. de iur. deliber. Minad. in repet. constit. Regni in aliquibus cap. 1. rubr. de successione à num. 24. vsque ad nu. 29. Canonist. in cap. licet. extra de voto, Freccia lib. 2. subfeud. in cap. superest vt aliqua in materia num. 8. & 9. & propterea omnis dispositio etiam in feudis hæreditarijs quomodolibet facta ad fraudandum legitimum successorem est nulla, Reg de Pont. in d. tract. de potest. Proreg. tit. 6. §. 2. nu. 27. sic etiam feudum non potest alienari secundogenito per patrem in præiudicium primogeniti in feudo antiquo, & ita decisum Paul. Fusc. in sing 14. lit. P. quem refert Thorus in comp. decis. reg. in ver. feudũ an possit alienari fol. mihi 112. sed cum consensu primogeniti poterit pater alienare feudum secũdogenito etiam absq; assensu Domini, & an sufficiat in hoc tacitus consensus, Curt. in tract. de feud. 4. par. princ. nu. 128. Reg. de Pont. in d. tract. de pot. Pror. tit. 8. §. 10. nu. 25. 26. & seqq. Scipio Rouit. in prag. 1. de titul. abus. in scriben. sub. nu. 117. qui dixit hoc procedere etiã in refutatione quæ fit secundogenitis, & num hic consensus primogeniti debeat interuenire in ipso actu refutationis, vel sufficiat q̃d subsequatur etiam post factam refutationem nu. 118. & si primogenitus, seu immediatus successor noluerit præstare assensum, tũc feudatarius poterit donare feudum secundogenito, seu alteri remotiori cum assensu Regis nu. 119. quod posse fieri pluribus fundat ibi & nu seqq.

Ad num. 9. addo Minad. in rep. const. Regni in aliquibus num. 68. ver. & ideo non est verum.

Ad num. 10. adde quod in feudo per patrem quæsito semper filij vocatur ordine successiuo, vt primo vni, deinde alteri quæratur Andr. in §. & si libellus de alien. feud. pater. quod communiter est receptum, vt ait Loffred. in cap. Imperialem §. præterea ducatus in addit. incip. circa quæstionem hanc de prohib. feud. alien. per Feder. & nota quod regulare est in omni feudo, vt habeat primus agnatus, & post eius mortem cæteri, & dominium feudi residet conditionaliter in primo natu, vt eo mortuo trãseat ad secundum, & sic residet in primogenito conditionaliter, vt si decesserit sine filijs vadat ad secundogenitum, & hac conditione pendente, & dominio sic in suspẽso manente secundogenito nihil iuris, seu actionis competit And. hoc testatur in cap. 1. col. 1. ver. hoc pactum, & vers. hoc est regulare post num. 1. de eo qui sibi & hæred. suis mascul. Neap. in consuet. si qua mulier habens filios in vers. item in liberto nu. 8. & in ver. dummodo, Afflict. in cap. 1. de grad. succed. in feud. col. 5. vers. idem de iure constitutionum Regni.

Ad nu. 12. & 13. quod habeat locum in feudis hæreditarijs remed. l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll. maxime quando instituitur immediatus successor, adde Afflict. in constit. hac edictali nu. 7. lib. 3. Curt. in tract. feudorum par. 4. princ. nu. 125. Reg. de Pont. in cons. 18. vol. 1. & in tract. de potest. Proreg. tit. 8. §. 2. nu. 16. Andr. in cap. 1. post nu. 1. si de feud. defunct. milit. Tiraq. in tract. de morte in 5. declarat. par. 4. à nu. 17. & num. 20. fol. 67. & quid si femina esset instituta in feudalibus, Gozadi. in cons. 7. num. 5. 10. & 15. & Io. Bapt. de Ploto in repet. l. si quando C. vnde vi à nu. 110. cum seqq. & num. 111. tradit quod si constat notoriè bona esse feudalia, & filia femina licet esset hæres, non tamen produceret aliquam inuestituram, nec consuetudinem probaret, non mitteretur in possessionẽ feudalium, Ias. in cons. 138. col. fin. vol. 4. Campeg. inter cons. Bruni cons. 2. num. 7. in fin. & nu. 8. cum seqq. Ruin. in cons. 27. col. 3. vol. 5. & quãdo femina debeat poni in possessione feudalũ, Gozad. in cons. 50. Deci. in cons. 424. & in cons. 467. à num. 9. vsque ad num. 12. & in cons. 588. num. 9. & seqq. Andr. in d. cap. 1. §. inter filiam in princ. si de feud. defunct. milit. & Alber. in l. cum miles nu. 2. ff. ex quib. caus. maior. & ratio, quare institutio in feudalibus valet in immediatè successurum, est vt dicit D. Patruus hic num. 13. quia dicta institutio dicitur quasi refutatio, & ideo immediatè successurus vti comprehensus in inuestitura potuit institui, Minad. in repet. const. in aliquibus cap. 1. rubr. de success. num. 22. vers. ideoque si pater fol. mihi 6. & ideo testamentum est validum in feudo hæreditario quando instituitur immediatus successor, Reg. de Pont. in tract. de pot. Pror. tit. 8. §. 2. num. 15. & in tantum hoc est verum, quod feudatarius poterit dare feudum agnato proximo successuro, vel per libelli oblationem, vel per venditionem, vel quocunque alio modo etiam sine assensu Domini, quia omnia resoluuntur in vim refutationis, idem de Pont. in d. tit. 8. §. 1. num. 12. 14. 15. & 16. sed tamen nõ poterit feudum pignorare, seu obligare proximo successuro absque assensu Domini, Præs. de Fran. h. in dec. 71. nu. 17. Lanar. in cons. 18. num. 4. ver. tertio est permissa, D. de Pont. in d. tract. & tit. 8. §. 1. num. 1. & 2. & num feudum veniat in petitione hæreditatis, vide eundem de Ponte in d. tractatu tit. 6. §. 3. num. 9.

Ad num. 14. addo D. de Pont. in dict. tract. de potest. Proreg. tit. 6. §. 1. nu. 36. vbi rationem tribuit, quare repudiatio, seu refutatio feudi absq; assensu teneat, & an refutatio feudi in proximè successurũ, retento vsufructu possit fieri absq; assensu Regis, & quid in donatione facta primogenito cum clausula (ex nunc pro tunc sequuta morte) quod sic tenuit Fab. de Anna in cons. 39. ex pluribus

bus validissimis rationibus,licet contra eius opinionem scripserit Scipio Rouit. in pragm.4.de feud. à num.7.vsque ad num.15.

Ad num.15. quod in feudis vlla defuncti dispositio maneat,seu valeat,adde quod hoc etiam procedit in feudo hæreditario,idem D. de Pont. in d. tract. tit.& §.nu.25. & quod feudum grauari non possit absque assensu,tradit etiam Rouit.in d.pragm.4.de feudis num.51. & num.78.

Ad num.23. & 24. adde Io. Anton. Cannes.Sicul. in extrauag. si aliquem in cap.incip. sed hic tractādum de pulchra quæstione fol. mihi 306. & in causa sororum de Como, fuit decisum per Sacrum Consilium in fauorem primogenitæ maritatæ,cui fuit data possessio feudorum contra testamentum patris, qui instituerat secundogenitā in feudis,prçterita primogenita,vt refert Io.Andr.de Georg.in alleg.19.nu.1.

Ad num.25.adde videndum D.de Ponte in cons.10.par.1.nu.26.quem per totum videas in d.cons. quod valde confert ad hanc materiam, (ibique in casu simili huius consilij, fuit in fauorē primogenitæ in Sacro Consilio decisum prout ipse refert in fine) Fab. de Anna in cons.8.Franc.de Amic.in cap.1. §.itē dicit fol.264. de his qui feud.dar.poss. & eundem de Pont.in dec.19.

Ad nu. 53. addo eundem Dom. Patrum supra in consil. 57. num.1. & Decian.in consil. seu respons.31. num.64. cum seqq. vol.1. sed num hoc pactum de futura successione teneat in feudis, Boer.tenet quod sic in dec.204.nu.6.

Ad num.73.adde quod institutio facta personæ non vocatæ à lege inuestituræ importat alienationē, & ideo prædicta institutio sine assensu improbatur, Reg.de Pont.in d.tract. de potest. Proreg.tit.8. §.2.num.17.& 18. quod intantum est verum, quod quando instituitur hæres qui non sit vocatus ex lege inuestituræ,ac ex Regni constitutione, tunc non potest Prorex, & Collaterale Cōsilium præstare assensum supradictæ dispositioni, sed tantum Rex, & hoc vigore Regiæ Pragmaticæ nonem capitū, ita notabiliter dixit idem de Pont.in d. tract.tit.6 §.1.nu.29.

Ad num.75.quod remed. d.l.fin.non detur contra possidentem cum titulo quæsito ante mortem testatoris, addo Aretin. in §.quadrupli nu.45. instit. de actionib.sed an d.l.final.procedat in habente titulum, vel possessionem post mortem testatoris, vide Cçphal.in cons. 715.vol.5.

Paul.Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Regia pragmatica admittit sororē ad successionem feudorum nouiter quæsitorum per fratrem, & carbonianum edictum etiam eam admittit ad prædicta ab intestato.*

2 *Catholica Maiestas in anno 1586. admisit ex gratia nepotem ad successionem feudorum nouiter quæsitorum per patruum, & de forma dictarum gratiarum, & earum intellectu nu 4.*

3 *Nepos admissus vigore dictarum gratiarum, an censeatur admissus ad successionem feudorum quæsitorum post annū 1586. quo tempore fuit concessa dicta gratia, an etiam ad feuda empta ante dictum tempus, & num.5. 25. 26.28. & 32.*

6 *Præcedentia declarant sequentia dubia, & è contra, maximè quando intellectus vnius congruit alteri nu.7.*

8 *Dispositio gratiæ & si appareat concepta per verba futuri temporis extenditur, seu includit præterita.*

9 *Licentia alicui concessa faciendi testamētum, confirmat iamfactum, & sic futurus actus includit præteritum, & ad illum se extendit, quod procedit etiam testatoris aliter voluntate non declarata super conualidatione iamfacti testamenti num.10. idque procedit in licentia impartita à Præside nu.12.*

11 *Miles si in beneficium eius vxoris disposuerit mortis causa, & postea damnatus testandi facultatem impetrauit, dispositio*

sponsio prædicta antea nulliter facta absque noua voluntate conualidatur.

13 *Gratia Principis large interpretatur, & maxime in expressis nu. 14.*

15 *Legatum factum alicui si consul, vel decurio creatus fuerit, debetur etiam si tẽpore testamenti dignitatem prædictam adeptus fuisset.*

16 *Legatum factum pro muliere maritanda, debetur etiam si nupta reperitur.*

17 *Si iam facta sunt tempore testamenti, ea quæ testator disposuit pro conditionibus adimplendis, in futurum cõditionis faciunt adimplementum.*

18 *Gratia Summi Pontificis alicui facta prabendæ primo loco vacaturæ in aliqua Ecclesia comprahendit prabendam ante illius tempus vacatam.*

19 *Si aliquis nulliter construxerit sine Principis licentia molendinum in flumine publico, & postea Principis licentia subsequuta fuerit, licentia iam dicta conualidat molendini antea constructionem factam.*

20 *Dispositio de futuro extendit se ad præteritum, quod procedit etiam in gratia num. 24.*

21 *Papa si concedit Episcopo potestatem cõdendi testamentum de fructibus suorũ beneficiorum, licentia prædicta conualidat testamentum iam antea per eum conditum.*

22 *Habens beneficium curatum, si aliud postea incompatibile obtinuerit nulla primi facta mentione, & sic nulliter, si postmodum à Papa obtinuerit, vt cum primo possit aliud curatum obtinere, dispensatio ista conualidat secundi beneficij curati nulliter impetrationem tunc factam.*

23 *Per constitutionem Regni constit. diuæ memoriæ datur reuocatio quæ facit cessare caducitatem feudi.*

27 *Assensus concessus super alienatione rei emphiteoticæ, vel feudalis non extenditur ad alienationem illorum iam factam, & ratio cum declaratione numer. 33.*

29 *Contrahentes super aliqua re non feudali, si reseruauerunt assensum Regium in contractu prædicto, minimè necessarium, etiam quod non sequatur assensus impetratio, contractus non inualidatur, & ratio.*

30 *Ex adhibitione maioris cautelæ illa non sequuta, non inducitur actus nullitas, seu tollitur contractus de iure validi beneficium.*

31 *Assensus impetratus super contractu, in quo non erat necessarius in nihilo præiudicat, & extimatur sicut verba superflua in stipulatione, arma virumq; cano.*

34 *Constitutio Regni vt de successionibus tam in feudo antiquo, quam nouo, defert successionem vsque ad tertium gradum, dempto obstaculo inuestituræ solitæ prose & hæredibus ex corpore.*

35 *Constitutio prædicta præfert nepotem filium primogeniti patruo, vel amitẽ, ex vi subingressionis in gradum, & locum patris, qui si tempore successionis delatæ vixisset fratrem, ac sorores suos excluderet & num. 37. & idem de iure communi feudorum nu. 38.*

36 *De iure Franchorũ feuda sũt indiuidua.*

39 *Licet in iuribus feudalibus, & iuris Romani appareat nepotẽ cum patruo admissum ad successionẽ, id procedit, quia loquuntur in burgensaticis, & de iure communi feudorum, quo omnia feuda sunt diuidua.*

40 *Renunciatio pacto vestita etiam successioni futuræ feudali fraternæ Regio assensu vallata, & si non valeret in vim simplicis renunciationis, quia iuri quod non dum competit renunciari nõ potest, tamen valebit in vim pacti suffulti duorum consensu nu. 41. & maximè si renunciatio, seu cessio non fuerit abdicatiua, sed translatiua, & non habens causam de præsenti, sed de futuro numer. 43.*

42 *Futura obligari possunt, & vendi.*

44 *Futura in contractu, ac stipulatione, possunt deduci per viam pacti, non autem simplicis renunciationis & nu. 45. quod procedit etiam in futuris, nec spe, nec re debitis in contractu expresse deductis num. 46.*

47 Re-

47 Renunciatio quando fit iurium de futuro, nec spe, nec re debitorum, & competentium per viam non simplicis pacti renunciationis, sed donationis, ac cessionis, cessio, ac donatio prædicta operatur suum effectum translatiuum, non abdicatiuum, & nu. 52. 61. 64. 66. 70. & 74.

48 Contracta societate cum pacto, vt si qua iusta hæreditas alterutri obuenerit cōmunis sit, tale pactum valet, & tunc iura prędicta transferuntur de persona socij succedentis ad socium, non successorem ex propria persona num. 51. 53. & 54.

49 Pactum communionis, ac diuisionis iurium deferendorum est validum.

50 Verbum obuenerit est futuri temporis.

55 Pacta hæreditatum viuentium in contractu deduci validè non possunt, nisi accedente viuentium prædictorum voluntate, & consensu vsque ad finem duraturo, quod procedit etiam in donationibus, & hypothecis talium rerum nu. 56. sed secus est accedente consensu numer. 57.

58 Contractus donationis, & hypotheca operantur necessario translationem, non abdicationem, cum si abdicationem continerent tantum, nihil possent operari in beneficium cōtrahentium, vti personarum extranearum à successione.

59 Ius conditionale in contractu transmissibiliter potest deduci ex conditionali stipulatione.

60 Renunciatio vocatur à Bartolo pactum de succedendo, vel disponendo de hæreditate postquam fuit successum.

62 Nepos filius sororis renunciantis per pactum de non petendo successiones futuras patri, & eius hæredibus, adueniente casu excluditur, & tunc succedit is, vel hæres eius, cui est facta renunciatio ex persona matris renunciantis.

63 Renunciatio sapit vim donationis.

65 Aliquis si obligatione liberatus est accipere videtur.

67 Pactum de non petendo debitum ante certum tempus est donatio.

68 Filius, vel seruus non possūt facere pactū de non petendo creditum à debitore, etiam quod peculij liberam habeant potestatem, cum pactum illud sit donatio quam facere non possunt.

69 Præsentia eius cui fit cessio an sit necessaria distinguitur.

71 Notabilis distinctio Soccini (an renunciatio operetur effectum translatiuum, vel abdicatiuum) refertur.

72 In renunciatione non venit spes, sed essentialiter comodum iurium deferendorum adueniente casu successionis.

73 Nepos filius filiæ concurrit cum patruo in successione alterius patrui, quia subingreditur personam, gradum, & locū matris, & sic sunt in eodē gradu, quod non procedit, si eius mater renunciauerit cum cessione, & ratio.

75 Renunciatio feudorum adueniente casu non iudicatur spes, sed vti bona, & comoda iam quæsita, & proinde læsio in eis iudicatur, vt existentibus tempore renunciationis.

76 Renunciatio cum læsione non operatur effectum abdicatiuum, sed translatiuum.

77 Pactum renunciationis futuræ successionis vestitū verbis donat, & cedit operatur effectum translatiuum, vt in casu aduenientis successionis fiat acquisitio, & aditio in beneficium eius, cui fuit facta renunciatio.

78 Renunciatio deuoluendorum facta per viam cessionis, operatur effectum translatiuum.

79 Renunciatio deuoluendorum per viam donationis, auget hæreditatem eius, cui renunciatur.

80 Filia primi matrimonij renunciando patri, & eius hæredibus, cum renunciatione prædicta auget patris hæreditatem, & facta per viam donationis iuuat filias vtriusq; matrimonij, & ideo translationem non abdicationem operatur, & ratio vt nu. 81.

82 Quæ differentia sit inter ius conditionale deductum in contractu respectu quærendorum, & in vltimis voluntatibus.

83 Licet emptio sine re non valeat attamen si quis vendiderit partum, ancillæ, venditio valet.

84 Pen-

84 *Pendente conditione si emptor, vel venditor decesserint, si conditio extiterit, heredes sunt obligati.*

85 *Eueniente casu delationis successionis perinde habetur, ac si successio delata fuisset tempore renunciationis.*

86 *Ius conditionale deductum in contractu ex vi retrotractionis censetur, vt tunc promittenti deuolutum, & ideo succedit regula vt cedendo adeat cedens, & postea cedit nu. 87. & 89.*

88 *Cessionarius, ac emptor hæreditatis perinde habetur, ac si in principio fuisset hæres institutus.*

90 *Quid operetur enixa, & specifica voluntas renunciantis transferre volentis etiam iura successionis præsentis, & de intellectu decis. Præs. de Franch. 14. & num. 95.*

91 *Licet spes fideicommissi cõditionalis ante euentum conditionis non transmittatur, nihilominus quando constat de contraria testatoris voluntate tunc transmittitur.*

92 *Tanta est vis voluntatis hominis, vt nõ transmissibile, fiat transmissibile.*

93 *Ex voluntate renunciantis patefacta etiam ex geminatis renunciationibus, & cessionibus, cum verbis vniuersalibus, cessio etiam trahitur ad incogitata prorsus, ac de nouo superuenientia.*

94 *Licet ex simplici diuisione non inducatur fideicommissi renunciatio, attamen quando in diuisione adsunt clausulæ, ita prægnantes, quæ vanæ redderentur, nisi induceretur renunciatio, tunc inducitur.*

96 *Spes futuræ actionis potest cedi, & donari.*

97 *De iure venditio spei futuræ permittitur, licet res fragilis sit, & fallacissima, & si potest vendi, ergo poterit cedi numer. 98.*

99 *Spes futuræ actionis ex contractu potest transmitti, & eodem modo cedi.*

100 *Cessio quando est translatiua, tunc cessionarius tam ex persona propria vtili actione, quam directa nomine cedentis in ipsius beneficium agere, & excipere põt pro consequutione rerum cessarum.*

101 *Renunciatio rei futuræ tunc est valida, quando renunciatur hæreditas incerti hominis, non autem certi hominis, vt nu. 102.*

103 *Renunciatio facta bonorum maternorum equipollet, si fuisset dictum hæreditati titiæ matris, & ratio, & num. 104. sed secus in verbo fraternis, & ratio nu. 105.*

106 *In Regno adest statutum exclusionis fęminarũ dotatarum, & consuetudo renunciandi etiam iura futura, & an dictum Thesauri in dec. 225. num. 13. sit verum nu. 107.*

108 *Text. in l. final. C. de pact. disponens nõ valere cessionem hæreditatis de futuro certi hominis limitatur in magnatibus, quia in eis cessat ratio captandæ mortis nu. 109.*

110 *Tex. in d. l. fin. limitatur quando dispositio fit ex necessitate contractus præcedentis, vt dotationis.*

111 *Tex. in d. l. fin. limitatur quando sumus in pacto perdendæ hæreditatis, ex quo in eo cessat votum captandæ mortis, super quo fundatur d. l. fin.*

112 *De iure canonico pactum renunciationis futuræ successionis factum per dotatam medio iuramento tenet, etiam vt per hoc fiat præiudicium renuncianti in legitima nu. 113.*

114 *De consuetudine semper filiæ cum iuramento amplissimè renunciant.*

115 *Text. in d. l. fin. C. de pact. limitatur in nobilibus, & potissimum in magnatibus, qui bona paterna, & alia possunt valide donare.*

116 *Donatio alias inualida, ex causa nobilitatis valet.*

117 *D. l. fin. C. de pact. non procedit in foro conscientiæ, quando pactum est factum inter liberas personas habẽtes alias potestatem contrahendi recto fine.*

118 *D. l. fin. procedit, & se fundat in ratione sinistri euentus voti captandæ mortis, de qua iuris præsumptione non curatur in foro conscientiæ.*

119 *D. l. fin. limitatur quando accedit consensus illius, de cuius hæreditate paciscitur, & ratio.*

120 Ra-

CONSILIVM LXXXII.

Pro Illustriss. Don Carolo Iesualdo Principe Venusij, contra D. Sueuam Iesualdam. Nepos ex fratre præmortuo admictitur ad successionem feudorum nouiter quæsitorum per patruum, ex dispositione gratiarum concessarum Regno per Catholicam Maiestatem in anno 1586. etiamsi concurrat patrua, & sic soror patrui etiã in feudis emptis ante annum 1586. & gratia licet concepta per verba futuri temporis includit præterita, & renunciatio sororis pacto vestita etiam successioni futuræ feudali fraternæ vallata Regio assensu, licet non valeat in vim simplicis renunciationis; valebit tamen in vim pacti suffulti duorum consensu, & an renunciatio si fiat iurium de futuro nec spe, nec re debitorum, & competentium per viam non simplicis pacti renunciationis, sed donationis, ac cessionis, cessio, & donatio prædicta operetur effectum translatiuum non abdicatiuum, ad finem vt successionis casu adueniente in personam cedentis, cessionarius illa iura consequi possit ex persona cedentis, licet ex persona propria illa consequi non posset, & quid in renunciatione hæreditatis certi hominis.

DON Iulius Iesualdus corpore, ac mente sanus de mẽse Iulij 1596. Neapol. condidit testamentum, in quo hæredem vniuersalem feudalium nouiter per ipsum quæsitorum instituit Illustr. Principem Venusij onere sibi iniuncto soluendi ducatos sexaginta mille D. Ioanni Iesualdo ipsius spurio, ac alios ducatos decem mille Sacro Hospitali Diuæ Annuntiatæ burgensaticorum verò hæredem disposuit eundẽ D. Ioannem, insuper Agellum S. Antonij reliquit cui de iure debetur addito onere solutionis ducatorum quindecim millium in beneficium eiusdem D. Ioannis, demum in vltimis constitutum præterito mense Decembris prętenditur in terra Fresæ aliud nouissimum condidisse testamentum in eoque feudalium hæredem instituisse Sacrum Hospitale prædictum cum onere soluendi eidem D. Ioanni ducatos sexaginta mille eundemque D. Ioannem burgensaticorum vniuersalem hæredem.

Mortuo itaque prænarrato D. Iulio
in prædicto patrimonio feudali, siuè
castrensi concurrunt primo D. Sueua
Iesualda, quæ tanquam soror primoge-
nita D. Iulij petijt se immicti in posses-
sionem dictorum bonorum feudalium
1 munita dispositione Regiæ Pragmaticæ
admictente sororem ad successionem
feudorum nouiter quæsitorum per fra-
trem, ac Carboniani edicti etiam admi-
ctentis ad prædicta ab intestato.

Secundo Princeps Venusij nepos ex fratre præmortuo dicti D. Iulij, tum ex institutione prædicta, non obstante dicto vltimo testamento, tanquam nullo, vt suis loco, & tempore patebit duplici via.

Primo nempè dictus Princeps nepos
ex propria persona illã excludit, ex cau-
sa gratiarũ cõcessarũ Regno per Cattol.
2 Maiest. in anno 1586. admictentium ne-
potem ad successionem feudorum no-
uiter quæsitorũ per patruũ. Secundo ex
persona eiusdemmet D. Sueuæ ex causa
amplissimarũ renunciationũ, & q melius
cessionũ per ipsam factarũ in beneficium
Principis, D. Sueua videns Principẽ suf-
fultum dispositione earundem gratiarũ,
dicit illas Principẽ non iuuare, & succes-
siuè Principe excluso ipsam vti primo-
genitam omnes excludere, quippe quia
3 ex gratijs prędictis Nepos admictitur ad

successionem feudorum quæsitorũ post annũ 1586. quo fuit concessa gratia prænarrata, non aũt in feudis de quibus cõtẽditur tanquã emptis, ante prænarratũ annũ 1586. asserens illam loqui ꝑ verba futuri tẽporis, idest *nelli feudi cõprandi*.

Nos autem qui Principis prædicti partes tuemur audacter asseueramus gratiã iam dictam Principem iuuare. Primo si quidem respectu habilitationis nepotũ, capitulũ caret illis verbis futuri tẽporis *feudi cõprandi*, pro quo aduertẽdum est,
4 ꝙ capitulum iam dictum, duas continet supplicationes, prima illa est, vt in feudis nouiter emendis in quibus per aliud capitulum fuerat dispensatũ in beneficium fratrũ, & sororũ, demãtur clausula in eo apposita, dummodo tẽpore emptionis, filios non habeant, quemadmodũ Regia Maiestas illam sustulerat respectu contractuũ faciendorũ cũ Reg. Cur. secunda verò vt in dictis feudis, nepotes remaneant habilitati, dum ergo supplicatio secunda nõ continet expressè illa verba *feudi comprandi*, sed tantũ in eo leguntur illa verba *in ditti feudi*, asseueramus illa verba *ditti feudi* referri ad qualitatẽ tantum nouorum feudorum, non autẽ ad
5 aliam futuri tẽporis emendorũ, quodq; hic intellectus iudicãdus sit vsquequaq; verus rogo Iudicantes aduertant præcedentes supplicationes Regi, in hoc capite factas v3. in anno 1572. & 1577. semper in eis pro nepotibus fuisse supplicatum simpliciter, & generaliter pro feudis nouis, nulla additione facta illorum verborũ *comprandi*, igitur illa verba prædicta debent referri ad qualitatẽ nouorum feudorũ tantum, non autẽ ad aliam
6 emendorũ præcedentia namq; declarant sequentia dubia, & è contra l. si seruus pluriũ in §. fin. ff. de leg. 1. vbi glo. copiosa in verb. consuetudo, quibus additur qualitatẽ *delli feudi comprandi*, congruere primę supplicationi, etenim supplicatio respiciebat futuras dispositiones, nam illa qualitas dummodo nõ habeãt filios tẽpore emptionis respectu contractuũ factorũ, iam suam habuerat executionẽ, & nil amplius de eis quærendum erat; at non sic congruebat secundæ supplicationi artare se tñ ad feuda emenda, non empta, de quorũ successione in futurũ, adueniente casu successionũ agendum erat, quemadmodum sapientes, ita conceperant supplicationes præcedẽtes, adeò quod eo impensius fundat nostrũ intentũ, text. in l. si seruus pluriũ §. fin.
7 nempè congruit hic intellectus dictis supplicationibus præcedẽtibus, ita Iureconsult. scripsit in l. vnum ex familia §. si ommissã ff. de leg. 2. & demum non ommictitur § 9. si voluntas Ciuitatis vagata esset in feudis emendis, vtiq; illis verbis *in ditti feudi* addidisset vnũ illud verbũ *comprandi* nõ addidit, nec dixit, ergo nõ voluit se ad futura emenda restringere, sed gratiam generalem petere, & obtinere, ad text. in l. vnica §. sin autem C. de caduc. tollen.

Secundo demus haud cõcedendo sub illis verbis *ditti feudi* cõpræhendi illud verbum *comprandi*, adhuc asseueramus gratiã prænarratã respectu omniũ feudorũ Principem iuuare, & si feuda prædicta empta fuerint ante annum 1586.
8 nempe gratiæ prædictæ dispositio, & si appareat cõcepta per verba futuri tẽporis extenditur, siuè vt rectius loquar includit præterita ad huc modũ scripsit singulariter Iureconsult. in l. si quis filio §. irritũ ff. de iniust. rup. & irrit. testam. af
9 firmans licentiã alicui concessam faciẽdi testamentũ confirmare testamentum iam factũ, & sic futurus actus includit ꝑteritum, & ad illũ se extendit, vbi Castren. id in specie annotat n. 4. & in l. & militibus nu. 2. C. de testam. milit. quinimo Bart. ibidẽ in fin. scribit id ipsũ procedere ẽt
10 testatoris aliter sua volũtate nõ declarata sũ ꝑ cõualidatione, iam dicti facti testamẽti, & latissimè Alex. in cõs. 146. vol. 5.

Secundo ad fundandam iam dictam conclusionem, adducitur tex. in l. cum hic status §. si miles ff. de donat. int. vir. &
11 vxor. disponens quod si miles in beneficium eius vxoris disposuerit mortis causa, si postea damnatus testandi facultatem impetrauit dispositio prædicta antea nuliter facta absque noua volunta-

te

te conualidatur, in quorum iurium di-
spositione animaduertendum est, quod
12 si procedit hoc in licentia inpartita à
Præside, vt in d.§. irritum, declarat glos.
in ver. promictitur la prima, & in d.§. si
miles glos. in ver. & ea, quanto magis in
13 licentia, & gratia Principis, quæ largè
interpetratur ad text. in l. fin. C. de con-
stit. princ. cum concord. & maxime in
14 expressis, vt per Andr. in c. Imperialē in
addit. nu. de proh. feud. alie per Fed.
Tertio cōprobatur ex text. in l. si quis
hæredem C. de inst. & subst. quo sanci-
15 tum apparet, legatum factum alicui, si
consul, vel decurio creatus fuerit deberi
etiam si tempore testamenti dignitatem
prænarratam adeptus fuisset, & pro mu-
16 liere maritanda, quod debeatur etiam
si nupta reperietur, ex quo text. sic ad-
notauit in legato facto pro muliere ma-
ritanda, Bald. in l. fin. nu. 14. C. de sen-
tent. quæ sine certa quantit. quibus ac-
cedit tex. in l. si iam facta sunt ff. de con-
dit. & demonstrat. ponens regulam, si
17 iam facta sunt tempore testamenti, ea
quæ testator disposuit pro conditioni-
bus adimplendis in futurum conditio-
nis faciunt adimplementum, ad prædi-
ctorum omnium comprobationem præ-
sto est etiam authoritas glos. in clem. 1.
in verb. notitia vers. fateor tamen de
concess. præben. affirmantem gratiam
18 Summi Pontificis alicui factam præben
dæ primo loco vacaturæ in aliqua Ec-
clesia compræhendere præbendam, ante
illius tempus vacatam, ad idem glos. in
cap. si postquam in verb. vacaturam, vbi
clarius id Gem. annotauit de præben. in
6. idem Gemin. in c. si perpetua col. fin.
de restript. in 6.
Ad roborandum hoc assumptum præ
narratis iuribus, & glosis suffultum non
deficiunt DD. authoritates. primo nam-
que affertur, id, ꝙ scripsit Bar. in l. quo-
minus in 2 1. quæst. vbi cæteri illum se-
ctatur ff. de fluminibus, quem sequutus
fuit Castrens. in d.§. irritū nu. 5. vbi cete-
ri DD. affirmantes, ꝙ si titius nulliter
19 construxerit sine Principis licentia mo-
lendinū in flumine publico, postea Prin-
cipis licentia subsequuta fuerit cōstruen-
di molēdinū in eodē flumine licētia iam
dicta conualidat molendini antea con-
20 structionē factā, & sic dispositio de fu-
turo extendit se ad præteritū. secundo
dicta per Alex. in l. & militibus nu. 3. C.
de testam. milit. post Castren. in l. hac cō-
ditio filiæ meæ §. si sic ff. de cond. & de-
21 mostr. asserentes, ꝙ si Papa cōcedit Epi-
scopo potestatē condendi testamentum
de fructibus suorum beneficiorū, ꝙ li-
centia prædicta conualidat testamentū,
iam antea per eum conditū. tertio scri-
pta per Castren. in d. l. & militibus nu. 3.
22 firmantē ꝙ si quis habens beneficiū cu-
ratum aliud postea simile incompatibile
obtinuerit nulla primi facta mentione,
& sic nulliter si postmodū à Papa obti-
nuerit dispensationē, vt cum primo pos-
sit aliud curatū obtinere, ꝙ dispensatio
prænarrata conualidat secundi beneficij
curati nulliter impetrationē tunc factā,
roborantur prædicta ex dictis per Ant.
de Alex. & Loffred. in c. imperial. de pro
hib. feud. alie. per Fed. ex quo per const.
23 Reg. constit. diu. mem. datur reuocatio,
quæ facit cessare caducitatē feudi, vt re-
fert Frecc. lib. 2. subfeud. q. 11. in prin. ex
dictis per Castr. in d §. irritū nu. 4. ex his
iurium, glosarum, & DD. authoritatibus
24 firmatū apparet gratiam concessam re-
spectu actus futuri, se extendere, ac in-
cludere actum iam factū, & sic præteri-
tum, non ab re igitur liquido conclude-
25 dum erit, gratiam prænarratam Catrol.
Maiest. continentē dispositionē verbo-
rum futuri temporis feudorum scilicet
emendorum cōprehendere ex iuris di-
spositione feuda in actis deducta, iam
ante etiam empta per dictum D. Iulium.
Nec prænarratis vt supra sic firmiter
fundatis obstabunt duo, super quibus
pars pedes firmare posset, quorum pri-
26 mum illud erit, gratiam prædictam, non
potuisse se extēdere ad feuda ante illius
datam empta, si quidem Regnum, ac Ci-
uitas id cernentes ter supplicauerunt
Regi nostro pro extentione illius ad feu
da empta, ante prædictum annum 1586.
& vsque huc non appparet Ciuitatis,

& Regni, desuper votis Regem annuisse, secundum illud erit, quod testatur Castrens. in d. §. irritum num. 4. asseuerans
27 assensum concessum, sub alienatione rei emphiteoticę, vel feudalis non extendi ad alienationem illorum iam factam, de quo dicto meminit, latè Frecc. lib. 2. subfeudorum q. 11. fol. 136. à ter. in antiquis, & Affl in dec. 355.

Etenim prædictis obiectionibus facillima accomodantur responsa. Primum namque obiectum tollitur, nempè asse-
28 ueramus ex supplicatione prædicta, vt supra oblata, non tolli effectum gratiæ de iure se extendentis ad præteritos actus, ex supra fundatis exemplo contra-
29 hentium, super aliqua re non feudali, cum reseruatione assensus Regij in contractu prænarrato minime necessarij, nõ sequuta postmodum assensus impetratione, contractum non inualidari, quan-
30 doquidem ex adhibitione maioris cautelæ illa non sequuta, non inducitur actus nullitas, seu tollitur contractus de iure validi beneficiũ, ita scripsit Camer. in cap. Imperialem car. 28. lit. S. de prohib. feud. alien per Feder. allegans Andr. id dicentem in cap. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. fact. insuper vera est
31 feudistarum opinio, quod assensus impetratus super contractu in quo non erat necessarius, in nihilo præiudicat, & extimatur sicut verba superflua in stipulatione, arma virumque cano, vt per Andr. in cap. 1. §. sed nec est alia iustior post num. 38. quæ sit prima caus.
32 benef. ammict. Ciuitas namq; vt disceptationẽ huius articuli euitaret ad vberiorem cautelã desuper non necessario Regi supplicat non per hoc sublata fuit prædicta iuris dispositio sic clarius fundata, vt gratia præfata futuras emptiones respiciens non se extendat ad præteritas, & similiter illa nec sublata, quia Rex petitioni iam dictæ non annuerit, quinimò audacter affirmamus illos sapientes viros Regios Consiliarios siue Regentes insopitam petitionẽ reliquisse, censendum est ea ratione quia cogitauerunt perperam de hoc Regi fuisse supplicatum vti compræhensam ex prædicta iuris dispositione in dicta gratia obtenta in anno 86.

Secundũ facillimè summouetur, nempè Castrens. in d. §. irritum num. 4. & 5. Respondit, dicit namque ipse, quod ra-
33 tio illius dicti ea fuit, quia per actum alienationis, iam antea factum rei emphiteoticæ, vel feudalis res erat caducata, & Principi deuoluta, quam si sciuisset, coniiciendum esset Principem non concessurum assensum alienandi rem, quæ non erat impetrantis, sed propria, vt sibi deuoluta, & sic ad actum præteritum non extenditur ex defectu voluntatis, at secus in casu nostro, vbi tractatur de licentia, in qua nulla caducitas, nec deuolutio inspicitur non ommictẽs insuper in hoc aduertere, quod allegata ibidem per Frecc. non tollunt prædicta vt supra fundata, si huiusmodi assumptũ procedet, prout de iure verum inspicitur D. Sueua duplici iure exclusa cernitur, tum quia gratia præfata reducit successionem feudorum ad dispositionem
34 constitutionis Regni vt de successionibus, quæ tam in feudo antiquo, quam nouo defert successionem vsque ad tertium gradum, dempto obstaculo inuestituræ solitæ pro se, & hæredibus ex cor-
35 pore, quæ constitutio præfert nepotem filium primogeniti patruo, vel amitæ, ex vi subingressionis in gradum, & locum patris, qui si tempore successionis delatæ vixisset fratrem, ac sororem suos excluderet, patruum, & amitam filij sui, ergo eodem modo eius filius prędictis ne-
36 pos cum viuatur iure Franchorum, ex cuius dispositionę feuda sũt indiuidua, sic legitur in d. constit. Regni vt de success. in §. filij autem fratrum, in his quæ communis patris fuerunt aui eorum, scilicet idem ius, quod pater eorum habe-
37 bat, & sic patris personam subingreditur, & succedit licet sit in vlteriori gradu ex persona ꝓpria, prout sic explicat glo. in d. constit. in d. §. filij in verb. habeant, in vers. idem ius, quod pater eorum, allegat text. singularem in auth. cessante C. de legitim. hæred. adest etiam text. in auth.

auth. post fratres eod. tit. & de iure com-
38 muni feudorum, de hac subingresione loquitur text. in cap. 1. §. his deficientibus de gradib. succeden. in feud. & in cap. deficiente de nat. succ. feud. adnotauit Bald. in dict. §. his deficientibus, & in cap. 1. de success. feud. & in l. 2. C. de legit. hæred. & in cons. 392. &
39 licet in dictis iuribus feudalibus, & iuris Romani appareat nepotem cum patruo admissum ad successionem, id procedit quia loquuntur in burgensaticis, & de iure cõmuni feudorũ, quo omnia feuda sunt diuidua, iuxta text. in §. omnes filij si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. quam quęst latè disserendo amplexus fuit Blascus Lanza in rep. cap. si aliquem 3. quæst. & latisimè etiã Minad. in repet. constit. Regni in aliquibus nu. 118. vers. contraria tñ opinio.

Secundo repellitur D. Sueua ex pro-
40 pria sua renunciatione pacto vestita, etiam successioni futuræ feudali fraternæ Regio assensu vallata, quæ & si non valeret in vim simplicis renunciationis ea ratione, quia iuri, quod non dum cõpetit, renuntiari non potest, ad text. in l. 1. cum eius glos. & Doctor. apparatu
41 C. de pact. tamen valebit in vim pacti suf fulti duorũ consensu, vt hic, ita Neapod. in consuet. si quis, vel si qua num. 201. ver. quarto, allegat text. in l. & quæ non dum sunt ff. de pignor. probans futura
42 obligari posse, & ea vendi, dicit tex. in l. nec emptio ff. de contrah. empt. & tradidit And. in c. 1. nu. 13. ver. & de futuris paciscimur, qui successores teneãtur. Demus tamen non concedendo prędicta omnia, non subsistere potioremq; inspici successiue in successione pdicta D. Sueuam, adhuc cõstanter affirmamus Principem ad illam admicti exclusa D.
43 Sueua. ex ipsius amplissimis renunciationibus, ac cessionibus nõ abdicatiuis, sed translatiuis iurium, & successionum fraternatum feudalium Regijs assensibus roboratarum, etiam futurarum, etiam non habentium causam de præsenti, sed de futuro D. Sueuæ competiturarum in beneficium Principis Aloysij patris, & ipsius hæredum, & successorum, cuius hæres est Princeps modernus D. Carolus, ex persona Principis Fabritij eius patris, & primogeniti iam dicti Principis Aloysij, & si succesio prædicta inspiciatur bonorum futurorum non habentiũ causam de præsenti, ac subsistenti tempore renunciationum prædictarum, vt supra factarum, id quod fundatur nempe apud Doctores nõ fuit disceptatum,
44 sed apud eos absolutum futura in contractu, ac stipulatione posse deduci per viam pacti, non autem simplicis renunciationis, ex dispositione text. in l. 1. & fin. & ibi Bart. & DD. communiter C. de pact. l. 3. §. de illo ff. pro socio, secus per
45 viam simplicis renunciationis, vt declarat Neapod. in cõsuet. si quis, vel si qua num. 201. & expresse testatur Andr. in cap. 1. num. 13. qui successor teneant. ibi de futuris paciscimur, & in specie in fu-
46 turis, nec spe, nec re debitis in contractu expresse deductis, fundat Bart. in 3. par. suę distinctionis in d. l. 1. nu. 9. C. de pact. sed quærendum est modo, an quã-
47 do sit renunciatio dictorum iurium de futuro, nec spe, nec re debitorum, & competentium per viam non simplicis pacti renunciationis, sed donationis, ac cessionis, cessio, ac donatio prænarratæ operentur suum effectum translatiuum, non abdicatiuum, ad finem vt successionis, & delationis iurium casu aduenientem in personam donantis ac cedentis cessionarius, ac donatarius, qualis cernitur D. Carolus ex persona suorum prædecessorum, vt supra illa iura delata consequi possit ex persona dicti cedentis, seu donantis, qualis cernitur D. Sueua aduersaria, licet ex persona propria illa cõsequi non posset, quamquam cessio, ac donatio prædictæ operentur effectum translatiuum, in beneficium Principis D. Caroli, vt ipse ex persona D. Sueuæ iura prænarrata feudalia fraterna consequi valeat ex infrascriptis iuribus Doctorum authoritatibus, ac rationibus, luce clarius fundatur. primo id ipsum probatur per text. in l. 3. §. de illo ff. pro so-
48 cio, in quo sancitur contracta societate

cum

cum pacto, vt si qua iusta hæreditas alterutri obuenerit communis sit, & præsupposito pacto valido, dicit tex. & probabilius est ad legitimam hæreditatem tantum spectare, ex quo text. colligitur
49 validum pactum communionis, ac diuisionis iurium deferendorum, ex illo ver-
50 bo obuenerit, quod est futuri temporis, vt declarat, ac firmat Cagnol. in l. final. num. 57. ver. nec subsistenti C. de pact.
51 iterum quod iura prædicta transferuntur de persona socij succedentis ad socium, nõ successorem ex propria perso-
52 na, & sic cessio, & donatio prænarratæ non operantur effectum abdicatiuum, seu extinctiuum, cum alias dempta persona socij successoris, seu abdicationis illius tantum concessa, prædicta iura non possent deuenire ad alium socium non successorem, sed translatiuũ admissa cessione communicatiue operatur, quinimo text. in d.l. 3. in princ. & clarius ibi glo. in verb. statu ff. pro socio, asseuerant
53 illa socium consequi posse iuribus directis propositis nomine alterius socij communicantis, & vtilibus nomine proprio cessionarij.

Secundo adducitur text. consimilis
54 in l. si societatem vniuersarum in princ. & in §. idem maximino ff. pro socio, ibi earum quoque rerum, quæ postea cuiq; acquirentur hæreditatem, cui vis eorum delatam in commune redigendam, vbi glos. in vers. vniuersarum, allegat consimilem text. in dict. l. 3. §. cum specialiter ff. pro socio.

Tertio idipsum fundat text. in l. final. C. de pact. sic illum inducendo dispo-
55 suit ibi Imperator pacta hæreditatum viuentium in contractu deduci validè non potuisse nisi accedente viuentium prædictorum voluntate, & consensu vsq; ad finem perseueraturo subdit postea text. in fin. in verb. iubemus, *etenim*
56 *neque donationes talium rerum, neque hypothecas penitùs esse admittendas, neque alium quemque contractum, cum in alienis rebus contra Domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci secta temporum nostrorum non patiantur*, ergo à con-
57 trario sensu consentiente, viuente de cuius bonis agebatur contractus donationis, & hypothecæ, tenet qui sunt con-
58 tractus operantes necessario translationem non abdicationem, cum si abdicationem continerent tantũ, nihil possent operari in beneficium contrahentium vti personarũ extranearum à successione, igitur ex eo text. fundatur cessionẽ, & donationẽ prædictas translationẽ, nõ abdicationem, seu extinctionem operari.

Quarto & nouissimè adducitur text. in §. ex conditionali instit. de verb. obl.
59 quo sancitur ius conditionale in contractu transmisibiliter posse deduci ex conditionali stipulatione his verbis, *imo spes est debitum iri eamque ipsam spem in hæredem transmittimus, si priusquam conditio extet mors nobis contigerit*, quẽ ad hoc propositum allegat Card. Zabb. in clem. 1. q. 16. de elect.

Authoritatibus Doctorum secundo fundatur prænarrata conclusio, & primo Bart. in l. fin. num. 9. C. de pact. loquens
60 in renunciatione quam vocauit pactum de succedendo, vel disponẽdo de hæreditate postquam fuit successum, vbi Socc. qui sic intelligit Castrens. in l. pactum, quod dotali nu. 7. in fine C. de
61 collat. igitur renunciatio illa, & eo magis cessio operantur effectum translatiuum, cum sit pactum de succedendo in beneficium eius, cui renunciatio, & cessio facta est.

Secundo Bald. in d. l. fin. num. 16. C.
62 de pact. loquens an nepos filius sororis renunciantis per pactum de non petendo successiones futuras patri, & eius hæredibus si adueniente casu excludatur, & dicit quod sic, sed eo tempore succedit is, vel hæres eius, cui est facta renunciatio ex persona matris renun-
63 ciantis ex vi donationis, quam sapit renunciatio, & sic operatur effectum tran-
64 slatiuum renunciatio prædicta, allegat text. in l. si quis obligatione ff. de regul. iur. vbi si quis obligatione liberatus est accipere videtur, si accipit igitur in eum
66 fit iurium renunciatorum translatio.

Tertio adducitur Aretin. in cons. 91.

in

in princ. quem refert, & sectatur Bal. vbi supra, qui etiam allegat text. in l. in edibus in princ. in vers. potest ff. de donat.
67 vbi tex. aperit donationem esse pactum de non petendo debitum ante certum tempus, & tex. in l. contra iuris §. si filius
68 ff. de pact. vbi text. disponit filium, vel seruum non posse facere pactum de nõ petendo creditum à debitore, etiam qđ peculij liberam habeant potestatem cum pactum illud sit donatio quam facere non possunt, id quod etiã sectatur idem Aret. in l. 1. col. fin. quem ibi refert, & sectatur Cagnol. num. 76. in l. 1. C. de
69 pact. dũ loquitur an præsentia eius, cui fit cessio sit necessaria, & distinguit, qđ si renunciatio fit ad finem se abdicandi non requirit præsentiam, si vero ad finem alteri quærendi, tunc requiritur, vt
70 hic, cum renunciatio cernatur via cessionis, & donationis, ergo cernitur hanc donationem, & cessionem posse, & debere operari effectum translatiuum.

Quarto affertur in medium singularis decisio Soccin. in conf. 183. num. 1. vers. sed præmissis non obstantibus 2.
71 vol. qui in hac re facit distinctionem num. 2. quod aut sumus in mera, & simplici renunciatione, & tunc nascitur tantum abdicatio iuris, non autem translatio, aut renunciatio concipitur per viã donationis, seu cessionis, & tunc adueniente casu successionis non communicatur spes succedendi, sed comodum, seu ipsa bona delata, & sic dicit intelligi text. in d. l. 3. si de illo sequutus, Bart. in l. is potest qui hoc dicit num. 5. ff. de acquiren. hæred. & allegat text. qui hoc expressè dicit in l. actione §. diximus, ibi comodum communicare socius tenetur.
72 ff. pro socio, & sic in renunciatione prænarrata non venit spes, sed essentialiter comodum iurium deferendorum casu successionis adueniente, qđ cons. Socc. reperitur scriptum inter cons. Ruin. 205. 1. volum.

Quinto idipsum testatur expresè Minad. in cons. 12. nu. 10. dum volens assi-
73 gnare rationem, quare nepos, filius filiæ concurrat cum patruo in successione alterius patrui, dicit quia nepos subingreditur personam gradum, & locum matris, & sic sunt in eodem gradu, at secus si soror, ac eius mater renunciauerit cum cessione, nempè cessio prædicta cum operetur, vt is cui renunciatum est, vel hæres eius sint positi in gradu, & loco sororis renunciantis illius locus cũ repertus fuerit non vacare, sed occupatus, ex eo denegatur subingressio §. ita demum instit. de hæred. quæ ab intest. defer. & in §. sui, vbi notatur instit. de hæred. qual. & differ. igitur expresse di-
74 sponit renunciationem huiusmodi operari effectum translatiuum.

Sexto adducitur Capyc. in decis. 159. num. 14. qui loquitur in renunciatione
75 feudorum adueniente casu non iudicari spem, sed vti bona, & comoda iam quæsita, & proinde lęsionem in eis iudicari, vt existentibus tempore renuncia-
76 tionis ergo renunciatio cum læsione non operatur effectum abdicatiuum, sed translatiuum.

Septimo Corneus id expresè affir-
77 mans in pacto prædicto vestito verbis donat, & cedit, vt operetur effectũ translatiuum, vt in casu aduenietis successionis fiat aditio, & acquisitio in beneficiũ eius, cui fuit facta renunciatio in cons. 272. num. 5. ver. & illa verba, ac eis donat, cedit, & tradidit vol. 3.
78 Octauo in proprijs terminis in renunciatione deuoluendorum facta per viã cessionis quod operetur effectum translatiuum, scripsit Alex. in conf. 149. nu.
78 5. vol. 7. asseuerans tunc renunciationẽ iam dictam per viam donationis augere hæreditatem eius, cui renunciatur
80 loquens in filia primi matrimonij renunciante patri, & eius hæredibus, vt cũ renunciatione prædicta augeatur patris hæreditas firmat renunciationem prænarratam per viam donationis iuuare filias vtriusque matrimonij, id quod non poterat fieri nisi per viam transla-
81 tionis in patrem, & eius omnes filios primos vti hæredes illius non abdicationis cum alias si abdicationem operaretur, tunc filij primi matrimonij coniuncti

iuncti ex vtroq; latere renuncianti filiæ admitterentur auth. post fratres autem ex vtroq; C.de leg.hæred. cum concor. ad quæ additur conf.Paul.de Castr.252 viso puncto vol.1.

Assumptum prænarratum constat etiā
82 ratione, nempè differentia est inter ius conditionale deductum in contractu respectu quærendorum, & in vltimis voluntatibus, quia in contractu habet locū retrotractio adueniente cōditione casu successionis, & à lege præsumitur ius illud conditionale.vt purum deductum in contractu,& si vt purum operatur vt iuris fictione interuenerit aditio, & cessio postmodū in personam eius cui fuit facta renunciatio,& illius hæredum, nō sic in vltimis volūtatibus,in quibus non est locus retrotractionis,cum inspiciatur tempus delatæ successionis, ita singulariter scriptum reliquit Card.Zabb. in d. clem.1.quæst.17.de elect. & hoc est, 9 verbis non ita amplis tradidit Andr. in d.cap.1.num.13.qui successor. teneantur incip. à vers.*etiam de futuris paciscimur, & eo pacto renunciamus C. de pact.l 1 licet sola repudiatio sine pacto nō sufficiat, l.si ita scriptum* §.*sed si sub conditione de leg.2.& de successor.edict.l.1.* §. *decretalis*, subdit postea in versic. *& quando eueniunt illa quæ erant futura cum contrahebatur trahitur retro, vt videantur tempore contractus extitisse*, ad quod inter alia allegat duo iura id expressè probantia, quorum primum est text. in l. nec emptio ff.de contrah. em-
83 ptio. vbi licet emptio sine re nō valeat, attamen si quis vendiderit partum ancillæ venditio valet, vt cum editus sit partus,iam tunc contractum esset negotiū, & venditio facta intelligatur, & in l. necessario §.quod si pendente conditione ff.de peric. & como. rei vend.vbi qđ si
84 pendente conditione emptor, vel venditor decesserit,si extiterit conditio hæredes quoq; obligatos esse quasi iam contractata,emptione in præteritum.

Idem quoque tradidit Capyc. in d. decis.159. nu. 14. asseuerans eueniente
85 casu delationis successionis perinde haberi, ac si successio delata fuisset tempore renunciationis.

86 Si ex prædictis ius illud conditionale deductum in contractu ex vi dictæ retrotractionis censetur, vt tunc promittenti deuolutum, ergo succedit text. in l.si auia cum eius apparatu,per Doctor.
87 C. de iure delib. vt cedendo adeat cedens,& postea cedat, hinc iure legitur,
88 cessionarium, ac emptorem hæreditatis perinde haberi,ac si in princ.hæres fuisset institutus,ita text.in l.2.§.fin. vbi id annotat Iacob. Butr. ff.de hæred.vel act. vend. ex qua sola ratione tollitur omnis
89 difficultas respectu distinctionis iuris quæsiti, & quærendi super dispositione d. l. si auia, tradita per Præs.de Franch. in decis.14.nu 9.

Huiusmodi difficultas tollitur secundo quia ex lectura prænarratarū renun-
90 ciationum apparet enixa, & specifica voluntas D. Sueuæ transferre tunc volentis, etiam iura successionis præsentis dum adiecerit illa verba *futura etiam causam de præsenti non habentia, sed de futuro*, & sic voluit omnino profiguam esse dictis patri, eiusque hæredibus ex eius persona dictam cessionem, quo fit, vt omnis cesset difficultas, ex his quæ congerit idem Præs.de Franch. in d. decis.14.nū.24. comprobantur prædicta,
91 quia licet spes fideicommissi conditionalis ante euentū conditionis non transmittatur, nihilominus quando constat de contraria desuper testatoris voluntate,tunc transmittitur, ita limitatur communiter à DD.text.in l.1. C.de his qui ante apertas tabulas,etenim tanta est vis
92 voluntatis hominis, vt non transmissibile fiat transmissibile, iuxta dictū Bald. in d.l.1. C.de his qui ante apertas tabulas,de quo latius per Decian. in suo respons.88. nu.60.vol.2.

Tertio prænarrata difficultas tollitur
93 ex prænarrata voluntate patefacta etiā ex geminatis renunciationibus, & cessionibus, cum verbis vniuersalibus quo fit vt cessio etiam trahatur ad incog ta ta prorsus ac de nouo superueniētia, ita Decian. in specie in respons.11. nu.11. vers.

vers.5.dicit Alex.vol. 3. allegat tex.in l.
tres fratres ff. de pact. & notata in l. sub
prætextu specierum C.de transact.

Quarto remouetur iam dicta difficul-
tas, si quidem si cessio prædicta, sic non
operaretur tunc cessio prædicta, (etiā nō
habens causam de præsenti fraternarum
successionum) tunc facta nihil operare-
tur, nempè eo tempore aderant super-
stites plures filij Principis Aloysij, & sic
fratres dictæ D.Sueuæ quorum quilibet
in omni eorum successione , ac in omni
feudorū genere excludebat D.Sueuam,
tum vigore constitut.Regni vt de succes-
sionibus,tum etiam dictarum Regiarum
gratiarum, igitur ex eo de iure disponi-
tur,vt cessio ad prædictā successionē re-
94 feratur , nam licet ex simplici diuisione
non inducatur fideicommissi renuncia-
tio , attamen quando in diuisione adsūt
clausulæ ita prægnantes, quæ vanæ red-
derentur , nisi induceretur renunciatio
fideicommissi tunc de iure inducitur il-
lius renunciatio, ad hunc modum scrip-
sere Bart.in l.qui Romæ §.duo fratres in
6.quæst.vbi Alex. penult. col. & Ripa
num.6.ff.de verb.oblig. idem Alex.in
cons.37.nu.4.vol.4.Ruin.cons.92. nu.
23.vol.3.& latissimè Decian.in resp.52.
num. 5. vers. secundo tunc demum, &
nu.6.vol.1.

Cessat ex prædictis aliud quod scripsit
95 dictus de Franch.in d decis.14. nu.25.
quod illa cessio non interuenit in simili-
bus renunciationibus, vt operetur effe-
ctum translatiuum, sed vt renunciationi
maius robur adijciat , nempè loquitur
cōtra tot & tantos DD. quinimò qñ ve-
rum diceret in hoc casu nostro eius di-
ctum non militaret stante voluntate cō-
traria transferendi dictæ D. Sueuæ in
beneficium patris,& eius hæredum,in
quorum beneficium renunciauit.

96 Quibus additur quod spes futuræ a-
ctionis potest cedi,& donari, l.spem fu-
turæ C de donat.vbi Bald.illum tex.in-
telligit spem scilicet actionis conditiona-
lis,ad idem tex.in l.pactū in fin.ibi spem
futuræ acquisitionis ff. de pact. in l. nec
emptio de contrahen.empt.& in l.si ia-
ctum retis ff.de actio.empt. permitten-
97 tes de iure venditionem spei prædictæ ,
quę res fragilis est quinimo fallacissima,
vt per Tiraq.de leg. connubial. glos. 1.
post legē vltimam, si igitur spes prænar-
98 rata ex cōtractu potest vendi ergo cedi,
ita arguit glos.in d.l.spem in verb.futu-
ræ actionis ver. si cedam C.de donat.in-
99 super si ex contractu potest transmitti
d.§.ex conditionali,ergo cedi ad text.in
l.cum plures ff. de admin.tutor. si igitur
ex prædictis cessio prædicta validè pro-
100 cedit, ac translatiuè in Principis bene-
ficium vt supra,Princeps tam ex persona
propria vtili actione quam directa no-
mine D. Sueuæ in ipsius tñ beneficium
agere,& excipere potest pro consequu-
tione prædictorum feudorum,ita Bar.in
l.emptor C.de hæred.vel act. vendit. l.si
duo in fin. ff. de solut. Alexan.in cons.
137.col.2.vol.2.& latissimè Decian. re-
spons.9.nu.38.vol.1.

Quibus omnibus sic firmiter fundatis
non obstabit si aduersarius obijciat om-
nia prænarrata ei non nocere,cum illa
101 procedant respectu renūciationis hæ-
reditatis incerti hominis sicut procedit,
tex.in l.3.§.de illo,cum alijs supra addu
102 ctis,non autem certi hominis, vt hic in
qua militat tex.in d.l.fin.C.de pact.quē-
admodum communiter per DD. supra
citatos scriptū , ac traditū fuit in d.l.fin.
quodq; sit certi hominis renūciatio,po-
terit pars id prætendens se iuuare dictis
per Præs.de Franch.in dec.89.nu.40.in
103 renunciatione facta bonorum mater-
norum,quæ æquipollet si fuisset dictum
hæreditati titiæ matris,cum renunciatio
prædicta nō possit verificari nisi in eam
que sola est mater, si quidem pluribus,
medijs respondetur . Primo quia D.
de Franch. ibidem loquitur quando
104 renunciatio prædicta licet sic concep-
ta sub verbo maternis illa succesio re-
nunciata non potest verificari in alijs
personis quam in vna nempè , vt ipse
dicit, prout verum est vnicam esse ma-
trem, ex regula text. in leg. fundus qui
locatus cum concordant. ff. de fund.
instru. & instr. leg. at secus in verbo

fraternis, vt hic quod potest verificari in pluribus fratribus, & diuersæ speciei consanguineis, vterinis, & consobrinis, & sic asseueramus, quod verè sumus in terminis traditis à Iuribus, & Doctoribus renunciationis incerti hominis.

Secundo cessat obiectū stante statuto
106 in Regno exclusionis fœminarū dotatarum, & cõsuetudine sic renunciandi, vt testatur Thesaur. decisiones, & DD. etiam plures authoritates allegans in decis. 225. à nu. 12. vsque ad finem, licet
107 num. 13. dicat quod ipse hanc cõmunem opinionem intelligeret reuocabiliter idest concessa reuocatione ex iusta causa, & absolutione à iuramento habita, quamuis nil alleget, & DD. allegati per eum id non admittant, quæ reuocatio nõ admitteretur in themate presenti nulla iusta reuocationis causa existente.
108 Tertio quia text. in l. fin. limitatur in magnatibus, ita Zasius in cons. 1. à nu. 16. & propriè num. 18. vers. contra has cõmunes opiniones, & in specie nu. 19. & nu. 39. ver. item non obstat, ea ratio-
109 ne quia cessat in magnatibus ratio captandæ mortis, super qua se fundat tex. in d. l. fin.
110 Quarto nempe tex. in d. l. fin. limitatur quando dispositio fit ex necessitate contractus præcedentis, vt hic præcedentis dotationis, ita text. quem sic in compendium redigit Bar. in l. si quis seruum ff. de actio. empt. vt etiam declarat Bart. in d. l. fin. Ias. nu. 6. vers. 6. limita Cagno. nu. 58. vers. 6. limit.

Quinto nempè tex. in d. l. fin. limitatur
111 quando sumus in pacto perdendæ hæreditatis, vt hic ex quo in eo cessat votū captandæ mortis, ita scripsit Bart. in d. l. fin. nu. 9. etiam quia de Iure Canonico
112 pactū huiusmodi est approbatū medio iuramēto c. quamuis de pact. in 6. Ang. ibidem nu. 3. ver. secundo casu cum pactum, & ver. Item si percipit minus, Gozad. ibi in reper. nu. 25. 26. & 27. etiā vt
113 fiat præiudicium renuncianti in legitima, Franc. Curt. in repet. nu. 8. & in lectura nu. 42. Bal. latè, & singulariter ibidem nu. 15. & propriè in vers. si tantū nõ percipit, qui hanc opinionem testatur
114 cõmunem, & de consuetudine, quod semper filiæ cum iuramento amplissimè renũciant, cum alijs per prædictos DD. allegatis.

Sexto quia tex. in d. l. fin. limitatur in
115 nobilibus, & potissimum in magnatibus, qui bona paterna, & alia possunt valide donare, iuxta scripta per And. de Barulo in constit. Regni minoribus, quē refert, & sectatur Afflict. ibidem nu. 16. & in vers. nam filius familias potest donare, idem sectatur Tiraq. in tract. de nobilit. c. 37. num. 41. & nu. 43. ad quæ confert cons. sic. not. 26. nu. 10. vers. præ-
116 terea, qui fundauit donationem alias inualidam, ex causa nobilitatis valere.

Septimo nempe de iure non est locus
117 d. l. final. in foro conscientiæ quando pactum esset factum inter liberas personas habentes alias potestatem contrahendi recto fine, vt hic, vt filia D. Sueua dotata excluderetur in fauorem agnationis dispositæ à constit. Regni in aliquibus, & is de cuius bonis agitur scilicet D. Iulius verisimiliter tunc consentijsset, vt magis frater quam soror eius
118 bona consequeretur etenim d. l. final. procedit, & se fundat in ratione sinistri euentus voti captandæ mortis, de qua iuris præsumptione non curatur in foro conscientiæ, ita Felyn. late prosequitur in c. 1. col. 11. de constit.

Octauo & nouissimè nõ militat in themate nostro tex. in d. l. fin. si quidē d. l. fi.
119 se ipsā limitat accedēte cõsensu illius, de cuius hæreditate paciscitur, cuius ratio à Doct. traditur nempe persona cui renunciatur approbatur à consentiente vti bona, & legalis, vt in ea cessare existimetur omnis suspicio voti captandæ mortis, ita Cagnol. in dict. l. final. nume. 58. vers. septimo limita, qui refert Ias. ibi col. 6. Deci. col. 2. & Rimin. col. 2. ita communiter tenere, non ommittens etiam Aret. in d. l. fin. dicentem rationē
120 illius text. solum positam in suspitione voti captandæ mortis, & insidiarum vitæ renunciantis, quæ ratio cessat in huiusmodi nostra renunciatione fra-

fraternorum bonorum facta à filia patri
121 in cuius personam non militat ratio
voti captandæ mortis filiorum, & eo
122 maximè masculorũ, cum nullus amor
paternum vincat amorem, ad text. in l.
nec in ea ff. de adulter.

123 Insuper magis torquetur pater in per
sona filij quam è contra, ad text. in l. illi
quidem ff. q metus causa, quibus acce-
dit tex. in l. nam & si parentibus de inof-
fic. test. vbi glos. *ordine turbato succedis*
burgone nato, & quæso ad hoc fundan-
dum, legatur Neap. in specie hoc deci-
dens in consuet. si qua moriens nu. 35.
ver. propterea ratio fol. 202. cum igitur
non militet ratio illius tex. in themate
nostro, ergo l. prædicta fin. quantumcũ-
que generalis cessat in casu nostro, ratio
124 namq; ampliat, & restringit dictum, ad
text. in l. cum pater §. dulcissimis ff. de
leg. 3. & plura Tiraq. in tract. cessante
causa in verb. legis causa cessante, & ita
iuris esse arbitror.

Paulus Staibanus.

125 Præsens causa vt audio fuit sopita trãsactione in maximam Principis vtilitatẽ, nempe feuda prædicta fuerunt sibi relaxata iuxta hoc consilium, hancque transactionem D. Sueua noscens malã fouere causam valde affectauit, fuitq; cum cõsensu D. Patrui facta, cum quo omnia fere maximi momenti Illustriss. Princeps gerebat, & scias q pro D. Sueua, contra D. Principẽ, scripsit Ferdinãdus Brancià ad præsẽs Regius Cõsiliarius, cuius allegationes manuscriptas ego vidi, & pro Sacro Hospitale Diuæ Mariæ Annuntiatæ, cõtra D. Principẽ, in hac causa scripsit Fab. de Ann. in cons. 86. contra quẽ Sacrum Hospitale diuisim scripsit etiam D. Patruus, quod consilium est positũ in secunda parte, quã diuinis fretus auxilijs spero quam primũ in lucem mittere, nõ cum modica forsan publica vtilitate.

Ad nu. 27. adde q contra Frecc. quod imo assensus conualidet venditionẽ iam factam, licet præstitus super venditione facienda, asserit fuisse decisum Ant. de Alex. in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Fed. ab eodem Frecc. allegatus in prin. d. q. 11. & vide Præs. de Franch. in dec. 105. nu. 1. & nu. 6. Ann. Sen. in sing. 40. Scip. Rouit. in prag. 1. num. 23. de fide memorialium, & D. Patruum supra in cons. 6. num. 1. 6. & 7. & quid si assensus fuerit præstitus super exequutione facienda, an extendatur ad factam, vide Affl. in rep. const. Regni const. diuæ mem. nu. 29. & Vrsill. in addit. ad d. dec. Affl. 355. vbi plura ad comprobationem hic dictorum per D. Patruum, & nota q assensus extenditur ex mente compræhensiua Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. 8. §. 6. nu. 2. & prædictus assensus superueniens reconualidat contractũ, sed spes ista ammictitur per mortem alienantis D. de Pont. in d. tract. tit. 6. §. 1. nu. 12. quod declarat nu. 26. sed assensus non retrotrahitur in præiudiciũ tertij, idem de Pont. in d. tract. tit. & §. nu. 23. nec extenditur de præsenti in fũturum, nec è contra, idem de Pont. in d. tract. tit. 4. §. 7. nu. 26. in fin.

Ad nu. 31. adde eundẽ Reg. de Pont. in d. tract. de pot. Proreg. tit. 8. §. 5. nu. 4.

Ad nu. 40. & 41. adde Bart. in d. l. 11 C. de pact. à nu. 3. vsque ad nu. 6. quem omnino videas, quia hanc materiam optime declarat, & in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 7. ff. de verbor. obligat. & quod iuri de futuro possit cum pacto renunciari, tradit Deci. in cons. 31. nu. 5. & latissime Bolognet. in l. 1. nu. 61. C. de pact. & in l. fin. C. eod.

Ad nu. 44. adde q pactum reciprocũ de futura successione tenet, Alex. in cõs. 28. n. 11. lib. 3. & Gayl. obser. 126. lib. 2.

Ad nu. 55. q pactum de futura successione cum consensu eius, de cuius successione agitur valet, adde Gozad. in cons. 97. nu. 2. & in cons. 98. nu. 1. & 5. & ratio est quia tunc cessant omnes rationes, quæ prædictum pactũ prohibent, quia non præsumitur quis verisimiliter consensisse, nisi habuisset fiduciã de personis paciscentium, & sic cessat votum captandæ mortis, Bald. in d. l. fin. C. de pact. in princ. & Deci. ibi nu. 4. qui consensus licet non intercesserit à principio actus, sufficit q superuenerit Bal. in d. l. fin.

circa finem, & Decius in conſ. 31. col. 3. poſt. num. 4. ver. præterea & poſſet dici, Aym. in conſ. 19. nu. 3. imo tacitus conſenſus in hoc etiam ſufficiet, ex doctr. Decij in d. conſ. 31. poſt num. 4. ver. & conſenſus ex eo elicitur col. 3. quem refert D. Patruus ſupra in conſ. 57. nu. 3. & pactum de hæreditate viuentis quando valeat, vide Bald. optimè diſtinguentem in cap. 2. num. 1. de feud. dat. in vic. leg. comm. & quod hoc pactum valeat reſpectu bonorum particularium, tradūt Deci. in conſ. 225. poſt num. 4. ver. primus eſt, Gozad. in conſ. 87. nu. 17. Alex. in conſil. 83. num. 6. lib. 2. & ibi additio lit. A. plura cumulat, & eadem additio in conſ. Alex. 28. lib. 3. num. 11. lit. A. additio ad deciſ. Tholoſ. 452. Burſat. in conſ. 136. vol. 2. Puteus in deciſ. 113. lib. 2. & an pactum de futura ſucceſſione valeat in feudis vide Andr. de Iſern. in c. 1. nu. 13. qui ſucceſſ. tenea. Boer. in dec. 204. num. 6. Afflict. in deciſ. 292. & ibi Vrſill. & ego addidi ſupra in conſ. 57. ad nu. 1. & nota quod pactum de hæreditate viuentis neque iuramento firmatur, Bart. in l. ſi quis pro eo num. 6. ff. de fideiuſſ. Dec. in l. pactum quod dotali nu. 1. 2. & ſeqq. (licet ipſe contrarium ibi videatur tenere) C. de pactis, & in conſ. 516. nu. 2. 5. & ſeqq. Alex. in conſil. 28. vol. 3. & apoſtill. ad Andr. in d. cap. 1. qui ſucceſſ. tenea. nu. 13. lit. A. & dixi etiā in alleg. add. conſ. 57. ad nu. 1. in fin.

Ad nu. 96. adde quod ſpes fideicommiſſi conditionalis ad hæredes tranſmittitur Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 127. ff. ad trebell. Ruin. in conſ. 145. n. 3. & 6. vol. 2. Phanut. in tract. de inuētario par. 6. à num. 76. & num. 88. declarat text. in d. l. ſpem C. de donat. ſuper quo fundatur hæc opinio, & nota quod donari poteſt ſpes fideicommiſſi conditionalis, & ceſſat ius accreſcēdi Fulgoſ. in conſ. 101. incip. teſtator, & quando ius de futuro poſſit in præſenti exerceri, ſi datur dilatio à lege, vel ab homine, Afflict. in deciſ. 279. vbi Vrſill. plura cumulat.

Ad num. 108. quod l. fin. C. de pact. limitetur in magnatibus, Comitibus, & Baronibus, adde Roman. in conſ. 43. vbi Mandoſ. l. g. multa congerit, & D. Patruum ſupra in d. conſ. 57. num. 16. vbi nonnulla ego addidi, & ad declarationē, & limitationem d. l. fin. vide Tobiam Nonium in conſ. 43. per totum, Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 20. per tot. & Riccium. in collect. deciſ. collect. 1043. par. 4. fol. 151.

Ad nu. 111. adde quod licet pactum de futura ſucceſſione non validetur iuramento vt ſupra, tamen id non procedit in pacto de non ſuccedendo, quia validatur iuramento, Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta nu. 4. ff. de verbor. obligat. & Dec. in conſ. 31. nu. 4. ſed contrarium tenuit Gozad. in conſ. 97. nu. 13. & nota etiam, quod pactum de hæreditate conſeruanda eſt permiſſum, vt tradit Franc. Marc. in deciſ. 136. nu. 1. & 3.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Triplex actus occultatio in iure permittitur.*

2 *Onus ſoluendi adobam ineſt contractui, cum ſit onus reale ipſius feudi & nu. 6.*

3 *Adoba ſoluenda eſt à poſſeſſore feudi.*

4 *Pactum de ſoluendo adobam eſt pars pretij.*

5 *Quod procedit in pacto de retrouēdendo, illud idem procedit in omnibus pactis, ex quibus tollitur onus debitum ſuper aliqua re.*

7 *Quando pactū contractui maxime ineſt, & venditor, ſiue vnus ex contrahentibus ceſſat à dicto pacto, licitum eſt à contractu recedere, qui ex hoc reſcinditur.*

8 *Ex indiuiduo voluntatis contractus ipſe reſoluitur.*

9 *Regia Camera quando in contractibus feudalibus inuenit appoſitum pactum ſoluendi adobam à vēditore, & introitus ſine adoba eſſent ad rationem ducatorum decem pro centenario, vltra ſolutionem adobæ iudicat ipſos contra-* *ctus*

ctus non tenere, vel illos moderandos esse, & qua ratione.

10 *Introitus quando transcendunt decimam partem non tenent.*

11 *Liquidatio veri pretij non potest fieri nisi habito respectu ad onera solutioni adiecta.*

CONSILIVM LXXXIII.

Onus soluendi adoham est onus reale ipsius feudi, & propterea soluenda est à possessore feudi, & quod procedit in pacto de retrouendendo, procedit in omnibus pactis, ex quibus tollitur onus debitum super aliqua re.

IN quæstione proposita si liquidatio releuij, quæ fit deducta adoha soluta in anno, quo feudatarius moritur, ac deductis omnibus feudi oneribus, dum ad præsens reperiantur alienati feudales annui introitus ascendentes ad sũmam duc. decem mille, pro pretio duc. centum viginti mille, ad rationem octo pro centenario, franchi ab omni onere, & signanter exempti ab onere soluendi adoham, quam soluere promisit venditor, fieri debeat pro dictis introitibus alienatis ad dictam rationem duc. octo pro quolibet centenario, vel ad rationẽ duc. nouem, & vnius tertiæ, vt venirent attenta computatione adohæ soluendæ ab ipso venditore.

Et tuendo partem affirmatiuam, quod oneris deductio facienda sit etiam incluso onere soluendi adoham, & sic ad rationem duc. nouem, pro quolibet centenario, & non ad rationem ducat. octo, fundatur ex infra dicendis.

Primo quia tantũ esset si præfati contrahentes contraxissent ad rationem ducatorũ nouem, & vnius tertiæ pro quolibet centenario, & quod adoha soluerentur ab ipso empore, quantũ est ad rationem duc. octo pro quolibet centenario, & quod adoha soluatur ab ipso venditore, & hoc patet ad sensum, & nullam congruam habet respõsionem, id quod probari potest, vel quia dum præfatus venditor adoham prædictam soluere promisit, stante quod emptor emit illos annuos introitus censeatur illa pecunia pro adoha soluenda ipsi venditori per emptorem tradita, & per ipsum venditorem fisco soluta, & consequenter persona emptoris occultaretur, iuxta text. in l. singularia cum ibi notatis ff. si cert. petatur, vel quia dum solutio adohæ prędictæ fit ab ipso venditore censeatur facta ab ipso emptore, qui licet dictos annuos introitus censeretur emisse ad dictam rationem duc. nouem, & vnius tertiæ pro quolibet centenario, ad quam summam ascenderent introitus, si ipse soluisset adoham, attamen fingitur ipsi vẽditori retradidisse tot annuos introitus vt supra tradendos vsque ad dictam summam ducat. nouem & de ipsis annuis introitibus, vt supra remissis venditor ipse nomine ipsius emptoris cẽseatur prænarratam adoham fisco soluere, & consequenter prædicti annui introitus pro adohæ solutione censeantur per prius ab ipso venditore dicto emptori traditi, & de ipso emptore reuersi in dictum venditorem, vt de illis prædictam adoham nomine ipsius emptoris soluere 1 ret, quæ quidem triplex actus occultatio in iure permittitur, ad text. notandũ in l. licet §. quoties, vbi glos. in ver. darũ, Bart. & alij ff. de iure dotium, & proinde quomodocumque actus occultatio consideretur semper hoc onus soluendi adoham inest contractui, & pars illius esse censetur, & contrahentium voluntas præsumitur fuisse, voluisse stipulari pro dicta summa ad rationem ducat. nouem, & vnius tertiæ pro quolibet cẽtenario, & consequenter attento hoc onere facienda est deductio releuij.

Secundo confirmatur prædictum assumptum, quod onus soluendi adoham, 2 inest contractui, cum sit onus reale ipsius feudi, iuxta not. per Afflict. in decis. 252. vbi omnes Capyc. in sua feud. inuest. in ver. feuda adohant fol. 27. & ea 3 de causa soluenda est à possessore feudi,

vt

vt post alios scripsit Alex.in cons.4.nu. 1. & 7. vol. 5. & nouissimè Præs. de Franch.decis.121.nu.3. & 4.cum vulg. dum ergo contractui inest, ergo illius pars esse videtur.& consequenter actenta dicta adoha contrahentes præsumuntur contraxisse ad dictam rationem ducatorũ nouem, & vnius tertiæ pro quolibet cẽtenario, & proinde actento hoc calculo deductio onerum pro liquidando releuio est actendenda.

Eo impensius confirmantur prædicta,
4 quia pactum prædictum de soluendo adoham est pars pretij dictorum annuorum introituum, vt patet, & etiam quia per dictum pactum, onus prædictum soluendi adohã tollitur à dictis annuis introitibus, ad text.in l.fundi partem, vbi glos.in ver.vendidisti ff. de contrah. empt.l.si fundum,& l.si à te C.de pact. inter empt.& vendit. Loffre.in cons.52. nu.29.Præs.de Franch.in decis.17.nu.5. & decis.95.num.3. & licet loquantur in
5 pacto de retrouendendo,tamen hoc idẽ procedit in omnibus pactis, ex quibus tollitur onus debitum super aliqua re, vt hic, ad text. in l. si venditor §.si quid emptor.ff.de seruis. expectand. Bald. in cons.31.vol.1. Tiraquell.in tract. de vtroq; retract.in tit.de retract.conuent. in præfat.num.22. latè Couar.lib.3.variar.resolut. cap.10.nu.1.Petr.Foller.in tract.de contract.censuar.cap.4.nu.22. inserto in 6.tomo tract. 2.par. fol.150. dum enim pactum prædictum est pars
6 pretij, ergo ipsi contractui sicut reliquæ pretij partes inest, & proinde deductio prædicta facienda est actenta hac adoha soluenda à venditore. Immo asseueratur, qđ dum prædictus emptor actenta hac oneris deductione contraxit ad dictam summam ducat.octo pro quolibet centenario, sine cuius pacti appositio-
7 ne sequitur,quod taliter cõtractui inest, quod si venditor cessasset à solutione dictæ adohæ, ipsi emptori esset licitum ex hoc ipso à contractu recedere,qui ex hoc rescinderetur,ad tex.ad hoc singul. in l.cum te C.de pact.inter empt.& venditum alijs relatis per D. de Pont.in cons.10.nu.8.& seq. confirmatur ratione, quia hoc pactum videtur correspectiuum, quia hac de causa emptor contentus fuit emere dictos annuos introitus ad rationem prædictam ducat. octo pro centenario, quia præfatus venditor ex alio pacto promisit illos exemptos facere ab omni onere seruitutum, & signanter pro eis adoham soluere.& consequenter sine hoc pacto aliter emptor nõ contraxisset, ex quo fit, quod si venditor prædictam adoham non solueret
8 ex indiuiduo voluntatis contractus ipse resolueretur, iuxta doct.Bart.in l.grecæ §.illud ff.de fideiuss.post alios Reg.de Pont.in d.cons.10.nu.11.

Vltimo corroborantur prædicta,quia
9 dum Regia Camera quando in contractibus feudalibus inuenit apposita hæc pacta soluendi adoham à venditore, & introitus sine adoha essent ad rationem ducat.decem pro centenario,vltra solutionem adohæ, tales contractus in dies iudicat non tenere, vel illos moderandos esse, non est alia ratione, nisi quia actentis prædictis pactis introitus tran-
10 scenderent decimam partem contra Bullam Papæ Nicolai Quinti, insertam in pragmatica vnica de censib. fol. mihi in nouis 46.col.4.& consequenter tantum esset, si contrahentes contraxissent ad rationem duodecim pro centenario, & quod ipse solueret adoham, quantũ est si contractum fecerunt ad rationem decem pro centenario, & quod pecunia adohæ solui debeat ab ipso venditore, & ideo hoc in casu pactum prædictum nullius est momenti actenta dicta ratione, vt explicat Nauarr.in commentario de vsuris num.132.Syluest.in ver.vsura el secundo quæst.15.Angel.in eodem verbo, ergo dum in casu nostro pactum prænarratum est infra summam censetur de iure validum, vt docet Nauarr. loco citato,& proinde dum est pars pretij,ac inest ipsi contractui vt supra fundauimus,sequitur deductionem oneris prædicti pro liquidando releuio faciendam esse ad rationem duc. nouem, & vnius tertij inclusa dicta adoha, & non ad rationem

tionem

tionem ducatorum octo seclusa adoha, eo magis quia ista deductio oneris non inspicit tertium possessorem, sed inspicit ipsum feudatarium, cuius contẽplatione facienda est onerum deductio, ergo dum inspecta ipsius persona, onus prædictorum annuorum introituum inclusa dicta adoha, venit ad prædictam rationem duc. nouem, & vnius tertiæ, ergo hoc computo inspecto facienda
11 est deductio oneris, cum liquidatio veri pretij non possit fieri, nisi habito respectu ad onera solutioni adiecta, vt post alios scripsit Foller. loco citato d.cap.4. nu.22. fol.154. & ita respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num.2. adde Rouit. in prag.1. de fide memor. num.51. & quid sit adoha, siue adohamẽtum, idem Rouit. in prag. 19. num.12. & seqq. de offic. proc. Cæs. & Reg. Carol. Tap. in pragm.18. eod. tit. fol. mihi 208. lib.2. iur. Reg. Neap. vbi etiam tradit, quid sit releuiũ, & adoha non soluitur de vita militia, & ita decisum Præs. de Franc. in decis.20. nu.11. Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit.7. §.4. num.30. & in materia adohæ vide nouissimè Thorum in comp. decis. Reg. Neap. in ver. adoha fol. mihi 17. & à ter. qui plures decisiones cumulat, & quo ad releuium nota quod non soluitur quando fit refutatio alicuius feudi, sed limitatur hoc quando refutatio fit à patre filio omnium feudorũ, quia præsumitur facta in fraudem, sed tunc filius soluet illud tempore mortis patris, & non tempore contractus refutationis, ita ex pluribus hoc fundat, licet contra Andr. D. de Pont. in d. tract. tit.8. §.4. num.2. cum seqq. & nu.16. tradit quod si refutatio fiat contemplatione matrimonij, licet sit omnium feudorum, tunc non soluitur releuium, quia cessat fraus, & ita refert decisum, ad quod vide etiã Capyc. in decis.85. & in hac materia releuij vide not. alleg. Io. Vinc. de Ann. 95. Rouit. in prag.2. de offic. proc. Cæs. Ricc. in collect. dec. collect.585. par.3. collect. 1337. par.4. collect.1627. par.5. & collect.2041. ead. par. & Thor. in d. comp. in ver. releuium fol.451. & à ter. plures decisiones more solito colligentem.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium dicitur relatiuum ad alia originalia, quæ Rex dicit vidisse.*
2 *Relatum est in referente.*
3 *Possessio priuilegium dubium declarat.*
4 *Concesso castro in feudum concessa videtur omnis iurisdictio.*
5 *In Concessione iurisdictionis, & maxime ipsius prouentuum conceditur potestas creandi Magistrum actorum, etiam si non diceretur, & ita decisum nu.12. ac etiã tunc est concessa iurisdictio creandi Iudices ad iustitiam faciendam nu. 8. & nu.11.*
6 *Potestas creandi Magistrum actorum est effectus iurisdictionis, & imperij, & in consequentiam concessionis iurisdictionis, & imperij, venit in exercitiũ, & administrationem.*
7 *Eo ipso quod Dominus constituit seruo peculium videtur eidem concessisse facultatem constituendi vicarium ad peculij administrationem.*
9 *Superfluum est in priuilegijs exprimere Magistros actorum, cum tacitè comprehendantur.*
10 *Concesso aliquo conceduntur omnia præcedentia, & sequentia sine quibus illud aliter fieri non potest, & per quæ deuenitur ad illud vtiliter, & effectualiter.*
12 *Plures decisiones Regiæ Cameræ Summariæ afferuntur similes huic casui.*
13 *Baiulatio aliquando continet iurisdictionem mere ciuilem, cum exactione penarũ à contrauenientibus respectu precti banni accusationis obligationum, & similium, aliquando ius fide, & diffide vt nu.15.*
14 *Prouentus licet non nominentur, tamen veniunt in concessione iurisdictionis, cũ sint fructus iurisdictionis.*
16 *Pasqua herbagia, & alia similia, ex vetusta*

iusta Regni consuetudine, & ex communi forma priuilegiorum sunt Baronis.

17 *Baroni concessum est pœnali iudicio suam defendere iurisdictionem.*

18 *Sub iurisdictione omnimoda concessa, includitur ius diffide.*

19 *Exactio pœnarum est de ipsa iurisdictione.*

CONSILIVM LXXXIV.

Pro Illustriss. Principe Bisiniani, contra Regium Fiscum. Relatũ an insit in referente, & an concessa iurisdictione, seu officio aliquo videatur concessa potestas creandi Magistros actorum, & alios administratores, etiam quod in priuilegio expresse non dicatur.

IN causa Regij fisci, cum Illustr. D. Principe Bisiniani super ostensione tituli officij Magistri actorum Terræ Nouæ, & Baiulationis Terræ Malueti, vt feudalium postpositis scripturis assensuum Regiorum, ex aduerso per fiscum præsentatorum, quæ non fundãt venditionem, & concessionem eorundem, asseritur Illust. Principẽ esse absoluendum, ex exhibitione facta priuilegij sui status, & præcisè dictarum terrarum Terrenouæ, & Malueti, concessi per Serenissimum Regem Federicum in anno 1496.

Et licet ex lectura dicti priuilegij non ita clare id colligatur, cum deficiant verba expressa *cum Bancho Iustitiæ, & Baiulationibus* tamen rogo Iudicantes quod ponderent, & aduertant, qđ præfatum priuilegium Regis Federici vt supra exhibitum non est originarium cõcessionum dictarum terrarum, & status, sed est confirmatoriũ primeuorũ priuilegiorũ, quę Illustrissimi Hieronymus, & Bernardinus Principes de Sancto Seuerino certo modo ammiserant prætextu turbulentiarum, & reuolutionum illius temporis, adque postea ex causa boni publici, Rex Federicus Principem Bernardinum restituit, eaq; confirmauit, vtens his verbis *Iuxta tenorem, & formam prædictorum priuilegiorum, & capitulorum, quæ quidem priuilegia vidimus, & inspeximus quorum tenores licet præsentibus non exprimantur, aut inserantur haberi tamen volumus pro expressis &c.* & inferius *volumusque quod nullo alio ostenso priuilegio tantum præsentis &c.* cumque prædictum priui-
1 legium sit relatiuum ad alia originalia, quæ Rex dicit vidisse, iuxta text. in cap. cum olim il primo, extra de priuileg. Cumia conf. 101. & Barbat. consi. 37. credendum est dicta priuilegia originaria expressè comprehendisse officium Magistri Actorum, & Baiulationem prædictam ex huiusmodi ipsorum solita, & antiqua consuetudine, & stilo Regiæ Cancellariæ, & Regiorum Priuilegiorum, & successiue præsens Priuilegium similiter
2 illa continere, ex regula relatum inest in referente l. asse toto cum simil. ff. de hæred. instit. id etiam clarũ redditur quandoquidem appareat Illustr. Dominum Principem, & suos omnes Illustr. Prædecessores in omnibus suis terris, & statu prædicto possedisse, & possidere officia Magistri actorum, & Baiulationes
3 possessio hæc priuilegium hoc forsan dubium declarat text. in cap. cum dilectus de consuet. in cap. 1. §. si fidelis de controu. inuest. in cap. cum venissent extra de institut. & Frecc. in tract. de subfeud. in 46. authorit. nu. 11. ver. sicut ex possessione declaratur priuilegium fol. 234. à ter.

Præterea ad fundandum quod Priuilegium huiusmodi Regis Federici sufficiat pro victoria Illustr. Domini Principis, adducuntur primo pro officio Magistri actorum illa verba *ordinandi Magistratus, Præsides, Iustitiarios, Commissarios, Locumtenentes, Assessores, & Magistros actorum creandi, & ordinandi in dictis terris, & locis & vnaquaque ipsarũ &c. iunctis alijs verbis, & placebit cum fructibus prouentibus, iuraq; emolumenta, et cõmoditates ipse Princeps eiusq; hare-*

hæredes, & successores proprijs comoditatibus applicare, & inferius *immo omnia emolumenta fructus iura redditus prouentus, prouenientes, & prouenientia, ex quauis causa à quibusuis locis, & personis sint, & esse debeant ipsius Principis*, nonne videtur clare fundata intentio Domini Principis, & extentio, quo ad officium prædictum per præfatum priuilegium, ex dictis verbis. secundò pondero ex prælibato priuilegio concessam fuisse etiam de nouo omnem, & omnimodam iurisdictionem *ibi iuribus, & pertinentijs omnibus*, iterum *ac non solum cum mero mistoque imperio, & gladij potestate, ac cognitione causarum primarum, primarum, & secundarum appellationum ciuilium, criminalium, & mistarum omnique alia iurisdictione, & prærogatiua, prout habentis in possess. prædictorum fuit, & est in præsentiarum, & nobis constitit, euidenter, & vt in priuilegijs eiusdem Principis, & suorum antecessorum latius, & seriosius vidimus contineri*, & iterum inferius *pro quibusuis causis ciuilibus, criminalibus, siue mistis, feudalibus, & alijs prædictis, non nisi in dicti Principis*, & inferius *reseruantes tantummodo nobis in hoc Regno tertiam appellationem tantum, & cognitionem criminis lesæ Maiestatis in primo capite*, & nihil aliud nec de alijs causis, seu criminibus sibi reseruans cum clausula abdicatiua, & decreti irritantis.

Ex quibus verbis dicti priuilegij sic adductis, quis dubitat colligi concessionem Regiam in terris prædictis in beneficium Principis iurisdictionis omnimodæ, id quod colligitur etiam ex dispositione iuris communis, nam concesso
4 castro in feudum concessa videtur omnis iurisdictio, ad tradita per Bart. per illum text. in l.1. §.cum vrbem num.5. & 9. ff. de officio præfecti Vrbis, vbi ita dicit tenere Cin. Din. & Gui. argumento text. in l.final. ff. de constitut. Princip. & latissimè Capyc. in inuestit. feud. in cap. feudorum accessoria in ver. concesso castro fol. 13. à ter. addo glos. singularem in clementin. 1. ver. cum omnimoda iurisdictione de foro competenti, hoc facto fundamento quis du-
5 bitabit in concessione iurisdictionis, & maxime ipsius prouentuum, iunctim vt supra concedi potestatem creandi Magistrum Actorum, cum ipsius consequenti prouentuum consequutione etiam si non diceretur, optime glos. Pari. in §. 1. glos. 5. numer. 57. & 58. quæ tradi-
6 dit potestatem hanc esse effectum iurisdictionis, & imperij, & in consequentiam concessionis iurisdictionis, ac imperij venire potestatem hanc in exercitium, & administrationem iurisdictionis, & imperij, pro quo etiam pondero text. in l. diffinitio ff. de pecul. & in l. peculium §. final. eodem titulo, ex quibus colligitur, quod eo ipso quod Domi-
7 nus constituit seruo peculium, videtur eidem concessisse facultatem constituendi vicarium ad peculij administrationem, ad idem Andr. in rubr. quæ sint regal. numer. 5. & in cap. 1. §. scriba 2. colum. in fine de prohib. feud. alien. per Federic. in cap. 1. §. Iudices verò 2. colum. de pace iurament. firm. & in constitut. Regni quæ incipit in locis demanij, vbi Afflict. in 5. not. numer. 7. qui etiam tenent concessam etiam iuris-
8 dictionem creandi Iudices ad iustitiam faciendam, quod sectatur Afflict. in constitut. dilationis 6. notab. num. 28. & Luc. in l. contra publicam colum. 5. ver. sed pone de re milit. lib. 12. C Fely. optime, & latissime in cap. præterea num. 4. de offic. deleg. Henric. Broy in cap. cum p. tabellio, vbi Bald. num. 8. optime extra de fide instrum. & Capyc. in dict. inuestitura feud. ver. Magistros actorum fol. 128. à ter. dicit esse su-
9 perfluum, exprimere Magistros actorum in priuilegijs cum tacitè comprehendant verba illa vt supra, ex relatis per Bald. in l. non enim aliter circa medium ff. de adoption. ratio autem à præ-
10 dictis redditur, quia concesso aliquo conceduntur omnia præcedentia, & sequen-

quentia sine quibus illud aliter fieri nō potest; & per quæ deuenitur ad illud vtiliter, & effectualiter, vt ibi per eos copiose, & precisè per Felyn. & glos. Parisiens. vbi supra, & Felyn. ibi-
11 dem loquitur in potestate constituendi officiales, seu potestatem, quod est maius, & ita audio eandem Regiam Came-
12 ram bis iudicasse in causa Regij Fisci, cum Consulibus artis Serici, & in causa Marcelli Pignoni, cum Ecclesia Montis Casini domina terræ Sancti Germani, quorum Consulum, & Ecclesiæ priuilegia sunt strictissima, & non ita ampla qualia Iudicantes vident hoc præsens Federici exibitum priuilegium.

Quod vero attinet ad baiulationem præfatam aduertant Iudicantes aut iudi-
13 cabunt baiulationem hanc vt continentem iurisdictionem mere ciuilem cum exactione pœnarum à contraueniētibus respectu spreti banni; accusationis obligationum, & similium, prout considerat constitutio Regni baiuli locorum, item alia quæ incipit ad officium baiulorum, vbi Andr. & Afflict. ac etiam Capyc. in inuestit. feud. in ver. baiulatione fol. 126. à ter. & tunc intentio Domini Principis est fundata; ex supradictis id est, ex concessione omnimodè ciuilis iurisdictionis, & ipsorum prouentuū, & emolumentorum omnium, vltra
14 quod prouentus præfati, & si non nominati essent, prout nominati vt supra inspiciuntur venirent, idque cum sint fructus iurisdictionis, ex his quæ tradidit Bart. in l. final. ff. soluto matrimonio, Bald. in l. 1. C. de fruct. & liti. expen. & Iacob. in inuestit. in ver. Marchio 2. colum. & in cap. de Roidis 3. colum. quos omnes refert, & sectatur Capyc. in inuestit. prædicta in ver. cum multarum, & pœnarum, vsque ad ver. pœnæ autem seu mulctæ fol. 126. à ter. & 127. vbi dicit id procedere de consueto, & communi stilo priuilegiorum, & illas competere Baroni, ergo vltra prædicta est dicēdum id expressum in priuilegijs originarijs, & successiuè includi in præsenti priuilegio exibito vt supra, & ad hoc ponderetur constitutio prædicta ad officium baiulorum, aut respectu exactio-
15 nis fidæ, & diffidæ, & tunc idem, & aduertendum est quod licet in præsenti priuilegio non fiat mentio iuris fidæ, & diffidæ tamen est dicendum priuilegia illa originaria ea compræhendisse in
16 specie, cum pascua, herbagia, & alia similia, ex vetusta Regni consuetudine, & ex communi forma priuilegiorum sint ipsius Baronis, ex traditis per Lucam in l. quicunque defun. limitro. lib. 11. C. Freccia in tractatu subfeud. in dicta 46. auth. latissimè, & Capyc. in dict. inuestit. ver. planis pascquis nemoribus, & herbabijs fol. 104. à ter. & ius diffidæ ex his non habet difficultatem, quandoquidem de iure inspicitur Ba-
17 roni cōcessum esse pœnali iudicio suam defendere iurisdictionem, ex regula legis primæ si quis ius dicenti non obtem. & tradidit Luc. in l. insignis de pasc. pub. lib. 11. C. latissime Freccia in dict. 46. auth. in 1. colum. vers. hoc edictum Baronis fol. 232. à ter. & Capyc. in inuestit. in ver. fidis fol. 105. cumque vt supra fundatum sit iurisdi-
18 ctionem omnimodam principi fuisse concessam, ergo sub ea includitur ius diffidæ, tum quia pœna est fructus iurisdictionis vt supra, tum etiam quia
19 exactio pœnarum est de ipsa iurisdictione, prout singulariter scriptum reliquit Innocentius in cap. cum accessissent extra de constitutionibus, ex quibus omnibus sic ponderatis & dilucidatis nulli iudicantium ambiguum erit Dominum Principem ab impetitis per Regium Fiscum esse absoluendum, & ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu.4.9 concesso castro, concessa videatur omnis iurisdictio, ac merum & mistum imperiũ, adde Bart.in l.si quando la prima, C.de bon.vacant. lib.10. à num.6. vsque ad finem, Bal. in l.cum multa C.de bon.quæ liber. Couar.practicar.quæst.cap.1. nu.10. Suarez in alleg.7.Oldrad.in cons.252. Roman.in cons.444.Parisi.cons.9.nu.16. & seqq. lib.1.Felyn.in cap.quod sedes de offic. ordin. & Rouit. in prag.2. de iurisdict. inuic. non turban.nu.101. & 104.sed si iurisdictio erat acquisita personæ non venit cum castro, Camer. in c. imperialẽ fol.301.in paruis.

Ad nu.14.quod prouentus sint fructus iurisdictionis, adde Andr.de Isern. in cap.1. §.si vero violator pacis nu. 12. de pace tenenda,& prouentus sunt domini,cuius est iurisdictio, Paris de Put. de reintegr.feud.cap.incip. quidam Baro partem feudi num.8. fol. 112. à ter. & banna.& pœnæ sunt in fructu,& ideò gabelloti eas penas lucrantur,Bal.in l.1. num.16.col.2. C.de fruct. & lit.expen. sed appellatione obuentionum non veniunt pœnæ, aut feudalia, Oldrad. in cons. 148. & fructus confiscationis, & iurisdictionis cuius sint,latè Tiraq. de retract.§.5.glos.4.lib.2.à num.21.glos. in constit.post mortem ver. condemnationes,Paris de sindic.in ver.prouentus, Molin.de primog.Hispan.lib.1.cap.25. nu.20.cum seqq.& lib.3.cap.11.nu.19. cum seqq.

Paul.Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris substitutio est testamentum filij.*

2 *An substitutus pupillariter excludat aliũ filium à dimidia bonorum paternorum ad eum peruentorum vigore consuetudinis Neapolitanæ & si testator,& qd in bonis maternis nu.3.*

4 *Portio consuetudinis nõ debetur titulo hereditario,& doctrina Minad.& Præs. de Franch.declaratur.nu.6.& 8.*

5 *Portio consuetudinis debetur ex pacto Ciuium,& æquiparatur legitima, ac tertia debita iure naturæ, quæ non competit iure hereditario, & vt heres nec conuenitur à creditoribus, sed vniuersalis heres institutus.*

7 *Pupillaris expressa includit etiã legitimã.*

9 *Successor etiam dicitur qui ex contractu succedit.*

10 *Potest esse titulus, seu subiectum vniuersale, & tñ cessat qualitas hereditaria.*

11 *Portio consuetudinis transmittitur, licet non sit adita hereditas.*

12 *Fructus quantitatis debentur à die mortis, & quid si testator apposuerit certũ tempus.*

13 *Legatis omnibus mobilibus domus veniunt venalia, ac etiam venit argentum,aurũ,pecunia,& animalia nu.14.*

15 *Mater quid possit disponere vigore consuetudinis si qua moriens, stantibus filijs,& consuetudo si aliquis moriens,an procedat in fœmina decedente cum filijs num.16.*

17 *Quando datio insolutum fuit facta in fundum dotis augmentum temporis, & incrementum cui cedat.*

18 *Vxor potest disponere de eo quod fuerit sibi donatũ à viro relicta filijs legitima.*

19 *Ius agnationis quo ad successionem extẽditur vsque ad decimum gradũ, vltra autẽ non est legitimus hæres, quia tunc succedit vnde vir & vxor, qui nõ sunt de agnatis,& idẽ in cognatis & nu.21.*

20 *Ius commune tantum artat matrem ad relinquendum filio legitimam.*

CONSILIVM LXXXV.

In causa Portiæ Capycia,& aliorum. Substitutus pupillariter an excludat alium filium à dimidia bonorum paternorũ ad eum peruentorum vigore consuetudinis Neapolitanæ & si testator,& quid in bonis maternis, & portio consuetudinis nõ debetur titulo hereditario,sed debetur ex pacto Ciuium, & æquiparatur legitima, & mater quid possit disponere vigore consuetudinis si qua moriens.

AD primum dubium nascentem ex testamento
Virgilij, si in bonis Riccardi spectet aliqua portio ad maximum, respondetur quod non obstante pupillari substitutione, quæ est te-
1 stamentarium filij, vt in §. igitur cum concord. instit. de pupill. substit. maximus
habebit partem in dimidia bonorum paternorum peruentorũ ad Riccardum vi-
2 gore cõsuetudinis, & si testator, nec Fabritius substitutus potuit excludere Riccardũ à dicta portione, sic scripsit Neapod. in consuet. si aliquis moriens in ver. medietatẽ nu. 18. ver. q̃ro ergo nũquid tales substituti, idemque asseuera-
3 tur respectu bonorum maternorum, si
tamen Riccardus successisset in bonis maternis sicut non successit cum prædecesserit, sic scripsit idem Neapodan. in consuetud. filius familias in ver. possunt nu. 7. vers. sed quid si isti filij familias in tit. de filijs iam nolent. testari.

Ad secundum dubium comprehensum in dicto primo dubio, si maximus ex persona Riccardi potest dicere volo legitimam nõ portionem legatam, & sic illarũ dimidiam respondetur quod non, & ratio est quia Riccardus hoc non dixisset vti non grauatus respectu substitutionis in sui beneficium factæ in bonis Fabritij primogeniti moriẽtis sine filijs.
4 Secundo quia hæc portio consuetudinis nõ debetur titulo hæreditario Castrens. in cons. 441. 1. vol. & Crau. de antiquit. temp. 4. par. nu. 141. cum seq. quodque hoc sit verum legatur Neapodan. in consuet. & si testator in vers. disponere nu. 5. qui testatur hanc portio-
5 nem deberi ex pacto Ciuium, quinimo illam equiparat legitimæ, ac tertiæ debitæ iure naturæ, quæ non competit iure hæreditario, & vt hæres nec conuenitur à creditoribus, sed vniuersalis hæres institutus, l. Papinianus §. quarta, vbi Castrens. & Cagnol. nu. 12. ff. de inoff. test. si hæc propositio est vera vtique non poterit maximus reuocare institutionẽ prædictam, sed aduertendum est, quod
6 Præs. de Franch. in decis. 89. nu. 2. dicit portionem hanc spectare cum qualitate hæreditaria, cui conformis est, Minad. in constit. Regni in aliquibus 4. not. nu. 15. & 16. si ergo iure hæreditario, ergo potest petere supplementum, & reuocare particularem institutionem . . . . . .
7 pupillaris expressa includit & legitimã, l. Papinianus §. 1. ff. de inoff. testam. c. cũ pater de testam. in 6. Surd. latissimè in dec. 273. n. 3. sed aduertendũ est, 9 do-
8 ctrina Minadois super qua se fundat, Præs. de Franch. fundatur super dicto Neapod. in consuet. si quis, vel si qua in ver. à matre, & in verb. materna, & in alijs locis, in quibus nõ dicit deferri iure hæreditario, sed iure successionis, quo casu non infertur ergo vti hæres, quia
9 successor etiam dicitur, qui ex contractu succedit Roland. à Vall. cons. 24. nu. 13. 1. vol. & Camer. in cap. Imperialem fol. 29. lit. G. de prohib. feud. alien. per Feder. igitur cum succedat conditione ex consuetudine non per hoc dicitur iure hæreditario, tanto magis quia potest
10 esse titul. seu subiectum vniuersale, & tamen cessat qualitas hæreditaria, ex dictis per Bald. in l. 2. sub nu. 24. C. de hæredit. action. eo impensius cum sint supradicti Doctores testantes non iure hæreditario spectare, hæc portio trans-
11 mittitur, licet nõ sit adita hæreditas per Riccardum, vt scripsit Neapod. in consuet. si quis, vel si qua nu. 246. vbi alia sua loca refert.

Quo ad secundum dubium respon-
12 detur deberi fructus huius quantitatis à die mortis simpliciter de iure, ex glos. in l. in fideicõmissariam, vbi Ripa nu. 47. ff. ad trebell. Præs. de Franch. dec. 16. nu. 13. Boer. decis. 3. vbi allegat concordantes, sed quia testator iussit debere solui anno. 18. id gratia hæredis Fabritij non debentur illius quantitatis vti legatæ, ex regula text. in l. si ita scriptum §. pegasus ff. de leg. 1. sed si petitio noua legitime Riccardi procedet debentur fructus maximo à die mortis Riccardi, quo tempore defertur maximo hæreditas vigore consuetudinis.

Quo ad testamentum Fabritij respe-
13 ctu legati omnium mobilium domus si veniant venalia, Respondetur quod Afflict. in decis. 106. nu. 5. & 6. dicit fuisse iudicatum per Sacrum Consilium, & confirmatum in Auditorio Regis, ad quem fuit reclamatum venire etiam venalia, & loquitur in testatore Petro Montalto diuite, insuper legatur Vrsill. ibi nu. 11. & 12. vsque in finem, vbi fun-
14 dat venire aurum, argentum, pecuniã, animalia, & omnia alia.

Quo vero ad testamentũ Portiæ Capyciæ. Primum dubium est, an possit subsistere dispositio Portiæ excludentis filiam Fabritij. & sic neptem, & maximè à consequutione duc. 13000. legatorũ per Fabritium Portiæ, cui dubio respõdetur Portiam habuisse bona triplicis generis dotalia, extra dotem obuenta à filio, & sic ab agnato, & per ipsam quæsita aliter, respectu duplicis generis bo-
15 norum primorum dicit consuetudo si qua moriens, quod non potest disponere nisi de decima parte reliq; nouẽ spectant ad filios, ac liberos respectu aliorum bonorum legitima tantum eis debetur, vt eadem consuetudo docet in fine, & nota quod licet consuetudo pre-
16 cedens si aliquis moriens disponat de bonis antiquis, & obuentis ab agnatis, & cognatis posse disponi stãtibus filijs, & liberis de dimidia, & glos. 1. in d. consuetud. dicat si quis subaudi si qua, dicta glos. non bene dicit, cum sit contra prædictam consuetudinem si qua moriens, vt eadem glos. in fine aduertit.

Quòd ad secundum dubium gabellæ Iudi, respondetur quod licet fuerit per Portiam facta datio in solutum Virgilio dictæ gabellæ pro ducatis tribus mille, attamen nõ procedit, text. in l. si extimatis cum l. seq. ff. solut. matrim. quia fuit
17 facta in fundum dotis, adeo quod aumentum temporis cessit Portiæ, & ei soluto matrimonio erat restituenda, & incrementum cedit rei, & sic doti, & quia Virgilius vir legat aumentum Portiæ, vt in eius testamento, potuit Portia de au-
18 mento disponere cum sit donatũ à marito, qui non est Portiæ nec agnatus, nec cognatus, relicta tamen legitima filijs, ad quod probandum adducitur doctrinã Neapod. in consuetud. si moriatur nu. 14. in verbo deinceps fol. 78. dum dicit
19 quod ius agnationis, quo ad successionem extenditur vsque ad decimum gradum, vltra autem non est legitimus hæres, quia vltra decimum gradum succedit vnde vir & vxor, & vir & vxor non sunt de agnatis, & idem de cognatis, ergo non est neque dos, neque obuentũ ab agnatis, & cognatis, igitur cessat consuetudo in his terminis loquẽs, igitur si hic casus est ommissus remanet in di-
20 spositione iuris, quod tantũ arctat matrem ad relinquendum filio legitimam, facit etiã text. in l. 1. C. vnde vir. & vxor
21 ibi quoties deficit omnis parentum, vel liberorum, seu propinquorum legitima, vel naturalis successio, vbi glos. in ver. naturalis, exponit naturalis ex parte matris; legitima ex parte patris, ergo si ex eis excluditur, igitur nec agnati, nec cognati sunt.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 12. quod fructus debeantur à die mortis, adde Alex. in cons. 69. nu. 3. vol. 1. & in cons. 127. nu. 3. vol. 6. quod procedit etiam si bona fide perciperentur ab hærede, Bal. in l. non est C. famil. hercisc. Boer. in decis. 3. nu. 17. Affl. in decis. 240. nu. 3. vbi latius Vrsill.

Ad nu. 17. adde Afflict. in decis. 270. & ibi Vrsil. & ad intellectum l. si extimatis ff. solut. matrim. hic allegatę post glo. ibi vide, late Couar. practicar. quæstion. c. 28. & ampliationes, ac limitationes dictæ legis, vide per Hypp. Rimin. in S. 1. num. 33. cum seqq. instit. quibus alien. licet vel non, & ibi etiam Aret. Ioseph. Ludouic. commun. conclus. q. 110.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Instantia cepta cum vno non transit in alium successorem particularem, & maxime si fuerit clericus & nu. 3.*

2 *Clericus ex priuilegio in corpore iuris clauso coram ecclesiastico Iudice conueniendus est.*

4 *Instantia cepta cum vno transit in singularem successorem ex causa necessaria secundum Bart. & an hoc sit verū & nu. 5. & de intellectu ad hoc text. in l. in iudicio ff. fam. herciscun. nu. 6.*

7 *Clericus habet suos Iudices particulares, nec etiam volens potest forum declinare.*

8 *In iudicio vbi fiscus laico succedit coram suo Iudice conuenitur, & hoc etiam in clerico.*

9 *Clericus quoties non solum habet declinatoriam fori, ex quo est Clericus, sed ex aliquo speciali priuilegio peculiarem Iudicem habet, tunc etiā in iudicio vniuersali instantia cepta cum laico, non potest in clericum continuari.*

10 *Iurisdictio in certum genus personarum est priuatiua.*

CONSILIVM LXXXVI.

Pro Magnifico & Reuerendo Clerico Abbate Cutillo. Instantia cepta cum vno, nō transit in alium successorē particularem, maxime si fuerit Clericus, & quid si ex causa necessaria, & Clericus quoties non solum habet declinatoriam fori, ex quo est Clericus, sed ex aliquo speciali priuilegio peculiarem Iudicem habet, tunc etiā in iudicio vniuersali instantia cœpta cum Laico non continuatur in eum.

FVNDAVIMVS in alijs allegationibus Ioannem Vincentium Cutillum Clericum, ad quem totum territorium, (de quo hodie vertitur controuersia) ex causa legitimè, ac sollemnis diuisionis pertinuit, omnino esse remictendum ad Iudicem ecclesiasticum non solum respectu portionis sibi competentis, sed etiam respectu portionis Ioannis Nicolai fratris sibi ex causa diuisionis obuente, nec instantia cępta cum Ioanne Nicolao laico poterit continuari in Clericum, nam vt alias fundauimus Ioannes Vincentius respectu partis Ioannis Nicolai dicitur singularis successor, & ex eo succedit regula quod in-
1 stantia cepta cum vno non transit in aliū successorem particularem, & vltra Bart. in l. si cum hominem ff. de fideiussor. & Angel. in l. tam ex contractibus ff. de iudit. & alios allegatos in alijs allegationibus, tradit Soccin. in cap. cum venerabilis nu. 74. & 78. de iudit. Bursat. in cons. 2. num. 4. Bal. nouell. in tract. de dote par. 9. priuil. 10. late Marius Anguissola cons. 1. lib. 3. & post omnes Alex. Raud. cons. 6. nu. 43. igitur si in quemlibet successorem singularem instantia cœpta cū vno non transit in singularem successorem, quanto magis idem in Clerico di-
2 cendum est, qui ex priuilegio in corpore iuris clauso coram ecclesiastico Iudice conueniendus est, glo. & Iacob. in l. hæres absens ff. de iudit. & hæc opinio
3 omni prorsus caret dubitatione, vt optime aperit Couar. pract. quęstion. c. 8. & post ipsum Afinius in sua pract. §. 2. cap. 11. & licet audio fieri difficultatem, ex tex. in l. in iuditio ff. famil. hercisc. per quem tex. Bart. ibidem, & in d. l. si cum
4 hominē, dixit quod instantia cœpta cum vno transit in singularem successorem ex causa necessaria, & ex eo inferunt ad casum nostrum, quod cum ad Ioannem Vincentium Clericum, portio Ioannis Nicolai ex diuisione pertinuit quod ad eum transire debeat instantia cępta, nam ex tribus responsionibus notum fit difficultatem non obstare.

Primo nam falsum est assumptum
5 Bartoli quod instantia cum vno cœpta transeat in singularem successorem ex causa necessaria, & licet cum Bart. aliqui DD. senserint tamen contrarium multi tenuerunt grauissimi Iuris interpretes aliter explicando text. in d. l. in iudicio inter quos vti antesignanus, allegatur

Innoc.

Innoc. in cap. quia V. de iudicijs, Andr. Sicul. in d.c. quia V. num. 52. Imol. in d.l. si cum hominem num. 5. qui latè disputat, & allegat text. in l. penult. ff. de pet. hæred. & in l. is à quo ff. de rei vend. quæ iura optimè probant hanc opinionem, Iacob. in. & Angel. in l. tam ex contractibus ff. de iudit. & post ipsos refert, & sequitur Anguissola cons. 1. nu. 8. 9. & 10. lib. 3. & post omnes doctissimus Petrus Barbos. in l. si constante §. fin. ff. sol. matr. nu. 25.

6 Nec text. in dict. l. in iudicio, probat Bartoli opinionem, sed contrariam apertissimè probat, si quidem tria decidit ille text. primum est, quod iudicio diuisionis pendente cohæredis, quilibet ex eis agere potest de iure prædij. Secundum est quod si totus fundus fuerit vni assignatus, alij cohæredes debent ei cauere de restituendo omnia, quæ ex propositis actionibus recuperata fuerint. Tertium quod decidit text. est quod si iudicio diuisionis pendente non sit actum, neque processum in causa ab aliquo ex cohæredibus, quod integra actio transit in eum, cui totus fundus adiudicatus fuit, retorquetur hic tex. contra Bartoli opinionem ponderando secundum dictum text. nam si cohæredes tenentur cauere ei, cui totus fundus assignatus fuit de restituendo omnia quæ ex propositis actionibus recuperata fuerint, ergo datur intelligi quod non is, cui totus fundus assignatus fuit iudicium prosequi debet, sed alij cohæredes ex quo ipsi cautionem præstare debent, vt dicit text. & optime probat Paul. de Castr. in l. si filiofamil. §. fin. nu. . . ff. sol. matr. ponderatur etiam tex. in tertio dicto suo, quod is cui fuit totus fundus assignatus tunc aget, quando ab alijs cohæredibus iudicium non fuisset prosequutum, ergo sequitur, quod instantia, & iudicium cœptum à cohæredibus, non transit regulariter in eum, cui totus fundus assignatur, sed tunc demum quando alij cohæredes iudicium nõ prosequuntur, & ex hijs sequitur, quod text. in d. l. in iudicio, non probat Bartoli assumptum, sed cõtrarium vt optime Anguissola tradit in d. cons. 1.

Secunda est responsio, nam dato & non concesso, quod verum esset Bar-
7 toli assumptũ tamen in clerico non procedit, ex quo suos habet Iudices particulares, nec etiam volens potest forum declinare, cap. si diligenti de foro compet. & sicut in iudicio vniuersali, siscus
8 laico succedens coram suo Iudice conuenitur l. si constante §. fin. ff. solut. matr. ita etiam & in clerico dicendum est, cum nulla diuersitatis ratio cõsiderari possit.

Tertio est responsio, nam clarum est
9 quod quoties clericus non solum habet declinatoriam fori, ex quo est clericus sed ex aliquo speciali priuilegio peculiarem Iudicem habet, tunc etiam quod essemus in iudicio vniuersali instantia cœpta cum laico, non potest in clericum cõtinuari, ita referendo Bal. & Salyc. in l. 1. C. si pend. appell. mors inter. tradit Couarr. in d. cap. 8. nu. 3. in fin. verb. verum contraria opinio vers. nam quod Bald. & Salyc. sed Ioannes Vincentius Clericus, & Regius Cappellanus ante diuisionem initam cum Ioanne Nicolao fratre non solum habet priuilegium declinatoriè fori vti Clericus, sed vti Regius Cappellanus peculiarem Iudicem Ecclesiasticum habet, taliter quod nullus alius Iudex de eo nec de eius bonis cognoscere potest, ex quo iurisdictio est in
10 certum genus personarum, & ideo priuatiua Angel. in l. testamenta omnia ff. de testam. & optime tradit Frecc. de subfeud. lib. 1. sub tit. de offic. Magni Camerarij à nu. 24. vsque ad num. 29. igitur cum Ioannes Vincentius non solum communi clericorum priuilegio nitatur, sed ex speciali priuilegio peculiarem Iudicem habet, sequitur quod instantia cœpta cum laico, cum ipso continuari non potest, sed omnino ad suum peculiarem Iudicem remictendus erit.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. & 3. adde Vrsill. in addit. ad decis. Afflict. 213. num. 2. & Molfes. in comment. ad consuet. Neapol. par. 2. in tit.

in tit. de personis quæst. 8. nu. 28. & nota quod in tantum hoc est verùm quod instantia cœpta cum laico, non transit in clericum singularem successorem, quòd etiam si clericus fuerit successor vniuersalis, puta si fuerit hæres laici, nec instantia cœpta cum defuncto in eum transibit, ita relatis hinc inde opinionibus magis communem, & veriorem probat esse hanc opinionem (quam & omnes Canonistæ, & plures Ciuilistæ maximi momenti tenent.) idem Molfes. in d. quæst. 8. à num. 1. vsque ad num. 28. & præcipuè num. 22. cum seqq. & num. 22. tradit quod vitium litigiosi in clerico non consideratur, & proinde contra eum non procedit cap. Regni conuentus; pro vt asserit fuisse decisum per Sacrũ Consilium in anno 1594. & credo quod fuit in præsenti causa, & vide supra in cons. 25. facto in hac eadem causa, & hoc adeo est verum, vt idem Molfes. tradit ibi num. 29. & seqq. quod etiam si peteretur remissio per clericum post sententiam latam contra laicum, qui pòst litem motam alienauit rem litigiosam in clericum, adhuc esset concedenda, ad quod addo punctualem decis. Præs. de Franch. ab eo non allegatam 545. par. 4.

Ad num. 9. addo eundem Molfes. in d. quæst. 8. nu. 27.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Ius pascendi Vniuersitati, & Ciuibus alicuius oppidi, vel castri pro vsu tantum competit in locis demanialibus domini illius oppidi, & non in alijs, & sic è cõuerso domino vti primo ciui, siue habitatori, idem competit licet duplicatum in locis demanialibus Vniuersitatis.*

2 *Feudum est Vniuersitas facti continens in se multa corpora quibus feudum totũ constituitur.*

3 *Demanialis res si conceditur si in assensu non fit mentio de quantitate demanij, assensus corruit.*

4 *Dohanæ, gabellæ, baiulationes stamiæ, & vineæ Curiæ, & alia quæ coluntur pro vaxallis in demanio, seu dominio Curiæ pro viuere dominorum non conceduntur alijs nisi infertilia ad partem, siue totum, & sunt illa in quibus habet Baro omne ius, & an sint demanialia.*

5 *Demanialia non sunt quæ solita sunt concedi, vel infeudari.*

6 *An demanialia sint ea in quibus aliquis habet vtile dominium.*

7 *Secatis segetibus etiam est prohibitus ingressus in termino separato à demanio.*

8 *Seruitus pascendi in territorio priuato est necesse, vt præscribatur spatio centum annorum.*

CONSILIVM LXXXVII.

Pro Francisca Gambina, seu Iulio Marra, cum Vniuersitate Cropani. Feudum est Vniuersitas facti continens multa corpora quibus feudum totum constituitur, adeo quod si demanialis res concedatur si in assensu non fit mentio de quantitate demanij assensus corruit, & ius pascendi Vniuersitati tantum competit in locis demanialibus domini, & non in alijs.

IN hac causa Franciscæ Gambinæ, seu Iulij Marræ, cum Vniuersitate Cropani, paucis agam, cum negotiũ tractetur, coram perititiſsimis Iudicibus, fundaboq; Vniuersitatem prædictã in præsenti iudicio possessorio ordinario, in quo inspiciuntur impartiti terminus ordinarius, ac termini primi, & secundi beneficij appellantem succubituram, & confirmaturum esse decretum interpositum in actorum beneficium per Magnam Curiam Vicariæ.

Præmittam tamen primo communem in iure, & in praxi regulam illam, Vniuersitati, & Ciuibus alicuius oppidi,
1 vel castri ius pascendi pro vsu tantum competere in locis demanialibus Domini illius oppidi, & non in alijs, & sic è conuerso Domino vti primo ciui, siue habitatori, idem licet duplicatum competere in locis demanialibus Vniuersitatis,

tis, iuxta copiosè tradita per Couarru. lib. vnico practicar. quæstion. capit. 37. per totum num. 1. & per Frecc. libr. 2. subfeud. in 46. auctoritate per totam, & hoc iure citra dubietatem aliquam vtimur.

2 Secundo assero feudum esse Vniuersitatem facti continens in se multa corpora, quibus feudum totum constituitur Andr. in cap. 1. §. traditionibus factis nu. 4. ver. item si esset verum, & nu. 5. quid. sit inuestit. vbi copiosa apostilla Liparoli, in ver. Vniuersitas, & in ver. vt plurimum, Camer. latissimè in cap. Imperialem fol. 38. 1. col. in princ. cum seq. quæ corpora specialiter relata inspiciuntur, per Cap. de re integ. c. 6. fol. 3. incip. aliqua sunt nu. 9. ex dispositione §. præterea ducatus, & const. Regni const. diuę memoriæ, & constit. dignum, vbi Andr. ac etiam alijs in locis, & adeo verum,

3 quod si demanialis res concedatur, si in assensu non sit mentio de quantitate demanij assensus corruit, idē Paris firmat in cap. incip. an bona demanij num. 10. fol. 116. idem Pari. in d. tract. reinregr. feud. cap. 3. incip. quoniam fol. 2. inter quæ relata, vt diuersa inspiciuntur connumerata feuda, quæ præstant fidelitatem, siue seruitium, quale inspicitur feudum hoc in iudicio deductum iuxta priuilegia obnoxium solutioni adohæ, & aliorum onerum, ac etiam bona demanialia feudi, idem Paris cap. 5. eo. fol. 2. à ter. incip. quæ bona, dicit esse

4 dohanas, gabellas, baiulationes, & stanias, & vineas Curiæ, & alia, quæ coluntur pro vaxallis in demanio, seu dominio Curiæ pro viuere dominorum, quæ non conceduntur alijs, nisi infertilia ad partem, siue totum, & sunt illa in quibus habet Baro omne ius hæc omnia tradidit, & fundauit ibidem vsque ad num. 4. num. autem 5. negatiuè loqui-

5 tur demanialia non esse, quæ solita sunt concedi, vel infeudari ex multis, & potissimum ex dispositione glos. in clem. frequens in ver. ad mensam de excessib. prælat. præterea tertio idem Paris in d. cap. 6. num. 4. negat demanialia

6 esse ea, in quibus aliquis habet vtile dominium, ex dictis Bald. in tit. de his qui feud. dar. poss. alia vero bona, & feuda, potest Baro concedere cui vult, quam differentiam ponit Paris inter hæc bona in d. cap. incip. an bona fol. 116. nu. 9. ex dispositi. constitut. hac ædictali, ex quibus omnibus clare fundatur feudū, de quo contenditur non fuisse, nec esse demaniale, sed feudum de per se, licet pro eo soluatur seruitium, & præstetur fidelitas, & proinde diuersum à bonis demanialibus.

Tertio prælibandum censui, & ex

7 prædictis inferendum hos Ciues prætendentes pro vsu, mictere animalia in feudo prædicto, tamquam priuato, prædictorum actorum habere iuris resistentiam, ex dispositione text. l. diuus Pius ff. de seruit. rustic. præd. d. l. pratum, vbi glos. ff. de verb. & rer. sign. & ex alijs adductis per Frecciam vbi supra num. 7. & per Couarru. practicar. quæstion. nu. 2. in dict. cap. 37. vbi ex pluribus fun-

8 dāt de iure etiam secatis segetibus prohibitum ingressum in termino separato à demanio, prædictisque necesse esse, id non aliter prætendere, quam iure

9 seruitutis legitimæ constitutæ, vel præscriptæ spatio centum annorum, ex cōmuni sententia Doctorum, de qua per Couarru. latissimè lib. 1. variarum resolutionum cap. 17. num. 11. vsque ad ver. quid ergo de seruitute, & Frecciam vbi supra num. 10. quæ seruitus cum non appareat constituta legitimæ à Dominis, nec testes Vniuersitatis concludant desuper præscriptionem centenariam, nulli dubium, quin ex his tribus fundamentis ita de iure fundatis, & prælibatis in iure veris existētibus Actores victores sunt efficiendi confirmarique debet sententia Magnæ Curiæ, etiam quod essemus in iudicio summario, ex quo conuentis obstat notorius defectus iuris, ex his quæ tradidit Rota in dec. 16. Bellam. dec. 103. & Afflict. dec. 403. nu. 16. satis ad propositum, &

ita in omnibus de iure respondendum, & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. adde quod ius pascendi in alieno territorio non debet dari alicui, licet illud habeat præscriptum præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non estat, quando pascuum Domino territorij non est sufficiens, Affl. in decisione 290. à num. 7. cum sequentib. vsque ad finem, & ibi Vrsillus num. 9. Regens de Ponte in tractatu de potestate Proreg. tit. 5. nu. 6. & nu. 7. tradit quod potest prohiberi vicinis locorum ne pascant cum immoderato grege.

Ad num. 2. adde eundem Dominum Patruum supra in cons. 75. nu. 1. & quæ ibi addidi.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Assensus pro dotibus obtenti regulantur à iuris intellectu, & dispositione, quæ se habet super feudo debere exequi in subsidium, & hoc quomodo intelligatur, & an sit verum nu. 8.*

2 *Assensus pro dotibus regulantur à dispositione text. in l. si ego §. si res ff. de iure dotium, & de ponderatione illius text. & nu. 10. & 13.*

3 *Cessante causa dispositionis cessare debet dispositio ipsa.*

4 *Creditori competit electio.*

5 *De iure nulla traditur differentia inter bona allodialia, & feudalia, dummodo sint hæreditaria impetrato assensu.*

6 *Sicut creditori habenti generalem hypothecam burgensaticorum, competit electio in burgensaticis, eodem modo competit electio in feudalibus ex causa hypothecæ ipsorum dummodo habeat assensum in feudis nu. 7.*

9 *Aliud est quod possit obligari feudum citra assensum, & tunc exequutio procedit in subsidium, aliud est quod super hypotheca intelligatur interpositus assensus, nam tunc procedit dispositio l. creditoris arbitrio ff. de distract. pign.*

11 *Sicut assensus potest impetrari post mortem debitoris nouo hæredis, cuius tunc est feudum accedente consensu, sic etiam in beneficium dotis etiam non interueniente nouo assensu, & ratio nu. 12.*

14 *Assensus impetratio an debeat continere clausulam in defectum burgensaticorum, & an dispositio in hoc pragmatica recognouimus sit abolita, & numer. 17.*

15 *De intellectu capituli 20. & capituli 21. Neapolitani, & de eorum differentia.*

16 *Supplicatio, & gratia, seu decretatio sequens quando sunt simplices generaliter sunt attendendæ.*

18 *Hypotheca feudalium competit arbitrio simplici creditoris, & non in subsidiū, & ita nouissime pluries iudicatum licet prius fuerit iudicatum contrarium & num. 20.*

19 *Vltimus actus siue vltimum decretum licet vnicum est attendendum.*

21 *Tertio possessori an competat de iure exceptio discussionis.*

22 *Fauore dotis obligatio, seu reuocatio, nec ab obligante debitore, nec ab eius hærede fieri potest, & facta nullius est momenti.*

23 *Licet regulariter ex morte inducatur reuocatio tamen fauore dotis ex morte non inducitur reuocatio.*

24 *Assecuratio successionis feudi, siue refutatio quando possit sustineri citra assensum, & quando non.*

CONSILIVM LXXXVIII.

Pro Magnifica Iulia Moncia, cum Magnifico Barone Secli. Electio competit creditori tam si bona fuerint allodialia, quam feudalia, dummodo sint hæreditaria, impetrato tamen assensu, & an exequutio concessa super feudo concedatur

-tur in subsidium, & quid si fuerit facta à muliere ex causa dotis, & de intellectu ad hoc text. in l. si ego §. si res ff. de iure dotium, & capituli 20. & 21. Neapolitani.

AVDIVI in hac causa Mag. Iuliæ Mongio, cũ Mag. Barone Secli eius filio, prætendi assistentiã petitam pro parte dictæ Iuliæ super casali prædicto pro eius dotibus, & antefato non esse præstandam, non facta discussione bonorum burgensaticorum Magn. Guidonis de Amato eius viri debitoris, quinimo stantibus bonis burgensaticis prædictis, super quibus poterit eidem Iuliæ satisfieri nõ obstantibus tam assensu capituli 21. quam assensu pro dotibus, tan
1 tum obtento ab Illustrissimo D. Prorege militantibus, vt ex aduerso prætenditur in subsidium, tum quia assensus predicti regulantur à iuris intellectu, & dispositione, quæ se habet super feudo debere exequi in subsidium, ex traditis in constit. Regni vbi And. & cæteri, quæ incipit si quis post litem, & per eundem Andr. in cap. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. facta, & per Bart. in l. si finita §. si de vectigalibus nu. 5. ff. de damn. infect. per text. in l. commodis ff. de re iud. & in l. spem premior. C. de exequut. rei iu-
2 dic. tum etiam nempe assensus prædicti regulantur à dispositione tex. in l. si ego §. si res ff. de iur. dot. quẽ asseuerat pars intentionem Actricis nõ fundare respectu dicti assensus à Domino Prorege obtenti post mortem: & quando id probaret idipsum procederet in subsidium, vt aperit ibi text. in fin. & sic ponderat illum Camer. in cap. Imperialem fol. 91. à ter. & Anna in alleg. 115. vol. 2. ac etiã ad id respectu assensus capituli ponderãtur verba capituli 20. videlicet, *& per questo dette donne remaneriano indota-*
3 *te*, adeo quod cessante causa dispositionis cessare debeat dispositio ipsa, ex reg. text. in l. adigere §. quamuis ff. de iure patronatus.

At Domina Iulia asseuerat omni ommissa prætensa discussione dictam assistentiam esse præstandã super dicto feudo ipsi meræ creditrici habenti tamen generalem obligationem, ac etiam agẽti contra Dominum Octauium tertium possessorem, vt ipse prætendit ex donatione sibi facta per Dominum Guidonẽ
4 ex causa electionis de iure sibi concessę, ex regula text. in l. creditoris arbitrio ff. de distract. pignor. si quidem de iure
5 nulla traditur differentia inter bona allodialia, & feudalia dummodo sint hæreditaria impetrato tamen assensu, prout cernitur duplex assensus in fauorem Dominæ Iuliæ videlicet cap. 21. pro dotibus, & antefato, & pro dotibus etiam Domini Proregis, ita scriptum reliquit Freccia lib. 3. subfeud. in tit. de differentia feudi ex pacto, & hæred. in 2. different. vers. secundo quando feudum est hæreditarium num. 3. fol. 255. à ter. in antiq. qui allegat Andr. in cap. 1. num. 14. vers. vnde in tali feudo sicut in burgensaticis sic erit successio, de natur. success. feud. & Det. in consil. 395. idem Freccia in d. tit. 53. differ. satis clarè, & apertè idem testatur fol. 271. à terg. quo fit vt sicut ex regula text. in d. l. creditoris arbitrio dictæ Dominæ Iuliæ
6 creditrici habenti generalem tamen hypothecam burgensaticorum competeret electio in burgensaticis, vt etiam testatur Nicosant. in tractatu pignor. in 2. memb. quintæ partis num. 51. vers. & si è concurso Primus habet vnam tantum, & vers. sed dubitatur circa istam materiam, eodem modo competit Dominæ Iuliæ electio prædicta super feu-
7 dalibus ex causa hypothecæ constitutæ in ipsius beneficium vtriusque patrimonij inter se nullum discrimen habentis assensu impetrato, vt hic, ad hunc modum scripsit Afflict. in constitut. Regni fratribus num. 6. in vers. 3. noto. vsque ad num. 8. Eo impensius cum Domina Iulia sit merè creditrix solam generalem hypotecam habens, nec simus in aliquo ex casibus congestis per Dominum Annium alleg. 141.

His sic fundatis non obstabunt obiecta superius adducta. Primo exequutio-
8 nem concessam de iure super feudo concedi in subsidium, nempè tam Andr. in d.§.quid ergo,& in constit. si quis post litem, ac ipsa constitutio in §. in feudalibus, quam Bart.in d. §. si de vectigalibus, loquuntur in exequutione,& iudicio moto in actione personali ex defectu assēsus,id quod (luce clarius) patet, tum quia eorū scripta, ita clare loquuntur, tum etiam quia asseuerant exequutionem permicti in fructibus, ad hoc vt ex eis creditoribus satisfiat, prout fundāt ex traditis in d.l.commodis,& l.spē premiorum,qui in specie sic loquuntur, & idem Annius declarat in alleg. 127. num.3.vol.2. Frecc.2.lib.subfeud.in 6.limit. constit.Regni constit. diuæ memoriæ fol.110. in antiquis, & in tit. de different.feud. ex pacto, & hæred.in 5. differ.ver.pro debito defuncti fol.357. qui meminit non solum prædictorum verum etiam congestorum,desuper per Affict.in decis.26. 111.240. & 265. & in specie legatur Camer. in loco præcitato fol.91. à ter.in l.m.qui loquitur in exequutione super feudo assensu non interposito, id quod cessat in casu nostro stantibus prænarratis duobus assensibus capituli;& Domini Proregis,aliud
9 enim est quod possit obligari feudum citra assensum,vt dictat const.Regni fratribus, & tunc exequutio procedit in subsidiū d.const. fratribus, aliud est qđ super hypotheca interpositus intelligatur assensus, tunc enim assensus adest,& succedit dispositio l.creditoris arbitrio vt supra fundata.

Nec secundum obstabit,quo asseritur
10 assensus prædictos regulari ex dispositione text. in d.l.si ego §.si res, & dicti Cap.Neap.primo alleueramus text.in d §.si res sic probare,nam sicut assensus
11 potest impetrari post mortem debitoris nouo hæredis, cuius tunc est feudum accedente consensu,vt late per Andr.in cap.imperialem in addit. de prohibita feud.alien.per Feder.sic etiam in bene-
12 ficium dotis etiam nouo hæredis assensu non interueniente, ea ratione quia obligationem defuncti fauore dotis nō potest hæres reuocare, quinimmo illi consentire tenetur, quemadmodum expressè sumitur ex dicto §.si res,qui licet
13 contineat in fine illa verba ne mulier maneat indotata, nihilominus cernūtur alia verba in d.text.in vers.sed benignus est fauore dotium necessitatem imponi hæredi cōsentire,adeo quod duæ inspiciuntur æquè principaliter traditæ rationes ex eo tex.prima fauore dotis, item secunda ne mulier maneat indotata, quarum si altera militat, & altera cessat, locum habet legis dispositio, ad text. in §.affinitatis instit.de nuptijs,ita satis copiosè firmauit Loffre.in cons.31.1.& 2. col. insuper nec rationes aductæ à Domino Annio in d.alleg.115.militāt,fundatæ primo super capitulo Neapolitano, secundo super iuris dispositione, tertio super dispositione Regiæ Pragmaticæ,quæ incipit recognouimus in fine vulgo dictæ de li noui capi, disponentis
14 assensus impetrationem debere continere clausulam in defectum burgensaticorum, siquidem Annius loquitur expressè,& in specie respectu cap.20.quo non vtitur Domina Actrix, quod habet
15 illa verba, *perche dette donne restariano indotate*. sed Domina Actrix vtitur cap. 21. loquente respectu futurarum obligationum feudalium, in quo deficiunt illa verba, nè remaneant mulieres indotatæ, nec de iure poterit Dñs Aduersarius prætendere repetitionem dictorum verborum d.cap.20.in cap.21. cum sint separata, vt testatur Castrens. in consil. 275.num.12.& seq. 1.vol.in antiquis, tanto magis cum illa ratio congruebat cap. 20. quia si Rex non fuisset assensus super obligationibus factis, mulieres remansissent indotatæ, quæ non congruit cap. 21. si quidem poterat postmodum aliquo tēpore assensus impetrari respectu futurarum obligationum,& sic eadē ratio non vigebat, ad dicta per Bart.in l.talis scriptura col.final. ff.de leg.1.quinimmò ex illis verbis positis in d.cap.20 tanquam loquente super interpositioni-

bus

bus assensuum super dispositionibus, & obligationibus præteritis, non sapiunt, nec continent discussionem burgensaticorum, cum iam Regi asseruerunt deficere burgensatica, & eadere necessario esse perueniendum ad feudalia, nempe ratio prædicta est dispositiua, cũ id verba sonent, *perche restariano indotate*, nõ autem contingens, quæ congrueret cap. 21. tanquam inspicienti futuras obligationes, adeo quod si mens supplicantiũ ea foret, vtique illi apposuissent in supplicatione illa verba ne remaneant in-
26 dotatæ, supplicatio fuit simplex sic sequitur gratia siue decretatio, igitur sic generaliter est attendenda, ex dictis per Bald. per illum text. vbi cæteri in cap. inter dilectos de fide instrum.

Insuper secunda ratio fundata super iuris dispositione, nec militat in casu nostro ex supra congestis cum loquatur in actione personali, non autem reali assensibus expressis, non legalibus, & tacitis roborata, nec nouissima fundata super
27 pragmatica prænarrata si quidem aboleta est dispositio illius, & clausulã prædictam Inuictissimus Carolus V. Imperator in anno 1535. primo Martij aboleri mandauit ab assensibus impetrãdis, vt idem Annius testatur in d. alleg. 115. num. 4. & eade causa fuit iudicatum no-
28 uissime hypothecam prædictam feudalium competere arbitrio simplici creditoris, & non in subsidium tradidit idem Annius in loco præcitato in anno 1568. die 28. Martij in causa Mag. Ioannis de Vicarijs, cum Fabritio eius fratre, referente Domino de Altomare, qui asserit in anno 1564. contrarium decidisse, & sic
29 vltimus actus, siue vltimum decretum licet vnicum est attendendũ, vt latè disseruit idem Annius in alleg. 131. nu. 4. volum. 2. allegans Oldrad. in cons. 321. & alios per text. in l. item mela §. sed si alimenta ff. de aliment. & cibar. leg. quẽ ad hoc allegat Andr. in cap. 1. col. 2. de his qui feudum dare possunt, & sciendũ
20 quod vltimum decretum audio Sacrum Consilium iunctis aulis nouissimè censuisse, tanto magis cum opinio prædicta circumscripta dicta pragmatica edita in anno 1531. iam abrogata nullum iuris habet fundamẽtum, quinimmo iuribus, & rationibus vt supra congestis expressè repugnat.

Et vt nil intactũ relinquatur ex abundanti cessare ex duobus prætensam exceptionem ex aduerso burgensaticorum discussionis, tum quia omnium bonorũ burgensaticorum, quæ fuerũt dicti Guidonis, dominium tempore mortis eiusdem Guidonis reperiebatur, pœnes Carolum de Amato filium secundogenitũ, ad ipsum peruentum ex donatione illorum facta in anno 1568. & ex aduerso exhibita, & sic discussio cessat, cum ea militaret bonis burgensaticis existẽtibus in posse hæredum, ac in dominio hæreditatis, tum etiam quia Octauius prætendit feudum prædictum ad ipsum spectauisse, & spectare non titulo hæreditario, sed particulari donationis sibi factæ in anno 1569. cõtemplatione matrimonij, & sic actio intẽtata per Dñam Actricem, contra Octauium, cernitur intẽtata
21 contra ipsum vti tertiũ possessorem, cui non competit de iure exceptio discussionis prædictæ, vt in terminis l. 2. C. de pignorib. scriptum reliquit Nicosant. in tract. pignor. in 2. memb. quintæ partis principal. in 7. fallent. num. 20. & meminit Dominus Annius in alleg. 141. num. 5. volum. 2.

Nec nouissimè obstabit obiectum partis, assensum Domini Proregis, vt supra obtentum per Dominam Actricem post mortem Guidonis non subsistere stante reuocatione obligationis feudalium ex causa donationis factæ dicti casalis per Guidonem in beneficium Octauij, si quidem pars somniatur, & cum lege Doctoribus, & rationibus minimè loquitur, insuper quando reuocatio fundaretur illa esset inefficax, quia fauore
22 dotis obligatio, nec ab obligante debitore, nec ab eius hærede fieri posset, & facta nullius esset momẽti, ad hunc modum scriptum reliquit Frecc. in 9. limit. constit. diuæ memoriæ nu. 22. Afflict. in decis. 212. & Loffred. cons. 44. ex regula text.

text. in dict.l. si ego §. si res, quia si ex
23 morte inducitur reuocatio regulariter, & tamen fauore dotis ex ea illa non inducitur, eodẽ modo, ex prædicti text. dispositione confutatur obiectum videlicet ex donatione prædicta inductam fuisse reuocationem, vt quando fundata esset sicut non fundatur, non militaret fauore dotis.

Præterea asseueratur donationẽ prætensam (sed vt rectius loquar) assecura-
24 tionem successionis dicti feudi tempore mortis Domini Guidonis quatenus continet assecurationem, seu impropriè loquendo refutationẽ simplicem posse substineri citra assensum, sed iñ quo ad alia pacta videlicet libera, & sine onere inualidam esse citra assensum ad hunc modum Camer. intellexit Andr. in constit. Regni constit. diuæ memoriæ, & in cap. 1. vers. licet, & in §. & si libellum de alien. feud. pater. vt ipse testatur in d. c. Imperialem fol. 30. lit. T. & sic cum pactum prædictum libera, & sine onere tanquam extraneum à refutatione, non dico correspectiuum careat assensu, corruit, & remanebit hypotheca feudalis in beneficium dictæ Dñæ Iuliæ.

Ex quibus sic de iure fundatis, & contrarijs fortiter, firmiterq; reiectis, iudicãdum erit è Sacro Consilio assistentiam petitam super casali prædicto Dominæ Iuliæ esse præstandam, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. adde quod assensus cap. 21. Neap. non est subsidiarius, & ita pluries decisum etiam contra Regium Fiscum, Reg. de Pont. in tract. de potest. Pror. tit. 6. n. 15. & 16. & nu. 17. cũ seqq. validissimis rationibus confutat opinionem Camer. contrarium tenentis, ad idẽ Rouit. in pragm. 8. de feudis num. 7. qui assensus d. cap. equiparatur assensibus, qui præstãtur in dies in quibuslibet obligationibus feudorum. qui non sunt subsidiarij, idem de Pont. in d. loco nu. 28. & seq.

Ad nu. 2. ad declarationem d. l. si ego §. si res ff. de iur. dot. vide eundem de Pont. in d. tit. 6. nu. 26. & 27. & ad nu. 5. adde eund. de Pont. vbi supra nu. 23. & seqq. & ad nu. 14. & 17. vide eundem Dom. d. tit. 6. nu. 30.

Ad nu. 15. pro intellectu, & differentia cap. 20. & 21. Neap. vide D. de Pont. in d. tract. & tit. 6. num. 31. & ibi nu. 32. mentionem facit de alio cap. concesso huic Ciuitati fidelissimæ ab Inuictissimo, & gloriosę memorię Rege Philippo Secundo in anno 1586. quod omne dubium in hac materia tollit.

Ad nu. 12. quod assensus fauore dotis possit impetrari post mortem, addo D. Patruum supra in cons. 60. nu. 18. & 20. & quæ ibi in dictis num. Ego addidi, & vltra prædicta addo etiam Parid. de Puteo de reintegr. cap. incip. an consensus Regis nu. 3. Afflict. in decis. 111. & 335. & in cap. Imperialem quæst. 29. de prohib. feu. alien. per Feder. Camer. in d. cap. Imperialem fol. 91. col. 1. Capyc. ibidẽ nu. 184 ver. limita 2. Loffred. ibidem col. 8. & in cons. 1. nu. 28. & 29. Gramat. in decis. 103. nu. 121. & Frecc. in 9. limit. ad constit. Regni constitutionem diuæ memoriæ.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator finita tutela, vel cura ad rationem fideliter reddendam tenentur id quod in quolibet administratore procedit.*

2 *Tutor dicitur in dolo ex non confectione inuentarij, seu libri rationum & numer. 8.*

3 *Tutor de dolosa administratis non videtur liberatus quod fallit in dolo prasũpto consistente in ommittendo num. 4. & maxime si à pupillo obtinuerit liberationem inter viuos nu. 5.*

6 *Non requiritur tam stricta specificatio rationumque redditio, sed statur iuramento quando tutor, & pupillus sunt coniuncti, & an sit verum num. 33. & tunc sufficit confessio pupilli pro eo fuisse pecunias expensas num. 7. & an sit*

sit verum numer. 34.

9 *Quibus pęnis multetur tutor, vel curator ob non confectionem inuentarij, vel libri rationum.*

10 *Liberatio, vel quietatio facta à minore in minori ætate in fauorem tutoris, vel curatoris ratione administrata tutelę, vel curæ est ipso iure nulla maxime si fuerit facta sine curatore, & num.*14. *etiam si est appositum iuramentum nu,* 11. *maxime concurrente ignorantia, & facilitate minoris nu.*15.

12 *Minor ætas vltra aspectū probatur per indicia, & coniecturas & nu.*13.

16 *Tutor, vel curator si in libro rationum commiserūt ponere aliquos introitus, & reddiderunt rationem tutelæ, vel curæ stante ista ommisione possunt cogi ad iterum reddendum rationem non obstante liberatione.*

17 *Quando redditæ rationes non fuerint in effectu à tutore, vel curatore, etiam quod minor fecerit quietationem potest cogere ad iterum reddendum, & rationes quomodo reddantur & nu.*19.

18 *Reddere rationes facti est, & factum aliter quam per confessionem constare debet non obstante iuramento.*

20 *Causa assignari debet etiam in minimis expensis factis per tutorem, idest cui quantum, & quamobrem impensum est.*

21 *Tutor potest cogi ad reddendum rationē liberatione non obstante quando pecunias ad eum peruentas non implicauit in emptionibus in quibus implicare tenebatur nu.*22.

23 *Tutor qui habet bonum forum pro se debuit idem procurare pro pupillo.*

24 *Dolus ex indicijs probatur.*

25 *Liberatio etiam inter viuos non porrigitur ad dolosè administrata quando ex tali administratione aliquid adesset curatori.*

26 *Tutor, seu curator præsumitur esse effectus locupletior quando librum rationum non confecit, nec de pecunia ad eius manus peruenta reddit rationem.*

27 *Dolus præteritæ administrationis, inest ipsi liberationi eamque reddit nullam, maxime si fuerit facta à minore.*

28 *Tutor non præsumitur ex bonis pupilli effectus locupletior quod procedit si aliūde posset acquirere ex aliqua arte nu.* 29. *sed non procedit si inuentarium non confecit, aut rationem administrationis non reddidit nu.*30.

31 *An per liberationem factam à pupillo, tutori remictatur dolus præsumptus, & quid si fuerit factus locupletior nu.*32.

35 *Solutio facta à tutore, vel curatore minori, durante minori ætate, ei non prodest sine curatore, nec ipse tutor, seu curator authorari sibi potest nu.*36.

37 *Gerere, & administrare debet tutor, ex quo scit se tutorem datum alias suo periculo cessat.*

38 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CONSILIVM LXXXIX.

Pro *Andrea Ferrario, contra Philippum Maranum. Tutor, vel curator non obstante liberatione, seu quietatione ei facta per minorem licet amplissima tenetur reddere rationem tutelæ, vel curæ, maxime existente dolo.*

SOLENT qui pro reddenda ratione administrationis tutelæ, ac curæ scribunt, vltra text. l. 1. §. officio ff. de tut. & rat. distra. (mandantem
1 finita tutela tutorem, curatoremq; ad rationem fideliter reddendam teneri) alia iura, Doctorumq; Cętum allegare id, & in quolibet administratore procedere, qui per Soccin. consf. 92. lib. 4. nu. 5. glo. Parisiensf. §. 7. glosf. 6. num. 15. videri possunt, sat erit in causa hac Philippum Maranum olim Andreæ Ferrarij curatorem ad id teneri, postquam per Regiam Audientiam fuit datus curator, & vti curator administrauit, vt ex pluribus contractibus præsentatis patet.

Quod in oppositum adducitur est liberatio quædam, seu quietatio cum iuramento facta in anno 75. per quam in amplissima forma cum amplissimis clau-

clausulis liberatur de omnibus pecunijs cum assertione illas peruenisse in posse ipsius Andreæ, ac pro eo expensas, ex qua fundatam videtur habere intentionem non obstante, quod in dolo dici
2 possit ex non confectione inuentarij, ad quod tenebatur ff. de admin. tutor. l. tutor qui repertorium C. arb. tut. l. fin. in
3 fin. & de dolosè administratis non videri liberatum ff. de liber. leg. l. Aurelio §. Caius, & ibi per Bart. & Alex. conf. 45. lib. 1. ex quo præsumptus dolus in
4 omittendo consistens omninò remissus videtur, Deci. consil. 178. num. 3. consil. 418. nu. 21. & seqq. exemplificans in tutore qui inuentarium non confecit, id-
5 que magis in liberatione inter viuos, (vt in casu nostro) procedit per glos. in l. actione C. de transact. verbo transactũ, & ibi Bal. & Salyc. Bart. in d. §. Caius nu. 6. circa finem, rursus non obstante redditas nõ fuisse in d. liberatione rationes, nec visa computa, quia inter personas
6 coniunctas tam stricta specificatio, rationumq; redditio non requiritur, sed statur iuramẽto Bal conf. 418. lib. 3. 7. dub. Soccin. conf. 73. sufficit enim eius con-
7 fessio pro eo fuisse pecunias expensas, argum. l. 1. de confess. in terminis Ioan. Ceph. conf. 192. lib. 2.

Quibus tamen minimè refragantibus contrarium puto esse veriùs præsuppo-
8 sito dictum curatorem in multiplici dolo fuisse, vt infra dicetur, ac etiam ob nõ confectionem inuentarij, d. l. tutor. qui repertorium, item nec librum rationum d. §. officio, adeo vt multis pœnis puniri
9 possit, primo contra eum iurari in litem d. l. tutor qui repert. per Bart. & Paul. ibi Soccin. conf. 46. lib. 1. Afflict. decis. 360. Capyc. decis. 50. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 14. vers. hic profectò, item carceribus retineri ff. de suspect. tutor. l. 3. §. tutores, item vt suspectus in administratione remoueri, item infamiã incurrit C. arb. tut. l. fin. in fin. quinto in duplum eius, quod in libro ponere ommisit condemnabitur Beniucc. in tract. de paupert. quæst. 9. 10. speci. num. 31. sexto subijci torturæ, Roman. conf. 118. nu. 3. & 4. in fin. his præsuppositis concludendum absque dubio erit, dictum curatorem esse condemnandum ad rationem reddendam administratæ curæ, non obstante dicta liberatione, & quietatione.

Primo reperitur facta in anno 1575. tempore quo Andreas erat annorum
10 septendecim, & in minori ætate, est ergo ipso iure nulla, maxime sine curatore, vt in fortioribus terminis quando facta est cum curatore, per plura consuluit Paul. de Cast. conf. 342. per totum, maxime num. 7. 17. & 19. vers. non ob-
11 stant. etiam cum iuramento, idem in effectu consuluit Ancharan. conf. 330. visis facti narratione, & nouissimè Ruyn. conf. 95. lib. 5. quod autem tempore minoris ætatis fuerit facta, quo erat minor annorũ 17. patet, nam ab anno 61. quo fuit facta numeratio vsque ad annum 75. currunt anni 14. & tempore numerationis Andreas erat annorum trium, vt ex fide facto ergo computo in anno 75. erat annorum 17. item quia fuit sibi datus curator in anno 72. qui durabat per annos quatuor, & sic vsque ad annum 76. & patet curatorem ipsum administrasse etiam in eo anno 76. imò 78. vt deductum est, item ex aspectu hodiè in anno 1583. apparet vix annorum 23. & à die liberationis elapsi sunt anni
12 octo, minor enim ætas vltra aspectum, de quo per Bart. in l. de ætate ff. de minor. Alciat. reg. 2. tract. præsumpt. 19. præsumpt. 4. Gram. voto 14. nu. 7. pro-
13 batur per inditia, & coniecturas per Bal. & Salyc. in l. si minorem C. de restit. minor. Alciat. præsumpt. 14. numer. 9. vltra quod habemus testes deponentes dictum Andream natum esse illo die, quo perijt Bonifacius Ferrarius, vt deponunt testes examinati in Sacro Consilio, & Bonifacius moritur in anno 1558. vt ex eius testamẽto, & præambulo, ex omnibus ergo supradictis, saltim simul iunctis probatur minor ætas, de-
14 bet ergo curator iste non obstante liberatione reddere rationem, vt concludũt Paul. Ancharan. & Ruyn. concurrente igno-

15 ignorantia,& facilitate dicti Andreæ iam
probatâ per ea, quæ in terminis tradit
Socc.cons.92. vol.3. imo in fortioribus
terminis in d.cons. nu. 2. ex tempore
cõcludit post finitam administrationem
paulò post ex temporis vicinitate libera-
tionem esse nullam.

Corroborantur secundo supradicta,
ex his quæ ponit Paul.de Castr.in cons.
342. num. 12. vers. sed vt particularius,
16 Deci. cons. 110. nu. 9. vbi volunt tutorẽ,
curatoremque non obstante liberatione
teneri ad iterum reddendum computũ,
quando in libro rationũ omiserunt po-
nere aliquos introitus, & in liberatione
inter viuos, idem tradit Socc. cons. 159.
lib. 2. col. 1. versic. 1. quia, quanto minus
debet hæc liberatio subsistere, ex quo
nedum omisit ponere introitus, sed nec
penitus librum ipsum rationum cõfecit.

17 Tertio constat rationes curæ admini-
stratæ non fuisse redditas; tenetur ergo
ad illas reddendum liberatione non ob-
stãte, reddere enim rationes est eas ede-
re, legendas offerre deinde computan-
das, vt exemplari possint probè, vel im-
probè referantur, accepta rectè relata,
an non rectè, & reliqua restituere, verba
sunt text. ff. de condit.& demonst.l.cum
seruus, quod cum constet factum non
fuisse, fieri peti potest liberatione non
obstante, vt per plura latè consuluit An-
char. d. cons. 330. vbi nec verbis asserti-
uis, & confessioni creditur, quia redde-
18 re rationes facti est, & factum aliter quã
per confessionem constare debet, non
obstante iuramento, idem in effectu
consuluit Soccin. cons. 92. lib. 4. fusius
d. cons. 159. omnino videndus, non ob-
stantibus quibuscumque clausulis, quan
tò fortius in casu nostro, vbi in libera-
tione verbum nullum de redditione
computorum, nec per assertionem, sed
19 fit liberatio, quia pecuniæ expensæ sunt
pro minore, nullam assignando rationẽ
sub inuolucro verborum, quo casu non
sufficit, vt in particulari tenet Paul. dict.
cons. 342. nu. 3. vers. computum autem,
& hoc procedere etiam in minimis ex-
20 pensis, vt causa assignari debeat, cui
quantum, & quamobrem impensum est,
tenet glos. Paris. §. 6. glos. 6. nu. 26.

Corroborantur quarto, per ea quæ
tradunt Ancha. d. cons. 330. nu. 7. in fin.
Socc. cons. 159. col. 2. vers. tertio confir-
matur, & col. 3. vers. secundo principali-
21 ter, vbi concludunt tutorem posse cogi
ad reddendam rationem liberatione nõ
obstante, quando pecunias ad eum per-
uentas non implicauit in emptionibus,
sed Andreas in anno 1572. habebat an-
nuos duc. 807. super introitibus Vniuer
sitatis Terræ nouæ, itẽ duc. annuos 200.
à Mag. Octauio de Abenante, itẽ annuos
duc. 15. à Petro Plantedio annuos duc.
12. ab Octauiano de Viuo domum, quæ
anno quolibet locabatur pro ducat. 80.
item vineam quæ locabatur pro duc. 25.
vt deponunt testes, & patet etiam ex in-
strumento locationũ, item duc. mille in
exigentijs, de quibus hodie non potest
haberi certa cognitio, ex quo omnes
scripturæ remanserunt penes Philippũ,
& ipse exigit dictas pecunias item duc.
2000. bonorum mobiliũ, quæ quantita-
tes, & introitus probatũ est ad eius ma-
nus peruenisse, item etiam duc. mille ex
dotibus vxoris minoris, vt deponũt mi-
lites, qui associauerunt eum cũ pecunia,
22 Nec cõstat eos implicasse in emptionẽ,
prout tenebatur ff. de admin. tut. l. tutor
q repertoriũ, §. si post depositionẽ Socc.
cons. 2. col. fin. Gramm. dec. 103. nu. 22.
Couar. lib. 3. var. resol. c. 2. & pro se fecit
curator iste emptionẽ annuorũ duc. 480
vnde dicit Bald. cons. 109. lib. 2. q tutor
23 qui habet bonũ forũ pro se, debuit idem
procurare pro pupillo, ergo liberatione
non obstante, tenetur reddere rationẽ.

Quinto curator iste fuit in multiplici
24 dolo, qui ex inditijs probatur C. de do-
lo l. dolum, per ea quæ supra dicta sunt,
insuper quia ponitur impendisse quoli-
bet anno duc. 200. pro vestitu minoris,
& apparet hoc verum non esse, ex quo
in anno 74. per annum ante liberatio-
nẽ dictus minor se obligauit dicto cura-
tore præsente, & authorizante Gaspari
de Venia pro tot pannis acceptis an-
nis elapsis ad duc. 465. quos non ipse

curator soluit, nec soluere promisit, sed minor promisit illos bonos facere dicto Gaspari, in eo quod apparebat debitor de societate inita inter ipsum Gasparē, & patrem minoris, item ponit expendisse pro minore omnes introitus, qui vt probatum est ascendunt ad duc. mille, & ducentum annuos, quod verum non est, nec verisimile, cum per nos fuerit probatum omnibus computatis anno quolibet vix impensos ducatos 200. & ita mandat fieri pater minoris in testa-
25 mento, hæc ergo liberatio etiam inter viuos, non porrigitur ad dolosè administrata, quando ex tali administratione aliquid adesset curatori, vt concludunt Salyc. in d. l. actione in fin. C. de transact. Paul. d. conf. 342. nu. 16. Deci. consil. 191. col. final. vers. 1. ex eo vsque ad finem, Crauett. consil. 193. num. 9. Soccin. d. conf. 92. num. 12. vers. sed clarum est, eumque adesse præsumitur lo-
26 cupletioremque effectum, quando librum rationum non conficit, nec de pecunia ad eius manus peruenta reddit rationem, vt in alio conf. 195. col. 5. vers. nam in terminis, & colum. penult. vers.
27 præterea dicit dolum præteritæ administrationis inesse ipsi liberationi, eamque reddit nullam, vt dicunt etiam Bal. post glos. Salic. & omnes in d. l. actione, & hoc maxime procedit cum facta sit à minore nullius iudicij faciente omne illud, quod mandabat Philippus, quem magnopere timebat, vt probatum est per testes, & stante facilitate ipsius Andreæ in anno 78. tres annos post liberationem fuit factum decretum per Regiā Audientiam, quod Philippus non accedat ad domum dicti Andreæ, & idem Andreas non possit facere contractus concurrente maximo dolo ipsius curatoris, qui ante administrationem erat pauperrimus, & vix habebat in bonis centum, & post administrationem effectus est ditissimus, vtrumque probatum est per testes, & inter alias fecit emptionem cum Vniuersitate Terræ nouæ annuorum ducatorum 483. vt dictum est,
28 nec obstat non præsumi ex bonis pupil-

li effectum locupletem C. arbitrium tut. l. si defunctus, quia text. ille proce-
29 dit, si aliunde tutor posset acquirere ex aliqua arte, Gra. conf. 191. col. final. vers. non obstat conf. 129. nu. 3. nec tex.
30 ille locum habet in tutore inuentarium non conficiente, aut rationem administrationis non reddente Roland. à Vall. conf. 49. nu. 24. cū seq. lib. 1. Parisi. conf. 80. num. 8. & 12. cum seq. lib. 1. ex his animus Dominorū iudicantium informari sine dubio videtur ipsum curatorē in maximo dolo fuisse, & induxisse dictū minorem ad faciendum dictam liberationem [illegible]
In contrarium adducta non obstāt, &
31 primo per liberationem fuisse remissū dolum præsumptum, maxime in contractibus, per ea quæ dicit Deci. conf. 177. nu. 3. quia supra ostensum est fuisse in vero dolo, etiam dante causā liberationis, item id non procedit, quando tutori
32 aliquid adest, & factus est locupletior, vt idem Deci. restringit illud consilium in conf. 191. col. final. vers. primo ex eo, Crau. d. conf. 193. nu. 9. & ante eos Pau. Saly. & Socc. in locis supra allegatis, nec secundo non requiri rationes non esse calculatas, nec requiri tam stricta specifi-
33 catio impensarum in coniunctis personis, quia id non procedit coniuncto administrante, vt tutore, aut curatore publici officij causa, rursus si ille cuius bona administrantur, est minor glos. Paris. d. §. 6. glos. 6. nu. 29. nouissime nec tertio esse standum cōfessioni Andreæ pecuniam ad eum esse peruentam, ex quo
34 non statur d. assertioni, & confessioni, nō reddita ratione sigillatim per ea, quę concludunt Anchar. Paul. Socc. & Deci. in dictis locis, & dato ꝙ soluisset hæc solutio fuisset facta ante liberationē durāte minori ętate, quo casu nō ꝓdesset sine curatore instit. quib. alien. lic. vel non §. at ex contrario ff. de solut. l. in pupillo,
36 nec ipse curator authorari sibi potuit ff. de auth. tut. l. 1. insuper fundamentum fieri non potest in cōparitione partis asserentis se non teneri ad reddendā rationem, ex quo non est probatum ipsum

ipsum administrasse, quia vltra quod probatum est oppositum, respondetur etiã dictum Philippum debuisse administra-
37 re, gerere enim, & administrare debet tutor, ex quo scit se tutorem datum, alias suo periculo cessat ff. de admin. tutor. l. 1. & in curatore est tex. in l. curatorem C. de susp. tut. tradit Dec. cons. 273 post num. 4. & vt dictum est, nedum administrauit vsque ad annum 76. sed etiã 78. & testes deponunt introitus peruenisse ad manus ipsius Philippi.
38 Ex quibus patet optime fuisse per Magn. Cur. iudicatum, & ita restat per Sacrum Consilium pronunciandum.

Paulus Staibanus.

Ad num. 1. adde quod obligatus reddere rationem, tenetur etiam instrumẽta negotiorum, & alia consignare Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 2. casu 209. vbi optime hanc materiam exornat, & in materia redditionis computorum, vide late Rolan. à Vall. in cons. 49. vol. 1. & quæ teneatur tutor adimplere, Roman. in consil. 425. quo ad primum, per totum, Cephal. in cons. 674. vol. 5.

Ad nu. 3. adde Dec. in cons. 192. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 14. per totum, & an liberatio generalis comprehendat dolosè gesta, vide Crot. in l. nemo potest col. 4. ff. de leg. 1. Ias. in §. omnium nu. 102. instit. de action. & in hac materia vide Ferrat. caut. 51. & Vrsill. in addit. ad decis. Afflict. 319. nu. 1. & seqq.

Ad num. 12. & 13. adde quod ætas quia est difficilis probationis sufficit probari per inditia, & coniecturas, Fab. de Anna in cons. 73. nu. 3. imo num. 8. dicit quod in hoc sufficit confessio, seu assertio in instrumento facta.

Ad num. 28. adde Decium in cons. 6. nu. 2. vbi quid in alijs administratoribus, ex quibus bonis præsumantur acquirere, & quid in concubina in vxore, in Cardinale, & in Officiali, Cotta in memor. in ver. cõcubina fol. mihi 33. à ter. & an Episcopus, vel Clericus præsumatur de bonis Ecclesiæ effectus locuplex, Salycet. in auth. licentiam C. de Episc. & cler. Abbas in cap. cum esses de testam. & nota quod vassallus non præsumitur acquisiuisse ex feudo nisi probetur, And. in cap. 1. col. 3. nu. 6. vers. huius rationes de controu. int. masc. & fœm. & ibi Afflict. in fin. & filia præsumitur acquisiuisse de bonis paternis, antequam nuptui, tradetur Aret. in cons. 31. considerata vers. sed tamen his non obstantibus col. 2.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non potest facere instrumentũ de aliquo actu nisi de eo sit requisitus, & rogatus ab eo cuius interest.*

2 *Notarius nõ præsumitur rogatus, nisi saltem ipse asserat se rogatum.*

3 *Testamentum in scriptis debet subscribi per testatorem propria manu si sit litteratus, & si fuerit illiteratus, debet adhibi octauus testis, & hoc est de substantia, & de alijs sollemnitatibus testamẽti in scriptis, quibus nõ adhibitis testamentum est nullum.*

4 *Tresdecim requisita sunt necessaria in testamento in scriptis, & ita decisum in Sacro Consilio.*

5 *Vt valeat testamentum nuncupatiuum, debẽt hæredes nominari saltim, vt audiantur à testibus explicite, vel implicite per relationem ad aliud nu. 6.*

7 *Testamentũ imperfectu non valet, vt codicillus, nec vt quelibet alia vltima voluntas quando hoc de voluntate defuncti non appareat, de qua constare debet in primis.*

8 *Si pater scripsit suum testamentum, in quo filius instituitur hæres, & legata reliquit, & testamentum in capsa reposuit, & non legit, neque legi fecit, non valet, maxime ex defectu voluntatis.*

9 *Per instrumentum publicum legitimi tabellionis, & bonæ famæ, non probatur testamentum, in quo septem testes sunt denominatiue descripti & ratio.*

10 *Per solam scripturam tabellionis licet in ea appositi sint testes non probatur testamentum, nec codicillus.*

11 *Si aliquis tabellio fecit imbreuiaturam testamenti, nec legit coram testibus, nõ valet nec iure testamenti, nec iure codicillorum.*

12 *Si testamentum deficit ratione voluntatis nullo modo valet etiam inter liberos.*

13 *Ad essentiam publici instrumenti plura requiruntur.*

14 *De iure Regni subscriptio testium in instrumento est de substantia.*

15 *In Regno cum notario, & testibus interuenire debet Iudex Regius ad contractus, qui omnes se subscribant, quod habet locum etiam in testamentis nu. 16. & hoc est pro forma in Regno alias annullatur actus nu. 17.*

18 *Quando statutum dat modum quem statuit obseruari, & vltra procedit annullando actum in contrarium dicitur datũ à statuto pro forma, à qua nullatenus est recedendum.*

19 *Forma statuti dicitur esse substantialis.*

20 *Si forma statuti non seruatur actus est nullus.*

21 *Quando scriptura priuata negatur ad illam probandam necesse est quod verificetur per testes necessarios qui fuerint præsentes, & viderint testatorem ita disponentem.*

CONSILIVM LXXXX.

Pro Franciscbella de Zacca, & litis consortibus. Testamentum quod deficit in sollemnitate, & voluntate non tenet, & de multis requisitis necessarijs in confectione tam testamenti in scriptis, quam nuncupatiui, & ad essentiam publici instrumenti quæ requirantur.

ISTA chartula asserti testamenti Virderamæ de Zacca de Ciuitate Liparis nullã fidem facit, nec de ea aliqua est habenda ratio, nec vt testamentũ, nec vt quælibet alia vltima voluntas, nec vt scriptura publica, nec vt priuata, & deficit in solemnitate, & voluntate, & propterea omnino respuenda, ex infrascriptis.

Primo nõ constat assertum notarium rogatum, vt habetur in asserto testamento, *ibi in domo Virderamæ de Zacca intus menia dictæ Ciuitatis in contrata, &* reliqua *inuenimus Virderamã in lecto*
1 *&c.* & Notarius nõ potest facere instrumentum de aliquo actu, nisi de eo fuisset requisitus, & rogatus ab eo cuius interest, ad text. in authent. de tabellio. §. nos autem, tradit Bald. in rubr. de fide instrument. col. 2. vers. sequitur videre num. 6. Bar. in authent. si quis in aliquo col. final. vers. respondeo num. 8. C. de
2 eden. & rogatus nõ præsumitur nisi saltim ipse asserat se rogatum, Innoc. in cap. 1. col. 2. vers. item nota nu. 7. de fide instrum. & ibi sequitur Abb. col. 6. vers. tertiodecimo requiritur, Ang. in l. sciendum in repetit. col. 4. vers. primo Notarius nu. 15. de verb. oblig. idem Ang. in l. quęcumque §. fin. vers. ex præmissis ff. de public. & in consil. 34. reperitur per manus cuiusdam Notarij vers. item ex quo prima scriptura, & in cons. 400. ex dicto themate par. 2. Roman. in consil. 306. proposita consultatio col. 1. versic. quod autem nu. 2. & sequitur Alex. in d. l. sciendum col. 10. vers. tene opinionem de verb. oblig.

Secundo licet ex lectura istius chartulæ præsentatæ in processu non appareat, quomodo voluisset illam conficere hic Notarius, tamen videtur quasi voluerit condere testamentum in scriptis clausũ, & sigillatum, vt nemo habeat notitiam eorum quæ ibi describebantur, ibi *hoc præsens testamentum in scriptis facere vult &c.* & in fine *die primo Septembris 1556. supradicti testes non habentes sigilla se contentauerunt, & contentantur, quod ego Notarius habeam sigillare cum meo solito, & consueto sigillo &c.* actus iste occultus magis arguit si audem quã probet testamentum in scriptis, & vt testamentum in scriptis non valet propter multos defectus substantiales. Primo
3 quia non apparet fuisse subscriptum per testatorem propria manu, si fuisset literatus,

ratus, vel ſi illiteratus non apparet adhi-
bitus octauus teſtis, vt eſt de ſubſtantia.
Secundo non conſtat quod tenuerit te-
ſtamẽtum in manu, nec quod dixit illud
eſſe ſuum teſtamentum coram teſtibus.
Tertio non apparet fuiſſe ſubſcriptum,
& ſigillatum à teſtibus in præſentia te-
ſtatoris, quæ omnes ſolemnitates cum
requirantur de neceſſitate in teſtamento
in ſcriptis, vt in l. hac conſultiſſima C. de
teſtam. & in l. iubemus C. eo. his non ad-
hibitis fuit, & eſt nullum, vt tradit Aret.
inſtit. de teſtam. in princ. col. 2. verſ. no-
ta in fin. nu. 4. Io. Fab. eod. tit. §. poſſunt
col. fin. Doctor. omnes in d. l. hac con-
ſultiſſima, Paul. de Caſtr. in l. hæredes
palam in princ. ff. de teſtam, vbi dicit, qđ
4 treſdecim requiſita ſunt neceſſaria in te-
ſtamento in ſcriptis, & eſt decīſum in
Sac. Conſ. vt per Afflict. dec. 143. vtrum
teſtamentum ... [illegible]
5 Nec valet vt teſtamentum nuncupa-
tiuum, quia hæredes non ſolum non
ſunt nominati, vt exaudiantur à teſtibus
explicitè, vt in l. hæredes palam. in princ.
6 ff. de teſtam. ſed nec implicitè per rela-
tionem ad aliud, quod ſaltim fieri debet
ad teſtamenti nuncupatiui validitatem,
iuxta ea quæ tradit Bart. in l. ſi ita ſcrip-
ſero ff. de condit. & demonſtrat. vbi di-
xit, quod ſi teſtator coram ſeptem teſti-
bus dicat inſtituo hæredes, vel facio te-
ſtamentũ meum in omnibus, & per om-
nia, prout continetur in quadam cædula
manu mea confecta, quam dimiſi penes
Guardianum fratrum minorum, teſta-
mentum tunc valebit, & erit nuncupa-
tiuum, nuncupatione implicata, ad text.
in l. aſſe toto ff. de hæred. inſtituen. & in
l. quem hæred. ff. de reb. dub. & ibi tra-
dit Bart. voluit Bald. in d. l. aſſe toto in
fin. in l. captatorias colum. 2. verſ. quarto
quæritur, & quinto quæritur num. 10. &
11. & Paul. de Caſtr. in d. l. hæredes pa-
lam. in princ. hic autẽ nec explicitè, nec
implicitè aliquid fuit comprehenſum,
quinimo hæredis inſtitutio penitùs om-
miſſa ibi, *& quia caput & principiũ &c.*
nimirum ſi non valet vt nuncupatiuum.
7 Nec valet vt codicillus, ſeu quælibet
alia vltima voluntas, poſtquam de volun
tate defuncti non apparet per dictam
chartulam, nec aliquis teſtificatur in to-
to proceſſu illam fuiſſe voluntatem de-
functi, de qua voluntate in primis con-
ſtare debet l. hac conſultiſſima §. at cum
humana fragilitas C. qui teſtam. facere
poſſ. & ibi not. Cyn. Bald. & Salyc. tra-
dit Ioan. And. in addit. ſpec. in tit. de te-
ſtament. §. in primis in addit. quæ incipit
quidam Pyleus, prope fin. & propterea
dixit Salyc. in l. hac conſultiſſima §. ex
imperfecto, & in authent. quod ſine col.
2. verſ. quarto quid ſi ſcriptura C. de
8 teſtament. quod ſi pater ſcripſit ſuum
teſtamentum, in quo filius inſtituitur hæ-
res, & legata reliquit, & teſtamentum in
capſa repoſuit, & non legit, neque legi
fecit, quod non valet pro vtroque de-
fectu ſolemnitatis ſcilicet, & voluntatis,
voluntatis tamen principaliter, pro quo
facit, quod dixit Bald. poſt. glo. in l. final.
de fideicom. col. penult. verſ. quæritur
9 hic nu. 16. quod per inſtrumentum pu-
blicum legitimi tabellionis, & bonæ fa-
mæ non probatur teſtamentum, in quo
ſeptem teſtes ſunt denominatiuè deſcri-
pti, quia teſtamentum debet per teſtiũ
ſolemnitatem probari, & aſſertio ſolius
tabellionis non eſt huiuſmodi, ſubdens
in fine quæſtionis, & ideo gloſ. conclu-
dit multum rationabiliter quod per ſo-
10 lam ſcripturam tabellionis, licet in ea
appoſiti ſint teſtes, non probatur teſta-
mentum, nec codicillus, voluit gloſ. ſin-
gularis in l. fideicommiſſa in princ. ff. de
legat. 3. in verb. quoties, dicens quod ſi
11 aliquis tabellio fecit imbreuiaturam te-
ſtamenti, nec legit coram teſtibus, quod
non valet iure teſtamenti, nec iure codi-
cillorum, tradit Bal. in l. ſtatutis in princ.
C. de ſenten. & interloc. omn. Iudic. vbi
dicit, quod ad hoc illa gloſ. eſt mirabilis,
faciunt optimè notata per Bart. in l. ſi is
qui ff. de teſtam. & in auth. ex imperfe-
cto C. eod. & per omnes cõmuniter, qđ
12 ſi teſtamentum deficit ratione volunta-
tis, nullo modo valet, etiam inter libe-
ros, tenuit conſulendo Alex. in conſ. 76.
ponderatis his col. 1. nu. 2. & col. penul.
nu. 10.

nu.10.in 3. vol.& tradit Afflict.in præalleg.decis.143.in 2.dub.ad fin.

Nec ista chartula probat defuncti voluntatem, vt instrumentum publicum quasi sit probatio probata, ad text. in l.præcibus C.de probat.cum simil.quia
13 adesse publici instrumenti multa requiruntur, & in primis quod Notarius sit rogatus, vt supra est conclusum, item subscriptio testium,& subscriptio Notarij, vt tradit glos. in l. generali in verbo seruituti in fin. C.de tabul.lib.10. item signum Notarij, vt supplet Bald. in l.1. §.editiones col.1.vers.nota quod in publicis instrumentis ff.de edend.vbi etiam ponit alia substantialia Specul.in tit. de instrumen.edi.§.breuiter in princ. Abb. in c.1. col.2.vers.debet enim in se continere de fide instrum.

Et licet de subscriptione testium dubitetur de iure communi, vt per Abb.in d.cap.1.de fide instrument. col.3. vers.
14 nono testes, tamen de iure Regni est de substantia, vt in constit. Regni instrumētorum robur, per quam constit. in Regno additur alia, & maior solemnitas,
15 quod cum Notario,& testibus interueniat Iudex Regius ad cōtractus, qui omnes se subscribant, vt in d.const. quę so-
16 lemnitas ne dum habet locū in contractibus, sed etiam in testamentis, vt per glos.ibi in ver. quæ in contractu, & per Afflict.decis.166. fuit dubitatum, idem tradit per aliam constitutionem Regni in locis demanij,& in constit. baiulos,& omnes Iudices,& hoc est datum pro for
17 ma in Regno, vt in d.constit.instrumentorum robur, quæ vltra procedit annullando actum, ibi contra prædictam autē formam instrumenta confecta in posterum nullam habeant firmitatem, quo casu succedit doctrina Bald.in l.1. ff.de liber.& postum.quod quando statutum
18 dat modum, quem statuit obseruari, & vltra procedit annullando actum in cōtrarium, dicitur datum à statuto pro forma, à qua nullatenus est recedendum, vt dicit Bald. in l.seruum quoque §.publicè col.1. vers.habemus hic ff. de procurat.& in l.final.§.hæc quidem C.de
19 iure deliber. & forma statuti dicitur esse substantialis, idem Bald. in l.comparationes in 3.oppos.C.de fide instrumen.
20 & si forma statuti nō seruetur actus est nullus, Petr.de Anchar.in cons.36.visa quadā petitione porrecta col.1. vers.sed statutū, Angel.in cons.88.præmisso, & in cons. 226.testamenti factio per totū, sed iste Notarius nō fuit rogatus nullus interuenit Iudex Regius ad contractus, nec etiam annalis, nulla subscriptio, nullum signum, nimirum si non potest dici publicum instrumentum, & quod propterea nullam fidem facit, nec aliquid probat.

Nec probat vt scriptura priuata, quia Francischella de Zaccha Actrix, & litis consortes, non solum nō fatentur asser-
21 tam chartulam, sed dixerunt, & dicunt illam falsam,& expresse negant Virderamum aliquid disposuisse in eius vltima voluntate, vnde oporteret vt aliquam probationem faceret, quod verificaretur per testes necessarios, qui fuissent præsentes, & vidissent testatorem ita disponentem, ad text. in l.scripturas cum ibi notatis C.qui potior. in pign. habea. in l.comparationes C.de fide instrumen.& tradit Alex. etiam inter liberos in cons. 76.colum.1.vers.vnde oportet,& vers. constat autem nu.3.& 4.in 3.vol.& in cons.181. in causa, & lite vertente col. 2.vers.& probatum est num.3.& 4.vol. 2. & Paul. de Castr.in consil. mihi 132. quantum ad contenta in prima posta col.1.vnde isti occupatores bonorum, & hæreditatis Virderamæ condemnandi sunt ad restituendum hæreditatem petitam actoribus venientibus ab intestato vna cū fructibus perceptis, & percipiendis, & ita indubitati iuris esse respondi.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Res tua tibi seruire non potest.*
2 *Res quæ fuit libera penes Baronem ab eo alicui concessa eodem modo libera est, & idem in dono Regio, & ratio nu.3.*

4 *Castrum à Rege alicui concessum, non facta mentione seruitij, vel in feudum, censetur concessum in allodium.*

5 *Secatis segetibus in terris appatronatis, non debetur Baroni ius fide, nisi iure seruitutis præscripta, vel cõstituta, quod est contra Fabriũ, & ita decisum in Sacro Consilio num. 6. quod procedit siue Dominus fundi pro eius vsu habeat, siue alijs locet etiam exteris, & ita decisum nu. 7. & 17.*

8 *De iure communi non potest Baro per viam publicam animalia transeuntia prohibere, nedum quando recto tramite ad alia loca nõ diuertunt, sed cum prope viam herbas alienorum agrorum comedunt, & idem de iure Regni nostri num. 9.*

10 *Baro habet solum authoritatem prohibendi per edictum, seu bannum, ne aliena animalia in territoria exterorum, seu Ciuium immictãtur, & ex hoc edicto in pęnam incidunt animalia.*

11 *Ius pascendi Baronibus ex forma communi priuilegiorum in Regno concessorum quid sit.*

12 *Per Regiam Camerã passim prohibetur, animalia per publicam viam transeuntia molestari, aut ab eis aliqua ratione aliquid exigi, dummodo aliena territoria, vel Baronis non ingrediantur, & in eis morentur.*

13 *Opinio Fabri circa ius fide declaratur.*

14 *Quod tibi non nocet, & alijs prodest ferendum est.*

15 *Si Baro in territorijs appatronatis, etiam haberet ius fide in casu proprij vsus sequeretur absurdum, q Ciues essent melioris conditionis in territorijs alienis, vt puta demanialibus Baronis, & Vniuersitatis, in quibus haberent vsum citra fide solutionẽ, contra quam prætentionem fuit iudicatum per Regiam Cameram nu. 16.*

18 *Regula res inter alios acta &c. procedit in possessorio iudicio.*

CONSILIVM LXXXXI.

Pro Venerabili Monasterio Sancti Stephani del boscho, contra Illustr. Principẽ Squillatij. an Baro possit animalia transeuntia prohibere, comedentia herbas alienorum agrorum prope viam existentes, & num in territorijs appatronatis habeat ius fide.

PORRECTA comparitione in Magna Curia Vicarię pro parte Venerabilis Monasterij Sancti Stephani de nemore qua petebatur mandari Illustr. Principi Squillatij, ac eius officialibus, quod minimè molestarent ipsius Monasterij, ac eius affictatorum, seu colonorum animalia pro prætenso Iure Iuuatici, ac per eam expeditis prouisionibus contra prænarratos, quod via facti nihil innouent eis intimatis, fuit pro parte Illustr. Principis allegata litis pendentia in Sacro Consilio, & prouiso qđ de ea doceatur, interim per officiales Domini Principis facta exequutione contra colonos, super quadam quantitate frumenti per eãdem Magnam Curiam fuit prouisum, quod exequutio facta restituatur, à quo decreto cum fuisset appellatum ad Sacrum Consilium media supplicatione prouisa quod fiat verbum, idem Sacrum Consilium censuit referente Domino Berricano tunc causæ commissario, benè fuisse prouisum per Magnam Curiam, & proinde exequutionẽ factam esse restituendam, cuius decreti exequutio ad huc nõ fuit habita, si quidem intimato decreto Illustr. Principi, respondit eidem cõpetijsse in dictis territorijs ius fidæ, pro quo dicit exequutionem fuisse factam, & non iure iuuatici, sed his non obstantibus per Dominum Mastrillum fuit prouisum quod restituatur exequutio prædicta, & pro obseruantia decreti, fuerunt expeditæ litteræ exequutoriales, & earũ obseruatoriales, & iam destinabatur eius sumptibus cõmissarius pro earum exequutione, nisi fuisset obtenta Regia decretatio, quod idem Dominus Mastrillus relationem faciat Sacro Consilio.

Ad præsens iudicandum, ac disceptan-

tandum est, si prætensa ex aduerso in dicta resposione impedire possunt exequutionem decreti prelibati, Sacri Consilij, & successiue restitutionem exequutionis, & si illa de iure procedere possũt respectu iuris fidæ in dictis territorijs dicti Monasterij, & quidem ex infra dicendis in iure veris existentibus, nulli Iudicantium dubium fiet prænarrata omnia vt supra prætensa esse vana.

Primo restitutio exequutionis impediri non potest ex responsione prædicta, nempe Illustr. Princeps tam in Magna Curia, quam in Sacro Consilio semper vsque ad interpositionem dicti decreti prætendit exequutionem fuisse factam respectu iuris iuuatici, non iuris fidæ, vt patet ex eius comparitione, respectu cuius tantum allegauit litis pendentiam iam dictam in Sacro Consilio per dictam eius supplicationem, & instantiã, ac responsionem factam in Sacro Consilio, igitur cum fuerit interpositum dictum decretũ, quod exequutio restituatur ea ratione, quia Illustr. Principi non competit ius illud iuuatici, vt ex decreto Sacri Consilij illius exequutio non est impedienda per factum Principis ad ius fidæ.

Secundo siquidem dicto Illustr. Principi in territorijs prenarratis nullum ius fidæ competit. Primo siquidem territoria prænarrata apparent Monasterio dono concessa per Gulielmum Carbonellum Dominum dictæ Terræ Simbalis, in cuius persona dicta territoria erant libera citra seruitutem hanc iuris fidæ, cum
1 res sua sibi seruire non potest, ex regula text. in l. si quis ædes ff. de seruit. vrbanorũ prædior. & l. vti frui. ff. si vsusfru. peta. & tradidit Andr. in cap. 1. num. 13. ex quibus causis feud. amict. vbi apostil. copiosa Liparoli in verb. in feudum, si ergo ita libera erant penes Gulielmum,
2 & Dominos dictæ terræ, igitur eodem modo libera fecerunt transitum pœnes Monasterium iuxta tradita per Andr. loquentem in dono Reg. in cap. 1. num. 3. qualiter vass. iurare deb. fideli. ea ratio-
3 ne quia concedit ita liberam rem, qualis est pœnes ipsum, vbi duæ apostill. Liparoli in ver. liberè, & in ver. seruitute, qui adducit Aluar. in cap. fin. num. 9. quid sit inuestit. & ea ratione iure sancitum ex-
4 tat, castrum à Rege titio concessum, non facta mentione seruitij, vel in feudum censeri concessum in allodium, ita latissimè Andr. in d. cap. 1. num. 13. vbi prædicta copiosa apostill. in ver. in feudum, quibus accedunt verba priuilegiorum Monasterio concessorum suarum rerum videlicet, *cum libertatibus, & immunitatibus suis*, preterea tertio prenarratis ad-
5 ditur, verã esse sentẽtiã, secatis segetibus in terris appatronatis non deberi Baroni ius fidæ, nisi iure seruitutis præscriptæ, vel cõstitutæ, explosa Fabri opinione in instit. de lege fus. cani. ita copiosè Frecc. lib. 2. subfeud. auth. 46. narratque
6 Sacrum Consilium ipso referente censuisse lite pendente, Baronẽ debere abstinere in causis Terræ Ipsicro, & Ciuitatis Campanæ, cum eius vtilibus Dominis, licet dicat in Prouincia Ydrũtina, 1 secus tentari posse, idem etiam copiosè firmauit Didac. Couarr. lib. pract. quæst. cap. 37. quæ omnia fundant Monasterij 1 libertatẽ, siue territoria pro eius vsu habeat, ac teneat, siue alijs, locet et exteris,
7 quemadmodum Sacrum Consilium censuit contra Comitem Simbalis, vt ex decreto in processu veteri his verbis, *quo ad quadragesimum sextum grauamen fuit prouisum quod nõ liceat exigere prædictos carolenos duodecim prætensos pro iure iuuatici, sed sit saluum ius dicto Comiti exigere fidam, & diffidam in casibus, in quibus ei competit dicta fida, & diffida, præterquam in locis priuatis dictorum Ciuium, qui concedunt territoria propria dictis exteris*, quod iam fuit cõfirmatum per aliud decretum eiusdem Sacri Consilij in eodem processu, & in facto bene probatum est, quod nunquã Domini Terræ Simbalis possiderunt ius fidæ in territorijs priuatorum.

Insuper ad prædictorum corroborationem asseueramus, quod siue quærimus dispositionem iuris communis, nõ
8 potest Baro per viam publicam animalia

tran-

transeuntia prohibere, ne dum quando
recto tramite ad alia loca non diuertūt,
sed cum prope viam herbas alienorum
agrorum comedunt, cap.1.§.final.de
pace tenen.vbi Andr. & alij, siue actten-
9 dimus Regni constitutionem, cum per
partes Apuleæ, quæ est communis in
toto Regno, & constitutionem si quan-
doque idem disponit cum maiori tñ co-
10 moditate, solum Baro habet auctorita-
tem prohibendi per edictum, seu ban-
num, ne aliena animalia in territoria
exterorum, seu Ciuium immictantur,
& ex hoc edicto in pœnam incidunt ani-
malia, iuxta tradita per Beltr.in conf.61.
1.volum.Luc.de Penna in l. insignis C.
de pascu. publ. & hoc est, quod dicitur
11 ius pascendi Baronibus ex forma com-
muni priuilegiorum in Regno conces-
sorum, de quo per Luc.in l.quicumque
de fund. limitro. cum his quæ congessit
Frecc.lib.2. subfeud. d.auth.46. vbi la-
tissimè, cum igitur animalia illorum,
qui conducunt, vel colunt prædicta ter-
ritoria Monasterij per viam publicam
tramite recto ad ipsa territoria accedūt,
nilque de herbis agrorum prope viam
publicam existentium sumunt, pro eis
nihil debetur, nec ratione prætensæ fi-
dæ, quia id esset contra ius commune,
& constitutionum Regni, nec ratione
diffidæ, quæ non potest figurari, nisi ter-
ritoria propria Baronis, vel aliorum pri-
uatorum contra formam banni, vel edi-
cti, ingrederentur, vel in eis morarentur,
12 hinc est quod per Regiam Cameram
passim prohibetur animalia per publi-
cam viam transeuntia molestari, aut ab
eis aliqua ratione aliquid exigi, dum-
modo aliena territoria, vel Baronis, non
ingrediantur, & in eis morentur, & ita
fuit prouisum, & declaratum per Regiā
Cameram in causa Magn.Baronis Btise-
gnæ, cum Ciuitate Litij.

Et nouissime punctum præsentis cau-
sæ magis particulariter, & propriè per-
stringendo asseueramus Sacrum Consi-
lium cernere ex responsione Illustr. Prin
cipis, aduersus decretum ipsius licet per
saltum facta, eundem Illustr.Principem
prætendere exequutionem contra colo-
nos Monasterij fuisse factam pro iure
fidæ animalium dicti Monasterij, ac eius
colonorum pascua sumentium in pro-
prijs Monasterij territorijs, id quod mi-
nime fundari poterit, nec in facto, quia
nulla fidę cōuentio apparet, nec in iure.
Primo quia dato quod vera esset Fab.
13 vbi supra opinio, sicut falsa est, tamen
cessat in casu pro vsu propriorum ani-
malium depascentium in proprijs terri-
torijs, si quidem cessat in eo ratio per
ipsum assignata, quæ est quod tibi non
14 nocet, & alijs prodest, ferendum est,
quia ex solutione fidæ nascitur damnū,
seu nocumentum Dominis proprijs.
Secundo prætensio prænarrata cernitur
contra casum, l.si venditor §. constat in
fin.ff.comm.prædior. Tertio quia si Ba-
15 ro in territorijs appatronatis etiam ha-
beret ius fidæ in casu proprij vsus, se-
queretur maximum absurdum, quod
Ciues essent melioris conditionis in ter-
ritorijs alienis, vt puta demanialibus, Ba-
ronis, & Vniuersitatis, in quibus habe-
rent vsum citra fidæ solutionem, vt
Frecc. testatur vbi supra, ex dictis Petri
de Antiboli, & Couarr.lib.1.variar. re-
solut.cap.17.nu.11.ver.his vero, quam
in proprijs territorijs, id quod præten-
di, ac dici nullo iure est ferendum, seu
permictendum, contra quam præten-
16 sionem iudicauit Regia Camera in cau-
sa Vniuersitatis Litij, cum Magn. Fore-
stario forestæ eiusdem Ciuitatis, vt ex
decreto ipsius, prout in dicto proces-
su currenti, quo decreto etiam apparet
17 iudicatum non solum in beneficium
Dominorum propriorum territoriorū,
verum etiam ab eis causam habentium
affictus titulo, quemadmodum etiam
Sacrum Consilium iudicauit contra
Comitem Simbalis, vt ex decretis
prælibatis, sed hæc ex abundanti di-
cuntur quandoquidem hodie non
tractamus despicis, sed de herbis,
quæ cum sint Domini territorij, cum
velit Dominus loci, seu terræ illis
vti iuris præsumptio repugnat per præ-
dicta, & interim debet abstinere

Yy pen-

pendente lite, & quatenus despicis tractaretur, quod nō est in processu adhuc deductum Monasterium fuit, & est in pacifica possessione illa vendendi, & de eis disponendi, & extant instrumenta venditionis earum, & decretum prætensum, non est cum ipso, sed cum Vniuersitate Simbalis, & ipsum non afficit, nec aliquod facit præiudicium, cum re-
18 gula res inter alios acta procedit in possessorio iudicio cap. cum super de re iudic. & in particulari Curt. in conf. 72. col. 2. reiectis, quæ ex aduerso allegantur ex dictis Floriani in l. seruitutem ff. de seruit. tum quia (re vera) ponderatis verbis, & mente ipsius, hoc non dicit, nec dicere cogitauit, tum quia prædicta repugnarent, quæ vera sunt, vt considerauerunt Domini de consilio in decis. Domini de Franch. 158. & ita in omnibus iudicandum, & respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 2. adde quod pascua licet sint dominorum loci, quo ad iurisdictionem, tamen quo ad vsus Ciues debent eius animalia pasculare, Bertran. in cons. 37. quamuis lib. 1. in nouis, & in materia pascuorum statur antiquitati Bal. in cap. 1. de pac. constan. num. 14. & nota quod concesso iure pascendi, venit etiā ius aquandi necessarium, text. est notab. & Peregr. in l. 1. C. de mancip. & colon. lib. 11. & ibi Bart. aliqua per Capyc. in decis. 189. & Gram. in decis. 67. & concesso iure pascui venit ius pernoctandi, & tugurium faciendi ad euitandum hiemem, l. veluti in fin. ff. de seruit. rustic. præd. & scias quod non licet depasci in prædijs alterius inuito Domino, Andr. in cap. 1. §. final. de pac. tenen. Alex. in conf. 35. vol. 4. per totum, & præcipue post num. 7. & in hac materia pascui, & fidæ, & diffidæ, vide omnino Affl. in dec. 290. & ibi Vrsill. Aymon. in conf. 55. & conf. 153. & conf. 292. Loffred. in conf. 25. Corn. in conf. 63. volum. 4. Capyc. in decisio. 152. Præs. de Franch. in decisio. 197. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 245. fol. 262.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio cap. reintegrandæ 3. q. 1. ex sola possessionis probatione, nullo tamen spolio probato habet intentionem fundatam.*

2 *Probata possessione antiquiori in personā agentis, & recentiori in personam conuenti, re ipsa censetur probata spoliatio, maxime si recentior possessio conuenti sit absque titulo saltim colorato.*

3 *Remedium cap. reintegrandæ est tantum fundatum in antiquiori possessione.*

4 *Remedium cap. reintegrandæ probata tamen antiquiori possessione, competit etiam male fidei possessori.*

5 *Agenti remedio cap. reintegrandæ, non est necesse probare dominium proprium.*

6 *Agenti dicto remedio, & antiquiorem possessionē probanti, non potest opponi exceptio dominij.*

7 *In contractu emphiteotico requiritur necessario scriptura.*

8 *Contractus emphiteoticus dicitur, etiam quod fit ad tempus quando res conceditur in emphiteusim à Domino.*

9 *In alienatione rei Ecclesiasticæ requiritur necessario scriptura ob scriptionem necessariam omnium Monachorum, & Religiosorum Ecclesiæ alienantis.*

10 *Concilium Tridentinum declarat irritas locationes, seu concessiones rerum Ecclesiasticarum citra triginta annos factas.*

11 *Procurator sine consensu capituli, non potest facere preiudicium Ecclesiæ.*

12 *Procurator Ecclesiæ non potest facere alienationem sine omnium Religiosorū consensu, & subscriptione.*

13 *Remedium dicti cap. reintegrandæ, est perpetuum, & tempore non potest præscribi, & si potuisset præscribi, non posset præscribi sine titulo.*

14 *Sine titulo possidens præsumitur constitutus in mala fide.*

15 *Male fidei possessor nullo vnquam tempore*

pore

pore præscribit de iure canonico.

16 *Possessor malæ fidei nec spatio centenario præscribit.*

17 *Conductor locationem simplicem prætendens debet possessionem relinquere, & postea agere de dominio.*

CONSILIVM LXXXXII.

Pro Venerabili Monasterio Sancti Francisci de Oira, contra illos de Forleo. Remedium cap. reintegranda est tantum fundatũ in antiquiori possessione, & ideo illã probans nullo spolio probato obtinere debet, & plura de dicto remedio, & in alienatione rei Ecclesiastica requiritur necessario scriptura.

MONASTERIVM S. Francisci de Oira tenens, & possidens tãquam verus Dominus quandam maxariam positam in dicta Ciuitate Oiræ ab antiquissimo tẽpore, cum paucis ab hinc annis indebitè, & minus iuste possidetur ab illis de Forleo conuentis, egit in Mag. Cur. Vic. remedio c. reintegrandæ 3. q. 1. quæstionis modo est an dictum Monasterium agens dicto remedio extrema habilia probauit taliter quod sententiam in sui fauorem reportare possit.

Et quidem nulli omnino ambigendũ est Monasterium in hoc possessorio iudicio victorem esse existimandum, probauit etenim antiquiorem possessionem suam, & recentiorem dictorum conuentorum testibus pluribus luce meridiana clarius hoc probantibus.

1 Ex hac sola possessionis probatione iura sanserunt fundatam esse intentionẽ iam narrati Monasterij agentis remedio d. cap. reintegrandæ, nullo tamen spolio probato, ita tradiderunt Innocent. & alij post in c. sæpe de restit. spoliat. idem in c. post electionem de concessio. Abb. in cap. si diligenti de præscript. & idem discutiendo latissimè dicit ita consuluisse in cap. cum ad sedem in 5. col. de restit. spoliat. Alex. in cons. 6. 2. col. 3. vol. & idem in cons. 89. 5. vol. & Bart. Socc. in cons. 266. incip. in causa vers. 4. videndũ cum seq. 2. vol. & ratio est secundum

2 Bal. quia probata possessione antiquiori in personã agentis, & recentiori in personam conuentorum re ipsa probata cẽsetur spoliatio, & eo impensius in præsenti themate cum recentior possessio conuentorum sit absq; titulo saltim colorato, vt refert in l. penult. in pen. col. C. si à non compet. Iud. per text. in l. si coloni de agric. & cens. lib. 11. C. & sequitur Alex. in d. cons. 6. 3. vol. nec isto casu est necesse iustificare dictam possessionem agenti remedio dicti Canonis reintegrandæ, etenim huiusmodi reme-

3 diũ est tm̃ fundatũ super antiquiori possessione, ita scriptum reliquit Innoc. quẽ sequuti fuere, Ant. de Butr. & Abb. in d. c. sæpe de restit. spoliat. & idem Abb. in c. cum ad sedem eod. tit. imo Ant. de Butr. in d. c. sæpe, & Rom. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poss. tradiderunt hu-

4 iusmodi remedium probata tamen antiquiori possess. competere etiam malæ fidei possessori, quos fuit etiã sequutus Alex. in d. cons. 6. vers. & ad hoc ostendendum in fin. 3. volum. insuper quod

5 agenti remedio prędicto non sit necesse probare dominium proprium, tenuerũt omnes Doct. nullo penitus dissentiente, quos omnes in specie refert, & sequitur Bart. Soccin. in d. l. rem quæ nobis in 9. quæst. princ. ver. circa primum, ipse concludit, ex mente Egidij Bellamer. in de-

6 cis. Rotæ 36. cui ita agẽti, & antiquiorẽ possessionem probanti non potest opponi exceptio dominij, secundum verã, & cõmunem opinionẽ, vt latè per Alex. in d. cons. 6. col. 5. vers. tunc nec est etiã si diceretur, quam opinionem tamquam communem fuit sequutũ Sacrum Consilium, vt copiosissime referendo omnes Doct. pro & contra testatur Afflict. in decis. 361. nu. 33.

Ex aduerso rñ nil allegatur in facto, poterunt tamen opponi duo, quod ipsi habuerunt huiusmodi maxariæ concessionem per viginti nouem annos à dicto Monasterio, siñ quod videtur de auditu

Yy 2 depo-

deponere Antonius Monacus super libro Monasterij præsentato per dictos Conuctos, in quo cõfitetur Guardianus recepisse quasdã frumẽti sũmas à dictis Conuctis de Forleo pro decima cuiusdã maxariæ secundo dictos cõuentos possedisse per annos trigintaquinque incirca, taliter quod censetur præscriptum per eos remedio prædicto.

Quibus faciliter respondetur, & primo non obstat etenim vt supra fundatũ est agenti remedio iam narrato non potest opponi exceptio dominij. Secundo & si opponi potuisset, non obstat, idque cum cõcessio huiusmodi non probatur per testes, sed per scripturam, ex quo in
7 contractu emphiteotico requiritur necessario scriptura, prout copiosè refert Ias. in l. 1. nu. 61. vsque ad 64. C. de iure
8 emphit. & dicitur contractus emphiteoticus, etiam quod sit ad tempus, quando res conceditur in emphiteusim a Domino, secundum eundem Ias. in d. l. 1. nu. 39. eo impensius cum esset alienatio rei
9 Ecclesię, in qua requiritur necessario scriptura obscriptionem necessariam omniũ Monachorum, & Religiosorum Ecclesię alienantis, ita dixit glos. in cap. 1. versic. Vniuersitas de censib. in 6. per text. in cap. fine exceptione 12. quæst. 1. c. hoc ius porrectum 10. quæst. 11. cap. 1. de his quæ fiunt à prælatis, & in cap. bene 96. dist. Tertio quia fuisset transactum tempus annorum viginti nouem prædictorum, taliter quod finito tempore deberet, sicut debet spectare ad Ecclesiam. Quarto & si tempus durasset, & omnia legitime essent probata, vtique etiam obtinere debet Ecclesia ipsa, itaque cum
10 sinodus sancta Tridentina huiusmodi concessiones irritas, & inanes reddit, cuius verba sunt hæc in sess. 25. c. 11. circa finẽ, *locationes vero rerum Ecclesiasticarum etiam, auctoritate Apostolica confirmatas sancta Sinodus irritas decernit quas à triginta annis citra ad longum tempus, seu in nonnullis partibus ad viginti nouem, seu bis viginti nouem annos (vocant) factas*, nec liber præsentatus probaret, tum quia non probatur solutio census maxariæ in actis deductæ, sed dicitur simpliciter maxariæ, tum etiam quia per procuratorem Ecclesiæ non potuisset sine consensu capituli fieri,
11 quia non potest facere præiudicium Ecclesiæ, secundum Afflict. in decisio. 245. post num. 11. per glos. in cap. dudum extra de elect. in cap. final. vbi Abb. plenissime extra de præscriptio. &
12 etiam quia ex dicto procuratore non potuisset fieri, & induci dicta alienatio sine omnium Religiosorum consensu, & subscriptione vt supra firmatum est.

Tertio respondetur præscribi non potuisse dicto remedio per iam narratã prætensam possessionem. Primo quia
13 dictum remedium est perpetuũ, & minime tempore præscriptibile, iuxta glos. quam sequuti fuerunt Io. Andr. & Anton. de Butrio in cap. sollicitè de reddit. spoli. & idem sentit in cõsulendo Alex. in d. cons. 6. 5. colum. vers. & quod remedium agendi. Secundo demus non concedendo prælibatum remediũ præscriptibile illud per conuentos præscribi non potuisset sine titulo, quem nec allegauerunt, nec probauerunt iuribus, ad hoc vulgatis, & tam est, quia sine titulo
14 possidens præsumitur constitutus in mala fide, iuxta tradita per glos. & Bar. ibidem in fine, in l. cum quærebatur C. vnde vi, & per Afflict. in cap. 1. §. si quis per triginta in primo not. nu. 10. si de feud. fuer. controuers. quia male fidei
15 possessor nullo vnquam tempore præscribit de iure canon. quod in huiusmodi materia peccati maxime est attendendum postposita omni contraria iuris ciuilis dispositione forsan estante, cap. possessor de reg. iur. in 6. & in cap. final. extra de præscriptio. per quæ iura dixit Franc. Balb. in tractatu præscript. in 6. quæst. 2. par. tertię part. princ. fultus hijs iuribus sic negatiuæ, & generaliter lo-
16 quentibus possessorem malæ fidei, nec spatio centenario pręscribere, quod est notatu dignum, & si conuenti lo-
17 cationem simplicem prætenderent, debet se possessione priuari, iuxta text. in l. si quis conductionis C. locati, vt per Affil. decis.

decis. 7. ex quibus omnibus affirmo partes Magnificorum Iudicantium esse versandas in iudicando maxariam prædictã esse reintegrandam ad dictum Monasterium, & ita in omnibus respondendum & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 13. adde quod dictum remedium cap. reintegrandæ sit perpetuum, & sine temporis præfinitione competat dicit Puteus fuisse per illũ Senat. decisum in decis. 115. lib. 1. licet ipse in contrario voto fuisset, sed Antonin. Thesa. in decis. 29. num. 2. decisum refert huic remedio præscribi per decem annos.

Ad nu. 15. adde quod quando adest mala fides, nõ potest præscribi, nec præscriptione immemorabili quo casu non procedunt l. sicut, & l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. ann. Aymon. in cons. 146. num. 2. Cæphal. in cons. 724. num. 41. cum seqq. vol. 5. Afflict. in decis. 13. nu. 6. & ibi Vrsill. nu. 9. in fin. & in add. decis. 329. in fin.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Diuersitas summæ, & diuersitas personæ denotant diuersitatem in substantia.*

2 *Licet solutio sit pro eadem causa, soluendo alteri, quam vero creditori male soluitur.*

3 *Obligatio quando non est facta nomine societatis, sed simpliciter præsumitur eum, qui fecit suo nomine stipulasse, & quomodo limitetur nu. 8. 9. & 14.*

4 *Persona extrinsecus non subintelligitur, nisi exprimatur.*

5 *Pluralitas debitorum, aut causarum, non præsumitur, quod procedit etiam si esset aliqua diuersitas summæ inter instrumentum, & solutiones vt nu. 6.*

7 *Nemo præsumitur iactare suum, aut quid soluere sine causa, & cum de alia causa non probetur, præsumitur pro ea quæ producitur.*

10 *Actus sequens censetur factus in exequutionem præcedentis tractatus.*

11 *Si quis sit constitutus procurator ad certũ aliquid faciendum, si illud faciat licet non exprimat facere procuratorio nõmine tamen præsumitur procuratorio, & non proprio nomine fecisse.*

12 *Si præcedit mandatũ alicuius de aliquo faciendo, & tu facias postea licet non exprimas tamen præsumitur, quod nomine illius feceris.*

13 *Si tutor fecerit, id quod testator iussit præsumitur in dubio nomine pupilli facere licet non exprimat.*

15 *Argumentum à communiter accidẽtibus est probabile.*

CONSILIVM LXXXIII.

Pro Magnifico Fabio de Gaeta, contra Nucium de Laino. Pluralitas debitorum aut causarum, non præsumitur etiam si esset aliqua diuersitas summæ inter instrumentum, & solutiones, & obligatio facta simpliciter quando præsumatur facta nomine societatis, vel Domini.

IN causa Mag. Fabij de Gaeta, cum Nucio de Laino, duo vidẽtur ipsi Fabio principaliter obstare. Primo quia obligatio continet summam duc. 380. solutio autem quæ prætenditur facta Mag. Mario est ducat. 300. tan-
1 tum, diuersitas summæ, & diuersitas personæ denotat diuersitatem in substantia l. cum quæritur de except. rei iud. Secundo obligatio cantat in personã Nucij, & de Mag. Mario verbum nullum,
2 & sic dato quod solutio prædicta sit pro eadem causa soluendo alteri quam vero creditori male soluit, l. soluendo ff. de negot. gest. nec obstat si diceretur quod Magn. Marius, & Nucius erant socij gabellæ farinæ Ciuitatis Cosentiæ eo tempore, & debitum fuit comune, nam re-
3 spondeo quod obligatio non est facta nomine societatis, sed simpliciter, & sic præsumitur suo nomine stipulasse, Bald. in l iure societatis ff. pro soc. Alex. cons. 217. lib. 7. Dec. in l. si socius ff. si cert. pet. Pari. cons. 93. & 94. lib. 1. facit text. in l.

11 *Si aliquis tabellio fecit imbreuiaturam testamenti, nec legit coram testibus, nõ valet nec iure testamenti, nec iure codicillorum.*

12 *Si testamentum deficit ratione voluntatis nullo modo valet etiam inter liberos.*

13 *Ad essentiam publici instrumenti plura requiruntur.*

14 *De iure Regni subscriptio testium in instrumento est de substantia.*

15 *In Regno cum notario, & testibus interuenire debet Iudex Regius ad contractus, qui omnes se subscribant, quod habet locum etiam in testamentis nu. 16. & hoc est pro forma in Regno, alias annullatur actus nu. 17.*

18 *Quando statutum dat modum quem statuit obseruari, & vltra procedit annullando actum in contrarium, dicitur datũ à statuto pro forma, à qua nullatenus est recedendum.*

19 *Forma statuti dicitur esse substantialis.*

20 *Si forma statuti non seruatur actus est nullus.*

21 *Quando scriptura priuata negatur ad illam probandam necesse est quod verificetur per testes necessarios qui fuerint præsentes, & viderint testatorem ita disponentem.*

CONSILIVM LXXXX.

Pro Franciscbella de Zacca, & litis consortibus. Testamentum quod deficit in sollemnitate, & voluntate non tenet, & de multis requisitis necessarijs in confectione tam testamenti in scriptis, quam nuncupatiui, & ad essentiam publici instrumenti quæ requirantur.

ISTA chartula asserti testamenti Virderamæ de Zacca de Ciuitate Liparis nullã fidem facit, nec de ea aliqua est habenda ratio, nec vt testamentũ, nec vt quælibet alia vltima voluntas, nec vt scriptura publica, nec vt priuata, & deficit in solemnitate, & voluntate, & propterea omnino respuenda, ex infrascriptis.

Primo nõ constat assertum notarium rogatum, vt habetur in asserto testamento, ibi *in domo Virderamæ de Zacca intus menia dictæ Ciuitatis in contrata*, & reliqua *inuenimus Virderamã in lecto*
1 *&c.* & Notarius nõ potest facere instrumentum de aliquo actu, nisi de eo fuisset requisitus, & rogatus ab eo cuius interest, ad text. in authent. de tabellio. §. nos autem, tradit Bald. in rubr. de fide instrument. col. 2. vers. sequitur videre num. 6. Bar. in authent. si quis in aliquo col. final. vers. respondeo num. 8. C. de
2 eden. & rogatus nõ præsumitur nisi saltim ipse asserat se rogatum, Innoc. in cap. 1. col. 2. vers. item nota nu. 7. de fide instrum. & ibi sequitur Abb. col. 6. vers. tertiodecimo requiritur, Ang. in l. sciendum in repetit. col. 4. vers. primo Notarius nu. 15. de verb. oblig. idem Ang. in l. quecumque §. fin. vers. ex præmissis ff. de public. & in consil. 34. reperitur per manus cuiusdam Notarij vers. item ex quo prima scriptura, & in cons. 400. ex dicto th:mate par. 2. Roman. in consil. 306. proposita consultatio col. 1. versic. quod autem nu. 2. & sequitur Alex. in d. l. sciendum col. 10. vers. tene opinionem de verb. oblig.

Secundo licet ex lectura istius chartulæ presentatæ in processu non appareat, quomodo voluisset illam conficere hic Notarius, tamen videtur quasi voluerit condere testamentum in scriptis clausũ, & sigillatum, vt nemo habeat notitiam eorum quæ ibi describebantur, ibi *hoc præsens testamentum in scriptis facere vult. &c.* & in fine *die primo Septembris* 1556. *supradicti testes non habentes sigilla se contentauerunt, & contentantur, quod ego Notarius habeam sigillare cum meo solito, & consueto sigillo &c.* actus iste occultus magis arguit fraudem quã probet testamentum in scriptis, & vt testamentum in scriptis non valet propter multos defectus substantiales. Primo
3 quia non apparet fuisse subscriptum per testatorem propria manu, si fuisset literatus,

ratus, vel si illiteratus non apparet adhibitus octauus testis, vt est de substantia. Secundo non constat quod tenuerit testamētum in manu, nec quod dixit illud esse suum testamentum coram testibus. Tertio non apparet fuisse subscriptum, & sigillatum à testibus in præsentia testatoris, quæ omnes solemnitates cum requirantur de necessitate in testamento in scriptis, vt in l. hac consultissima C. de testam. & in l. iubemus C. eo. his non adhibitis fuit, & est nullum, vt tradit Aret. instit. de testam. in princ. col. 2. vers. nota in fin. nu. 4. Io. Fab. eod. tit. §. possunt col. fin. Doctor. omnes in d. l. hac consultissima, Paul. de Castr. in l. hæredes palam in princ. ff. de testam, vbi dicit, qđ
4 tresdecim requisita sunt necessaria in testamento in scriptis, & est decisum in Sac. Cons. vt per Afflict. dec. 143. verum testamentum [illegible]

5 Nec valet vt testamentum nuncupatiuum, quia hæredes non solummodo sunt nominati, vt exaudiantur à testibus explicitè, vt in l. hæredes palam. in princ.
6 ff. de testam. sed nec implicitè per relationem ad aliud, quod saltim fieri debet ad testamenti nuncupatiui validitatem, iuxta ea quæ tradit Bart. in l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstrat. vbi dixit, quod si testator coram septem testibus dicat instituo hæredes, vel facio testamentū meum in omnibus, & per omnia, prout continetur in quadam cædula manu mea confecta, quam dimisi pœnes Guardianum fratrum minorum, testamentum tunc valebit, & erit nuncupatiuum, nuncupatione implicata, ad text. in l. asse toto ff. de hæred. instituen. & in l. quem hæred. ff. de reb. dub. & ibi tradit Bart. voluit Bald. in d. l. asse toto in fin. in l. captatorias colum. 2. vers. quarto quæritur, & quinto quæritur num. 10. & 11. & Paul. de Castr. in d. l. hæredes palam. in princ. hic autē nec explicitè, nec implicitè aliquid fuit comprehensum, quinimo hæredis institutio penitùs omissa ibi, *& quia caput & principiū &c.* nimirum si non valet vt nuncupatiuum.

7 Nec valet vt codicillus, seu quælibet alia vltima voluntas, postquam de voluntate defuncti non apparet per dictam chartulam, nec aliquis testificatur in toto processu illam fuisse voluntatem defuncti, de qua voluntate in primis constare debet l. hac consultissima §. at cum humana fragilitas C. qui testam. facere poss. & ibi not. Cyn. Bald. & Salyc. tradit Ioan. And. in addit. spec. in tit. de testament. §. in primis in addit. quæ incipit quidam Pyleus, prope fin. & propterea dixit Salyc. in l. hac consultissima §. ex imperfecto, & in authent. quod fine col. 2. vers. quæro quid si scriptura C. de
8 testament. quod si pater scripsit suum testamentum, in quo filius instituitur hæres, & legata reliquit, & testamentum in capsa reposuit, & non legit, neque legi fecit, quod non valet pro vtroque defectu solemnitatis scilicet, & voluntatis, voluntatis tamen principaliter, pro quo facit, quod dixit Bald. post. glo. in l. final. de fideicom. col. penult. vers. quæritur
9 hic nu. 16. quod per instrumentum publicum legitimi tabellionis, & bonæ famæ non probatur testamentum, in quo septem testes sunt denominatiuè descripti, quia testamentum debet per testiū solemnitatem probari, & assertio solius tabellionis non est huiusmodi, subdens in fine quæstionis, & ideo glos. concludit multum rationabiliter quod per so-
10 lam scripturam tabellionis, licet in ea appositi sint testes, non probatur testamentum, nec codicillus, voluit glos. singularis in l. fideicommissa in princ. ff. de legat. 3. in verb. quoties, dicens quod si
11 aliquis tabellio fecit imbreuiaturam testamenti, nec legit coram testibus, quod non valet iure testamenti, nec iure codicillorum, tradit Bal. in l. statutis in princ. C. de senten. & interloc. omn. Iudic. vbi dicit, quod ad hoc illa glos. est mirabilis, faciunt optimè notata per Bart. in l. si is qui ff. de testam. & in auth. ex imperfecto C. eod. & per omnes cōmuniter, qđ
12 si testamentum deficit ratione voluntatis, nullo modo valet, etiam inter liberos, tenuit consulendo Alex. in cons. 76. ponderatis his col. 1. nu. 2. & col. penul. nu. 10.

nu.10.in 3. vol.& tradit Affliĉt.in præalleg.decif.143.in 2.dub.ad fin.

Nec ista chartula probat defuncti voluntatem, vt instrumentum publicum quasi sit probatio probata, ad text. in l.præcibus C.de probat.cum simil.quia
13 adesse publici instrumenti multa requiruntur, & in primis quod Notarius sit rogatus, vt supra est conclusum, item subscriptio testium,& subscriptio Notarij, vt tradit glos. in l. generali in verbo seruituti in fin. C.de tabul.lib.10. item signum Notarij, vt supplet Bald. in l.1. §.editiones col.1.vers.nota quod in publicis instrumentis ff.de edend.vbi etiam ponit alia substantialia Specul.in tit. de instrumen.edi.§.breuiter in princ. Abb. in c.1. col.2.vers.debet enim in se continere de fide instrum.

Et licet de subscriptione testium dubitetur de iure communi,vt per Abb.in d.cap.1.de fide instrument. col.3. vers.
14 nono testes, tamen de iure Regni est de substantia,vt in constit. Regni instrumētorum robur, per quam constit. in Regno additur alia, & maior solemnitas,
15 quod cum Notario,& testibus interueniat Iudex Regius ad cōtractus,qui omnes se subscribant,vt in d.const. quę so-
16 lemnitas ne dum habet locū in contractibus, sed etiam in testamentis, vt per glos.ibi in ver. quæ in contractu, & per Afflict.decis.166. fuit dubitatum, idem tradit per aliam constitutionem Regni in locis demanij,& in constit. baiulos,& omnes Iudices,& hoc est datum pro for
17 ma in Regno,vt in d.constit.instrumentorum robur,quæ vltra procedit annullando actum, ibi contra prædictam autē formam instrumenta confecta in posterum nullam habeant firmitatem, quo casu succedit doctrina Bald.in l.1. ff.de liber.& postum.quod quando statutum
18 dat modum,quem statuit obseruari, & vltra procedit annullando actum in cōtrarium,dicitur datum à statuto pro forma, à qua nullatenus est recedendum, vt dicit Bald. in l.seruum quoque §.publicè col.1. vers.habemus hic ff. de procurat.& in l.final.§.hæc quidem C.de
19 iure deliber. & forma statuti dicitur esse substantialis,idem Bald.in l.comparationes in 3.oppos.C.de fide instrumen.
20 & si forma statuti nō seruetur actus est nullus, Petr.de Anchar.in cons.36.visa quadā petitione porrecta col.1. vers.sed statutū, Angel.in cons.88.præmisso, & in cons. 226.testamenti factio per totū, sed iste Notarius nō fuit rogatus nullus interuenit Iudex Regius ad contractus, nec etiam annalis,nulla subscriptio,nullum signum,nimirum si non potest dici publicum instrumentum, & quod propterea nullam fidem facit, nec aliquid probat.

Nec probat vt scriptura priuata, quia Franciſchella de Zaccha Actrix, & litis consortes, non solum nō fatentur asser-
21 tam chartulam, sed dixerunt, & dicunt illam falsam,& expresse negant Virderamum aliquid dispofuisse in eius vltima voluntate, vnde oporteret vt aliquam probationem faceret,quod verificaretur per testes necessarios, qui fuissent præsentes, & vidissent testatorem ita disponentem, ad text. in l.scripturas cum ibi notatis C.qui potior. in pign. habea. in l.comparationes C.de fide instrumen & tradit Alex. etiam inter liberos in cons. 76.colum.1.vers.vnde oportet,& vers. constat autem nu.3.& 4.in 3.vol.& in cons. 181. in causa, & lite vertente col. 2.vers.& probatum est num.3.& 4.vol. 2. & Paul. de Castr.in consil. mihi 132. quantum ad contenta in prima posta col.1.vnde isti occupatores bonorum, & hæreditatis Virderamæ condemnandi sunt ad restituendum hæreditatem petitam actoribus venientibus ab intestato vna cū fructibus perceptis, & percipiendis, & ita indubitati iuris esse respondi.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Res tua tibi seruire non potest.*
2 *Res quæ fuit libera penes Baronem ab eo alicui concessa eodem modo libera est, & idem in dono Regio,& ratio nu.3.*

4 Ca-

4 *Castrum à Rege alicui concessum, non facta mentione seruitij, vel in feudum, censetur concessum in allodium.*

5 *Secatis segetibus in terris appatronatis, non debetur Baroni ius fide, nisi iure seruitutis præscriptæ, vel cōstitutæ, quod est contra Fabrū, & ita decisum in Sacro Consilio num. 6. quod procedit siue Dominus fundi pro eius vsu habeat, siue alijs locet etiam exteris, & ita decisum nu. 7. & 17.*

8 *De iure communi non potest Baro per viam publicam animalia transeuntia prohibere, nedum quando recto tramite ad alia loca nō diuertunt, sed cum prope viam herbas alienorum agrorum comedunt, & idem de iure Regni nostri num. 9.*

10 *Baro habet solum authoritatem prohibendi per edictum, seu bannum, ne aliena animalia in territoria exterorum, seu Ciuium immittātur, & ex hoc edicto in pœnam incidunt animalia.*

11 *Ius pascendi Baronibus ex forma communi priuilegiorum in Regno concessiorum, quid sit.*

12 *Per Regiam Camerā passim prohibetur animalia per publicam viam transeuntia molestari, aut ab eis aliqua ratione aliquid exigi, dummodo aliena territoria, vel Baronis non ingrediantur, & in eis morentur.*

13 *Opinio Fabri circa ius fide declaratur.*

14 *Quod tibi non nocet, & alijs prodest ferendum est.*

15 *Si Baro in territorijs appatronatis, etiam haberet ius fide in casu proprij vsus sequeretur absurdum, quod Ciues essent melioris conditionis in territorijs alienis, vt puta demanialibus Baronis, & Vniuersitatis, in quibus haberent vsum citra fide solutionē, contra quam prætentionem fuit iudicatum per Regiam Cameram nu. 16.*

18 *Regula res inter alios acta &c. procedit in possessorio iudicio.*

CONSILIVM LXXXXI.

Pro Venerabili Monasterio Sancti Stephani del boscho, contra Illustr. Principē Squillatij. an Baro possit animalia transeuntia prohibere, comedentia herbas alienorum agrorum prope viam existentes, & num in territorijs appatronatis habeat ius fide.

PORRECTA compa- ritione in Magna Curia Vicariæ pro parte Venerabilis Monasterij Sancti Stephani de nemore qua petebatur mandari Illustr. Principi Squillatij, ac eius officialibus, quod minimè molestarent ipsius Monasterij, ac eius affictatorum, seu colonorum animalia pro prætenso Iure Iuuatici, ac per eam expeditis prouisionibus contra prænarratos, quod via facti nihil innouent eis intimatis, fuit pro parte Illustr. Principis allegata litis pendentia in Sacro Consilio, & prouiso qđ de ea doceatur, interim per officiales Domini Principis facta exequutione contra colonos, super quadam quantitate frumenti per eādem Magnam Curiam fuit prouisum, quod exequutio facta restituatur, à quo decreto cum fuisset appellatum ad Sacrum Consilium media supplicatione prouisa quod fiat verbum, idem Sacrum Consilium censuit referente Domino Berricano tunc causæ commissario, benè fuisse prouisum per Magnam Curiam, & proinde exequutionē factam esse restituendam, cuius decreti exequutio ad huc nō fuit habita, si quidem intimato decreto Illustr. Principi, respondit eidem cōpetijsse in dictis territorijs ius fidæ, pro quo dicit exequutionem fuisse factam, & non iure iuuatici, sed his non obstantibus per Dominum Mastrillum fuit prouisum quod restituatur exequutio prædicta, & pro obseruantia decreti, fuerunt expeditæ litteræ exequutoriales, & earū obseruatoriales, & iam destinabatur eius sumptibus cōmissarius pro earum exequutione, nisi fuisset obtenta Regia decretatio, quod idem Dominus Mastrillus relationem faciat Sacro Consilio.

Ad præsens iudicandum, ac discep- tan-

tandum est, si prætensa ex aduerso in dicta respõsione impedire possunt exequutionem decreti prelibati, Sacri Consilij, & successiue restitutionem exequutionis, & si illa de iure procedere possūt respectu iuris fidæ in dictis territorijs dicti Monasterij, & quidem ex infra dicendis in iure veris existentibus, nulli Iudicantium dubium fiet prænarrata omnia vt supra prætensa esse vana.

Primo restitutio exequutionis impediri non potest ex responsione prædicta, nempe Illustr. Princeps tam in Magna Curia, quam in Sacro Consilio semper vsque ad interpositionem dicti decreti prætendit exequutionem fuisse factam respectu iuris iuuatici, non iuris fidæ, vt patet ex eius comparitione, respectu cuius tantum allegauit litis pendentiam iam dictam in Sacro Consilio per dictam eius supplicationem, & instantiā, ac responsionem factam in Sacro Consilio, igitur cum fuerit interpositum dictum decretū, quod exequutio restituatur ea ratione, quia Illustr. Principi non competit ius illud iuuatici, vt ex decreto Sacri Consilij illius exequutio non est impedienda per factum Principis ad ius fidæ.

Secundo si quidem dicto Illustr. Principi in territorijs prenarratis nullum ius fidæ competit. Primo si quidem territoria prænarrata apparent Monasterio dono concessa per Gulielmum Carbonellum Dominum dictæ Terræ Simbalis, in cuius persona dicta territoria erant libera citra seruitutem hanc iuris fidæ, cum
1 res sua sibi seruire non poterat, ex regula text. in l. si quis ædes ff. de seruit. vrbanorū prædior. & l. vti frui. ff. si vsusfru. peta. & tradidit Andr. in cap. 1. num. 13. ex quibus causis feud. amict. vbi apostil. copiosa Liparoli in verb. in feudum, si
2 ergo ita libera erant penes Gulielmum, & Dominos dictæ terræ, igitur eodem modo libera fecerunt transitum pœnes Monasterium iuxta tradita per Andr. loquentem in dono Reg. in cap. 1. num. 3. qualiter vass. iurare deb. fideli. ea ratio-
3 ne quia concedit ita liberam rem, qualis est pœnes ipsum, vbi duæ apostill. Liparoli in ver. liberè, & in ver. seruitute, qui adducit Aluar. in cap. fin. num. 9. quid sit inuestit. & ea ratione iure sancitum ex-
4 tat, castrum à Rege titio concessum, non facta mentione seruitij, vel in feudum censeri concessum in allodium, ita latissimè Andr. in d. cap. 1. num. 13. vbi prædicta copiosa apostill. in ver. in feudum, quibus accedunt verba priuilegiorum Monasterio concessorum suarum rerum videlicet, *cum libertatibus, & immunitatibus suis*, preterea tertio prenarratis ad-
5 ditur, verā esse sententiā, secatis segetibus in terris appatronatis non deberi Baroni ius fidæ, nisi iure seruitutis præscriptæ, vel cōstitutæ, explosa Fabri opinione in instit. de lege fus. cani. ita copiosè Frecc. lib. 2. subfeud. auth. 46. narratque
6 Sacrum Consilium ipso referente censuisse lite pendente, Baronē debere abstinere in causis Terræ Ipsicro, & Ciuitatis Campanæ, cum eius vtilibus Dominis, licet dicat in Prouincia Ydrūtina, secus tentari posse, idem etiam copiosè firmauit Didac. Couarr. lib. pract. quæst. cap. 37. quæ omnia fundant Monasterij libertatē, siue territoria pro eius vsu habeat, ac teneat, siue alijs, locet ēt exteris,
7 quemadmodum Sacrum Consilium censuit contra Comitem Simbalis, vt ex decreto in processu veteri his verbis, *quo ad quadragesimum sextum grauamen fuit prouisum quod nō liceat exigere prædictos carolenos duodecim prætensos pro iure iuuatici, sed sit saluum ius dicto Comiti exigere fidam, & diffidam in casibus, in quibus ei competit dicta fida, & diffida, præterquam in locis priuatis dictorum Ciuium, qui concedunt territoria propria dictis exteris*, quod iam fuit cōfirmatum per aliud decretum eiusdem Sacri Consilij in eodem processu, & in facto bene probatum est, quod nunquā Domini Terræ Simbalis possiderunt ius fidæ in territorijs priuatorum.

Insuper ad prædictorum corroborationem asseueramus, quod siue quærimus dispositionem iuris communis, nō
8 potest Baro per viam publicam animalia

tran-

transeuntia prohibere, ne dum quando recto tramite ad alia loca non diuertũt, sed cum prope viam herbas alienorum agrorum comedunt, cap. 1. §. final. de pace tenen. vbi Andr. & alij, siue attendimus Regni constitutionem, cum per partes Apuleæ, quæ est communis in toto Regno, & constitutionem si quandoque idem disponit cum maiori tñ commoditate, solum Baro habet auctoritatem prohibendi per edictum, seu bannum, ne aliena animalia in territoria exterorum, seu Ciuium immictantur, & ex hoc edicto in pœnam incidunt animalia, iuxta tradita per Beltr. in consi. 61. 2. volum. Luc. de Penna in l. insignis C. de pascu. publ. & hoc est, quod dicitur ius pascendi Baronibus ex forma communi priuilegiorum in Regno concessorum, de quo per Luc. in l. quicumque de fund. limitro. cum his quæ congessit Frecc. lib. 2. subfeud. d. auth. 46. vbi latissimè, cum igitur animalia illorum, qui conducunt, vel colunt prædicta territoria Monasterij per viam publicam tramite recto ad ipsa territoria accedũt, nilque de herbis agrorum prope viam publicam existentium sumunt, pro eis nihil debetur, nec ratione prætensæ fidæ, quia id esset contra ius commune, & constitutionum Regni, nec ratione diffidæ, quæ non potest figurari, nisi territoria propria Baronis, vel aliorum priuatorum contra formam banni, vel edicti, ingrederentur, vel in eis morarentur, hinc est quod per Regiam Cameram passim prohibetur animalia per publicam viam transeuntia molestari, aut ab eis aliqua ratione aliquid exigi, dummodo aliena territoria, vel Baronis, non ingrediantur, & in eis morentur, & ita fuit prouisum, & declaratum per Regiã Cameram in causa Magn. Baronis Brisegnæ, cum Ciuitate Litij.

9 ...

Et nouissime punctum præsentis causæ magis particulariter, & propriè perstringendo asseueramus Sacrum Consilium cernere ex responsione Illustr. Principis, aduersus decretum ipsius licet per saltum facta, eundem Illustr. Principem prætendere exequutionem contra colonos Monasterij fuisse factam pro iure fidæ animalium dicti Monasterij, ac eius colonorum pascua sumentium in proprijs Monasterij territorijs, id quod minime fundari poterit, nec in facto, quia nulla fidę cõuentio apparet, nec in iure. Primo quia dato quod vera esset Fab. 13 vbi supra opinio, sicut falsa est, tamen cessat in casu pro vsu propriorum animalium depascentium in proprijs territorijs, si quidem cessat in eo ratio per ipsum assignata, quæ est quod tibi non 14 nocet, & alijs prodest, ferendum est, quia ex solutione fidæ nascitur damnũ, seu nocumentum Dominis proprijs. Secundo prætensio prænarrata cernitur contra casum, l. si venditor §. constat in fin. ff. comm. prædior. Tertio quia si Ba- 15 ro in territorijs apparronatis etiam haberet ius fidæ in casu proprij vsus, sequeretur maximum absurdum, quod Ciues essent melioris conditionis in territorijs alienis, vt puta demanialibus, Baronis, & Vniuersitatis, in quibus haberent vsum citra fidæ solutionem, vt Frecc. testatur vbi supra, ex dictis Petri de Antiboli, & Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 17. nu. 11. ver. his vero, quam in proprijs territorijs, id quod prætendi, ac dici nullo iure est ferendum, seu permictendum, contra quam præten- 16 sionem iudicauit Regia Camera in causa Vniuersitatis Litij, cum Magn. Forestario forestæ eiusdem Ciuitatis, vt ex decreto ipsius, prout in dicto processu currenti, quo decreto etiam apparet 17 iudicatum non solum in beneficium Dominorum propriorum territoriorũ, verum etiam ab eis causam habentium affictus titulo, quemadmodum etiam Sacrum Consilium iudicauit contra Comitem Simbalis, vt ex decretis prælibatis, sed hæc ex abundanti dicuntur quandoquidem hodie non tractamus despicis, sed de herbis, quæ cum sint Domini territorij, cum velit Dominus loci, seu terræ illis vti iuris præsumptio repugnat per prædicta, & interim debet abstinere

 pen-

pendente lite, & quatenus despicis tractaretur, quod nō est in processu adhuc deductum Monasterium fuit, & est in pacifica possessione illa vendendi, & de eis disponendi, & extant instrumenta venditionis earum, & decretum prætensum, non est cum ipso, sed cum Vniuersitate Simbalis, & ipsum non afficit, nec aliquod facit præiudicium, cum re-
18 gula res inter alios acta procedit in possessorio iudicio cap. cum super de re iudic. & in particulari Curt. in cons. 72. col. 2. reiectis, quæ ex aduerso allegantur ex dictis Florian. in l. seruitutem ff. de seruit. tum quia (re vera) ponderatis verbis, & mente ipsius, hoc non dicit, nec dicere cogitauit, tum quia prædicta repugnarent, quæ vera sunt, vt considerauerunt Domini de consilio in decis. Domini de Franch. 158. & ita in omnibus iudicandum, & respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad num. 2. adde quod pascua licet sint dominorum loci, quo ad iurisdictionem, tamen quo ad vsus Ciues debent eius animalia pasculare, Bertran. in cons. 37. quamuis lib. 1. in nouis, & in materia pascuorum statur antiquitati Bal. in cap. 1. de pac. constan. num. 14. & nota quod concesso iure pascendi, venit etiā ius aquandi necessarium, text. est notab. & Peregr. in l. 1. C. de mancip. & colon. lib. 11. & ibi Bart. aliqua per Capyc. in decis. 189. & Gram. in decis. 67. & concesso iure pascui venit ius pernoctandi, & tugurium faciendi ad euitandum hiemem, l. veluti in fin. ff. de seruit. rustic. præd. & scias quod non licet depasci in prædijs alterius inuito Domino, Andr. in cap. 1. §. final. de pac. tenen. Alex. in cons. 35. vol. 4. per totum, & præcipue post num. 7. & in hac materia pascui, & fidæ, & diffidæ, vide omnino Affl. in dec. 290. & ibi Vrsill. Aymon. in cons. 55. & cons. 153. & cons. 292. Loffred. in cons. 25. Corn. in cons. 63. volum. 4. Capyc. in decisio. 152. Præs. de Franch. in decisio. 197. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 245. fol. 262.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio cap. reintegrandæ 3. q. 1. ex sola possessionis probatione, nullo tamen spolio probato habet intentionem fundatam.*
2 *Probata possessione antiquiori in personā agentis, & recentiori in personam conuenienti, re ipsa censetur probata spoliatio, maxime si recentior possessio conuenti sit absque titulo saltim colorato.*
3 *Remedium cap. reintegrandæ est tantum fundatum in antiquiori possessione.*
4 *Remedium cap. reintegrandæ probata tamen antiquiori possessione, competit etiam malæ fidei possessori.*
5 *Agenti remedio cap. reintegrandæ, non est necesse probare dominium proprium.*
6 *Agenti dicto remedio, & antiquiorem possessionē probanti, non potest opponi exceptio dominij.*
7 *In contractu emphiteotico requiritur necessario scriptura.*
8 *Contractus emphiteoticus dicitur, etiam quod fit ad tempus quando res conceditur in emphiteusim à Domino.*
9 *In alienatione rei Ecclesiasticæ requiritur necessario scriptura ob scriptionem necessariam omnium Monachorum, & Religiosorum Ecclesiæ alienantis.*
10 *Concilium Tridentinum declarat irritas locationes, seu concessiones rerum Ecclesiasticarum citra triginta annos factas.*
11 *Procurator sine consensu capituli, non potest facere præiudicium Ecclesiæ.*
12 *Procurator Ecclesiæ non potest facere alienationem sine omnium Religiosorū consensu, & subscriptione.*
13 *Remedium dicti cap. reintegrandæ, est perpetuum, & tempore non potest præscribi, & si potuisset præscribi, non posset præscribi sine titulo.*
14 *Sine titulo possidens præsumitur constitutus in mala fide.*
15 *Malæ fidei possessor nullo vnquam tempore*

pere

pore præscribit de iure canonico.
16 *Possessor malæ fidei nec spatio centenario præscribit.*
17 *Conductor locationem simplicem prætendens debet possessionem relinquere, & postea agere de dominio.*

CONSILIVM LXXXXII.

Pro Venerabili Monasterio Sancti Francisci de Oira, contra illos de Forleo. Remedium cap. reintegrandæ est tantum fundatũ in antiquiori possessione, & ideo illũ probans nullo spolio probato obtinere debet, & plura de dicto remedio, & in alienatione rei Ecclesiasticæ requiritur necessario scriptura.

MONASTERIVM S. Francisci de Oira tenens, & possidens tãquam verus Dominus quandam maxariam positam in dicta Ciuitate Oiræ ab antiquissimo tẽpore, cum paucis ab hinc annis indebitè, & minus iuste possidetur ab illis de Forleo conuentis, egit in Mag. Cur. Vic. remedio c. reintegrandæ 3. q. 1. quæstionis modo est an dictum Monasterium agens dicto remedio extrema habilia probauit taliter quod sententiam in sui fauorem reportare possit.

Et quidem nulli omnino ambigendũ est Monasterium in hoc possessorio iudicio victorem esse existimandum, probauit etenim antiquiorem possessionem suam, & recentiorem dictorum conuentorum testibus pluribus luce meridiana clarius hoc probantibus.

1 Ex hac sola possessionis probatione iura sanserunt fundatam esse intentionẽ iam narrati Monasterij agentis remedio d. cap. reintegrandæ, nullo tamen spolio probato, ita tradiderunt Innocent. & alij post in c. sæpe de restit. spoliat. idem in c. post electionem de concessio. Abb. in cap. si diligenti de præscript. & idem discutiendo latissimè dicit ita consuluisse in cap. cum ad sedem in 5. col. de restit. spoliat. Alex. in cons. 6. 2. col. 3. vol. & idem in cons. 89. 5. vol. & Bart. Socc. in cons. 266. incip. in causa vers. 4. videndũ cum seq. 2. vol. & ratio est secundum

2 Bal. quia probata possessione antiquiori in personã agentis, & recentiori in personam conuentorum re ipsa probata cẽsetur spoliatio, & eo impensius in præsenti themate cum recentior possessio conuentorum sit absq; titulo saltim colorato, vt refert in l. penult. in pen. col. C. si à non compet. Iud. per text. in l. si coloni de agric. & censi. lib. 11. C. & sequitur Alex. in d. cons. 6. 3. vol. nec isto casu est necesse iustificare dictam possessionem agenti remedio dicti Canonis reintegrandæ, etenim huiusmodi reme-

3 diũ est tñ fundatũ super antiquiori possessione, ita scriptum reliquit Innoc. quẽ sequuti fuere, Ant. de Butr. & Abb. in d. c. sæpe de restit. spoliat. & idem Abb. in c. cum ad sedem eod. tit. imo Ant. de Butr. in d. c. sæpe, & Rom. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poss. tradiderunt hu-

4 iusmodi remedium probata tamen antiquiori possess. competere etiam malæ fidei possessori, quos fuit etiã sequutus Alex. in d. cons. 6. vers. & ad hoc ostendendum in fin. 3. volum. insuper quod

5 agenti remedio prędicto non sit necesse probare dominium proprium, tenuerũt omnes Doct. nullo penitus dissentiente, quos omnes in specie refert, & sequitur Bart. Soccin. in d. l. rem quæ nobis in 9. quæst. princ. ver. circa primum, ipse concludit, ex mente Egidij Bellamer. in de-

6 cis. Rotæ 36. cui ita agẽti, & antiquiorẽ possessionem probanti non potest opponi exceptio dominij, secundum verã, & cõmunem opinionẽ, vt latè per Alex. in d. cons. 6. col. 5. vers. tunc nec est etiã si diceretur, quam opinionem tamquam communem fuit sequutũ Sacrum Consilium, vt copiosissime referendo omnes Doct. pro & contra testatur Afflict. in decis. 361. nu. 33.

Ex aduerso rñ nil allegatur in facto, poterunt tamen opponi duo, quod ipsi habuerunt huiusmodi maxariæ concessionem per viginti nouem annos à dicto Monasterio, sĩn quod videtur de auditu

decis. 7. ex quibus omnibus affirmo partes Magnificorum Iudicantium esse versandas in iudicando maxariam prædictã esse reintegrandam ad dictum Monasterium, & ita in omnibus respondendum & iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 13. adde quod dictum remedium cap. reintegrandæ sit perpetuum, & sine temporis præfinitione competat dicit Puteus fuisse per illũ Senat. decisum in decis. 115. lib. 1. licet ipse in contrario voto fuisset, sed Antonin. Thesa. in decis. 29. num. 2. decisum refert huic remedio præscribi per decem annos.

Ad nu. 15. adde quod quando adest mala fides, nõ potest præscribi, nec præscriptione immemorabili quo casu non procedunt l. sicut, & l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. ann. Aymon. in cons. 146. num. 2. Cæphal. in cons. 724. num. 41. cum seqq. vol. 5. Afflict. in decis. 13. nu. 6. & ibi Vrsill. nu. 9. in fin. & in add. decis. 329. in fin.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Diuersitas summæ, & diuersitas personæ denotant diuersitatem in substantia.*

2 *Licet solutio sit pro eadem causa, soluendo alteri, quam vero creditori male soluitur.*

3 *Obligatio quando non est facta nomine societatis, sed simpliciter præsumitur eum, qui fecit suo nomine stipulasse, & quomodo limitetur nu. 8. 9. & 14.*

4 *Persona extrinsecus non subintelligitur, nisi exprimatur.*

5 *Pluralitas debitorum, aut causarum, non præsumitur, quod procedit etiam si esset aliqua diuersitas summæ inter instrumentum, & solutiones vt nu. 6.*

7 *Nemo præsumitur iactare suum, aut quid soluere sine causa, & cum de alia causa non probetur, præsumitur pro ea quæ producitur.*

10 *Actus sequens censetur factus in executionem præcedentis tractatus.*

11 *Si quis sit constitutus procurator ad certũ aliquid faciendum, si illud faciat licet non exprimat facere procuratorio nomine tamen præsumitur procuratorio, & non proprio nomine fecisse.*

12 *Si præcedit mandatũ alicuius de aliquo faciendo, & tu facias postea licet non exprimas tamen præsumitur, quod nomine illius feceris.*

13 *Si tutor fecerit, id quod testator iussit præsumitur in dubio nomine pupilli facere licet non exprimat.*

15 *Argumentum à communiter accidẽtibus est probabile.*

CONSILIVM LXXXXIII.

Pro Magnifico Fabio de Gaeta, contra Nucium de Laino. Pluralitas debitorum aut causarum, non præsumitur etiam si esset aliqua diuersitas summæ inter instrumentum, & solutiones, & obligatio facta simpliciter quando præsumatur facta nomine societatis, vel Domini.

IN causa Mag. Fabij de Gaeta, cum Nucio de Laino, duo vidẽtur ipsi Fabio principaliter obstare. Primo quia obligatio continet summam duc. 380. solutio autem quæ prætenditur facta Mag. Mario est ducat. 300. tan-
1 tum, diuersitas summæ, & diuersitas personæ denotat diuersitatem in substantia l. cum quæritur de except. rei iud. Secundo obligatio cantat in personã Nucij, & de Mag. Mario verbum nullum,
2 & sic dato quod solutio prædicta sit pro eadem causa soluendo alteri quam vero creditori male soluit, l. soluendo ff. de negot. gest. nec obstat si diceretur quod Magn. Marius, & Nucius erant socij gabellæ farinæ Ciuitatis Cosentiæ eo tempore, & debitum fuit comune, nam re-
3 spondeo quod obligatio non est facta nomine societatis, sed simpliciter, & sic præsumitur suo nomine stipulasse, Bald. in l. iure societatis ff. pro soc. Alex. cons. 217. lib. 7. Dec. in l. si socius ff. si cert. pet. Pari. cons. 93. & 94. lib. 1. facit text. in l.

in l.& magis ff.de solut.l.3. §.sed si qui-
4 dem ff.iud.sol. persona extrinsecus non subintelligitur,nisi exprimatur, l. si ita stipulatus fuero §.Crisogonus ff.de ver. oblig.

Prædictis tamen non obstantibus cõtrarium, quod ipse Mag. Fabius iustitiã habeat , & absolui debeat pro dictis ducat.300. teneo indubitanter ex infrascriptis,constat enim ex actis,& processu qualiter tempore contractæ obligationis, quod Mag. Marius, & Nucius erãt socij gabellæ farinæ,imo ipse Mag. Marius erat principalis in dicta gabella , & Nucius veluti institor,& factor,qui nõ poterat de pecunia disponere sine ordine ipsius Marij, vt habetur in instrumento producto in declaratione Mag.Marij, vbi fatetur recepisse dictos duc.300.exprimitur pro eo quod debebatur sibi,& Nucio prædicto , ex quo clarissimè apparet pro causa de qua agitur facta solutio,postquam de alia nõ apparet, quia
5 pluralitas debitorum,aut causarum non præsumitur,vt notat Bar.in l.si quis seruum §.si inter duos ff.de leg.2.& in l.2. C.de errore auoc. Paul.de Castr. cons. 128.viso instrumento,& cons.360.circa primum col.2.lib.2. quod procedit etiã
6 si esset aliqua diuersitas summæ inter instrumentum, & solutiones, Paul.consil. 405. primo quæro lib. 1. nemo enim
7 præsumitur iactare suum , aut quid soluere sine causa, & cum de alia causa non probetur, præsumitur pro ea quæ producitur Bal.cons.168. allegationes circa medium lib.4. Aret.cons.35.col.3.vers. & cum dicebatur Cor.cons.22.col.pen. Aim.cons.158.nu.13.

Non obstant modo in contrarium adducta,nam quo ad primum est respõsum per prædicta, quo ad secundũ dum dicebatur, quod ipse Nucius contrasit simpliciter,& sic videtur nomine suo,& non societatis stipulasse,respõdeo quod allegata in contrarium procedunt in du-
8 bio, & maxime quando ille qui contrahit est solitus negotiare de pecunia propria , Alexand. dict. consil. 217. lib. 7. sed quando apparet,vt est in casu nostro probatum,quod fuit de pecunia gabellæ,& sic ipsius Mag.Marij hoc casu licet contraxerit simpliciter tamen videtur communi , seu nomine Domini contraxisse, Ludou Rom. in l.post dotem col. 6. ff.solut.matrim. Bart.in l.titium §.altero ff.de adm.tut.

Secundo respondeo , quod in casu
9 nostro præcessit speciale mandatũ Mag. Marij ad faciendum dictum mutuum vt probatum est,quo casu licet ipse Nucius simpliciter contraxerit tamen videtur nomine Domini , & mandantis contrahere licet non exprimat , quia actus
10 sequens censetur factus in exequutionem præcedentis tractatus l.3. §. verum ff de manumiss. & ppterea si quis sit cõ-
11 stitutus procurator ad certum aliquid faciendum , si illud faciat licet non exprimat facere procuratorio nomine tamen præsumitur procuratorio,& non proprio nomine fecisse, l. pignori §.fin. ff.de vsucap. Imol. Alex. & Ias.in l.post dotem ff.solut.matrim. in l.1.§.nunciatio ff. de op.no.nunc. facit text.in l.qui in aliena §.si is qui ff.de acquit. hæred. vbi dicit Bart. quod si præcedit manda-
12 tum alicuius de aliquo faciendo , & tu facias postea licet non exprimas tamen præsumitur,quod nomine illius feceris, l.qui seruum ff.de inter.act.facit etiam tex.in l.qui negotiationem ff.de admin. tutor.vbi notat similiter Bar.quod si tu-
13 tor fecerit , id quod testator iussit præsumitur in dubio nomine pupilli facere licet non exprimat, stantibus ergo præ-
14 dictis Magn.Fabius sciens hoc bene, & legitime soluit quon. Mag. Mario tamquam principali , l.eum §.si actori ff. de const.pecun.l.filio ff.de sol.Bart.in l.solutum §. per liberam ff.de pignor.act. & ideo nõ debet denuo molestari , l.bona fides ff.de reg.iur. & qđ hæc sit veritas demonstratur ex alijs euidentissimis coniecturis, & argumentis nam non est verisimile,quod Nucius si dicta pecunia ad se spectaret taceret per tantum tempus petere dictam pecuniam, cum à cõmuniter accidentibus, nemo est tam negligens vt experientia videtur in petendo

25 do pecuniam sibi debitam, argumentū à cōmuniter accidentibus est probabile l. neque natales C. de probat. item dum vixit Mag. Marius non fuit ausus dictam pecuniam petere, ex quibus & alijs apparentibus, ex actis concludo ipsum Mag. Fabium esse absoluendum pro dictis duc. 300. & ita spero faciendum per Mag. Dominum Iudicantem, iuxta text. in l. diui fratres ff. de iur. patr.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Dohanæ includuntur sub istis verbis, iuribus, & pertinentijs omnibus, & integro statu, sub quibus includuntur omnia adiacentia ad rem concessam, & num. 3.*

2 *Feudum inspicitur esse quid vniuersum continens in se plura corpora sub se essentialiter, ex quibus iunctis totum feudū constituitur, & hoc est indubitatum licet apud feudistas sit altercatio, an sit vniuersitas iuris, vel facti.*

4 *Regia prag. edita thori, non exposcit corporum in priuilegijs expressionem, sed tantum habet oculos ad concessionem feudorum, & bonorum feudalium.*

5 *Expressum de iure dicitur, quod sub verbis generalibus, siue vniuersalibus comprahenditur.*

6 *De iure expressū est illud quod sequitur, ex eo quod est expressum.*

7 *Qui vnum dicit censetur exprimere omnia quæ concluduntur sub illo, & ab illo dependent.*

8 *Illud est expressum, quod sequitur ex narratis.*

9 *Relatum inest in referente virtualiter cū omnibus suis qualitatibus.*

10 *Pragmatica edita thori est fauorabilis, quia fuit inita pro bono pacis, & ideo in ea facienda est semper latissima interpretatio etiam contra propriam naturam rei, & verborum, etiam si essemus in materia esorbitanti vt nu. 11.*

12 *Verba generalia dictæ pragmaticæ, ita latissimam recipiunt interpretationem, vt generaliter debeant intelligi sine aliqua restrictione, licet in alia dispositione necessariam reciperent restrictionem.*

13 *Assensus licet sit stricti iuris præstitus super capitali comprahendit debitum vsurarum, seu interesse & & nu. 14.*

15 *Assensus qui strictissime interpretatur tamen extenditur ad ea, quæ colliguntur ex mente comprehensiua.*

16 *In priuilegio continetur aliquid licet non sit expressum, quando in eo est expressum aliquid simile, vel maius.*

17 *Possessio antiquissima transcendens centum annos, declarat verba priuilegij forsan dubia.*

18 *Non est necessaria possessio centenaria, vel immemorialis in mercatis, siue nundinis, vel dohanis, sed tantum possessio declaratiua priuilegiorum, vt ex possessione cognoscatur priuilegia habuisse effectum.*

19 *Plenissima restitutio tunc dicitur quando Princeps ad omnia, quæ delictum abstulit restituit.*

20 *Restitutio restituit ablata per rebellionē, non ex ipsius tempore, sed ex tunc scilicet tempore priuationis, siue ablationis, & ideo possessio Curiæ medio tempore iuuat restitutum, vt nu. 21. & 25.*

22 *Restitutio æquiparatur iuri postliminij.*

23 *Reuersus ab hostibus iure postliminij recuperat omnia, ac si semper in Ciuitate fuisset.*

24 *Restitutio operatur ex tunc, ac si delictū rebellionis commissum non fuisset.*

26 *Restitutionis verbum nil aliud de iure sonat nisi in pristinum statum repositio.*

27 *Possessio continuata vltra centum annos habetur loco tituli legalis.*

28 *Fabritius Staibanus Regius Auditor in Prouincijs Calabriæ; ac demum Commissarius generalis contra exules Athoris frater laudatur.*

CONSILIVM LXXXXIV.

Pro Illustr. Principe Bisiniani in causa mercati Senisij, cum Regio Fisco. Regia Pragmatica edita thori non requirit corporum in priuilegio expresionē, sed tantum

tum habet oculos ad concessionem feudorum, & bonorum feudalium estque fauorabilis, & ideo latissima capitur interpretatio, & ius dohanæ includitur sub istis verbis iuribus, & pertinentijs omnibus, & feudatarius plenissime restitutus à Principe dicitur continuatæ possedisse, licet Curia medio tempore rebellionis possederit feuda.

IN præsenti causa Illustr. Principis Bisiniani, cum Regio Fisco, super exhibitione tituli mercati, siue nundinarum Terræ Senisij, idem Illustr. Princeps pro eius absolutione consequenda tria fundabit ad præsens quod decius expeditione agitur. Primum obstare Regio Fisco desuper agenti exceptionem Regiæ Pragmaticæ editæ thori in primo, & secundo capite ex priuilegijs Ferdinandi Primi in anno 1459. & Ferdinandi Secundi in anno 1496. & Federici in eodem anno 1496. in processu exhibitis. Secundum eidem Regio Fisco obstare exceptionem Regiarum instructionum editarum in anno 1518. & 1519. per Cæsaream Maiestatem ob particularem restitutionem Principi Bernardino factam totius status, & in specie Terrę Senisij cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, & integro statu. Tertium & nouissimum Illustr. Principem in causa principali semotis exceptionibus prædictis iustitiam fouere notoriam.

Quod vero attinet ad primum, Dominus Princeps sic suā ipsius fundat intentionem, exhibet primo priuilegium iam narratum inuestituræ Terræ Senisij cum nundinis cum iuribus omnibus, & pertinentijs &c. priuilegium Ferdinandi Secundi restitutionis totius status, & signanter dictæ Terræ Senisij cum nundinis iuribus, & pertinentijs, prout Princeps ipse possidebat tempore Regis Ferdinandi Primi, item priuilegium Federici cum nundinis, & iuribus tam de iure, quam de facto spectantibus, & pertinentibus, ex prænarratis priuilegijs asseuerat Princeps, quod vel tractamus de mercato, siue nundinis tantum, de quibus solum agendum est, prout cernitur in mandato Regij Fisci, & omnibus actis ordinatorijs, & tunc luce meridiana clarius fundatur exceptio prędicta cum illa clarè loquantur de nundinis, quæ verificātur tantum in præsentibus nundinis, quas tantum exercet Princeps in dicta Terra, ex regula text. in l. fundus qui locatus ff. de fund. instruct. & instr. legat. vel agimus de iure dohanę, quod exigitur in dicto mercato granorum viginti duorum pro qualibet vntia, & tunc idē asseueratur, si quidem fundata extat possessio tam antiquissima etiam ante tempus Regis Ferdinandi Primi, & tempore eiusdem Regis Ferdinandi, & post vsq; in præsentem diem, imo quod tempore rebellionis Principis Bernardini, Regia Curia possedit nundinas cum exactione præfata, id quod constat tum per testes innumeros, tum etiam per Regiam reintegrationem anni 1475. & per fides releuiorū, ex huiusmodi possessionis probatione, & si in priuilegijs prædictis nulla fiat mentio de dohanis censetur de iure, quod earum facta sit expressa men-
1 tio cum includātur sub illis verbis, iuribus, & pertinentijs omnibus, & integro statu, sub quibus includuntur omnia adiacentia ad rem concessam, ex not. per Bart. post Cyn. in l. si sic ff. de leg. 1. ex regula text. in l. si quando la prima, de bonis vacant. lib. 10. C. & late per Capyc. in feud. inuestit. in ver. cum iuribus, & pertinentijs &c. fol. 131. feudum
2 namque inspicitur esse quid vniuersum continens in se plura corpora sub se essentialiter, ex quibus iunctis totum feudum constituitur, & de hoc apud feudistas nunquam fuit dubitatum licet altercatio fuerit inter eos an sit Vniuersitas iuris, vel facti, vt singulariter tradidit Andr. in c. 1. §. traditionibus factis nu. 4. ver. item si esset verum & nu. 5. quid sit inuestit. vbi apostilla Lipar. in ver. Vniuersitas, & in ver. vt plurimum, Paris in tract. reinteg. feud. fol. 3. cap. aliqua vero sunt bona in princ. & fol. 88. cap. concessa est

sa est Baroni n.3.cũ seq.& Camer.latissime in cap. Imperialem fol.38. 1. col. in princ.cum seq.de prohib.feud.alien. per Federic. ex quibus omnibus constat
3 sub illorum verborum iuribus, & pertinentijs omnibus conceptione, siue concessione necesse includi corpus dohanæ dictæ Terræ in iudicio deductum ex iuris dispositione.

Quibus actetis ac prælibatis præstringendo punctum, assero non esse ambigendum locum fore exceptioni Regiæ Pragmaticæ oppositæ licet de corpore prædicto in specie in priuilegijs iam dictis nulla fiat mentio, id quod suadetur.
4 Primo quia Regia Pragmatica non exposcit corporum in priuilegijs expressionem,sed tantum habet oculos ad cõcessionem feudorum, & bonorum feudalium, vt ex ea legere est,tãto magis in nostro themate, cum adsit restitutio Regis Ferdinandi Secundi, dictans prout possidebatur tempore Regis Ferdinandi Primi, in quo quidem tẽpore Princeps possidebat nundinas, & ius præfatum dohanæ, insuper restitutio,& concessio Federici inspicitur concepta sub illis verbis tam de iure,quã de consuetudine,ergo censetur in specie facta mentio de iure dohanæ per multum tempus ante possesso per Principem,etiam quod possessio fuisset de facto, ex regula text. in l.si ye §.tirandæ cum concord.ff.de fun-
5 do instruct.& instr. legato, expressum etenim de iure dicitur, quod sub verbis generalibus,siue vniuersalibus comprehenditur l.final.in fin.vbi notatur secundum vnam opinionem C.quod cum eo gloss.in cap.inquisitorum in ver. expressi de hæret.in 6. Bart.in l.prætor ait.in 1.not.ff.de nou.oper.nunt.idem Bar.in loco topico in l.1. num.7. ff.de vulg.&
6 pupill.substit imo de iure expressum est illud, quod sequitur ex eo quod est expressum, ita copiosè Aym.Crauett. qui omnes huius communis opinionis narrat, ac sectatur in cons.149. num.11. & pro præmissorum vera decisione notanda sunt verba Federici de Senis in cons. 299. 2.col.circa med.vbi testatur,quod
7 qui vnum dicit censetur exprimere omnia quæ concluduntur sub illo,& ab illo dependent per tex.in l.1.ff.quod metus causa, & in c.cum super de offic. deleg. quod dictum refert, & sequitur idem Crauett.in loco præcit. idem Feder. de
8 Sen.in cons.158.dicit id esse expressum, quod sequitur ex narratis, idem Crau. copiose in cons.147.nu.2.& Couar. late lib.1.variar.resolu.ca. 15.n.9.fol.80. si igitur ex prædictis corpus prænarratũ in priuilegijs iam dictis expressum de iure cẽsetur,quo nã pacto ambigi poterit à Iudicãtibus exceptioni Regiæ Pragmaticæ vt supra oppositæ locum non fore,eo impensius cum in priuilegio restitutionis Ferdinandi Secundi, asseratur Principem restitutum ad Terram Senisij cum iuribus, & pertinentijs omnibus, prout Illustr.Princeps Bernardinus possidebat tempore Regis Ferdinandi Primi, quo quidem tempore iam probatũ extat Principem iura prædicta possedisse,quo casu de iure perinde habetur, ac si expresse in dicto priuilegio fuisset facta mentio nundinarum, & prædictorũ iurium dohanæ,cum de iure relatum in-
9 sit in referente virtualiter cum omnibus suis qualitatibus, ita singulariter scriptũ reliquere, ex regula text. in l. asse toto ff.de hæred.inst.Bal.in cons.2:2. vol.5. Alex.in cons.190.nu.3.7.vol. & cumulat Aym.Crau.in cons.45.nu.3.& Frec. lib.2.subfeud.quæst.15.fol.143.quibus
10 addo Pragmaticam prædictã esse fauorabilem,cum fuerit inita pro bono pacis, & Regni concordia, & ipsius cõcitatione, siue conturbatione euitandis,prout in ea legitur ibi *& si eorum acta, decreta,& statuta quæcumq; &c.* iuxta traditã per Paul.de Castr.in cons.131.incip. viso puncto copiosissime Loffre. in c.1. §.filij col.3.ver.præterea vsque ad finẽ, & magis optime in medio eiusdem in 4.col. ver.quinto si de feud.fuer.contr. inter dom. & agnat. qui loquitur in capitulatione pacis,igitur semper facienda
11 est latissima interpretatio etiam contra propriam naturam rei,& verborum etiã si essemus in materia exorbitãti, prout

Zz plu-

pluribus iuribus glo.& DD.authoritatibus, comprobat Loffred.in locis præcit.
12 imo verba generalia ipsius ita latissimā recipiunt interpretationem, vt generaliter debeāt intelligi sine aliqua restrictione,licet alias si essemus in alia dispositione necessariam reciperent restrictionem, Idē Loffred.in d.§ filij in 6.col.in princ. ver.& tanto fortius hoc militat allegans text.vbi Bart.in l.si quis in graui §. vtrū ver.tu quoq; ff.ad sillan.id quod sectati fuere,etiam Bal.Salyc.Alex. & Anchar. vt ibi per eum, & si de iure sancitum in-
13 spicitur assensum qui est stricti iuris, vt per And.in c.1. in princ. vbi Camer. & cæteri communiter,& copiosè de proh.
14 feud.alien.per Fed.præstitum super capitali comprehendere debitum vsurarū, seu interesse, & latissime per Camer. in d.c.Imperialem fol.51.lit. V.ver.ex quibus hoc quoq; colligo.& Frec.in tract. subfeud.lib.2. q.20. fol.149. quo nam pacto non debemus dicere Pragmaticā prædictam, ita fauorabilem nō includere corpus in iudicio deductum dohanæ dictæ Terræ necessario compræhensum in illis verbis cū iuribus &c.in dictis priuilegijs expressis , & ab illis necessario dependens,& ea de causa expressum, vt supra fundatum extat, & si assensus qui
15 strictissime interpretatur, tamen extenditur ad ea quæ colliguntur ex mente cōpræhensiua, vt per Camer.in d.c.Imperialem fol.52. quanto magis præsens Pragmatica, quæ sēper largissimè interpretata fuit,vt supra in iure est fundatū,
16 tanto magis cum in priuilegijs prędictis sint expressa tot alia similia,& maiora, iuxta tradita per Roman. in cons.271.& successiue ex pdictis citra vllam dubitationē à Iudicātibus erit iudicandū obstare exceptionē prædictā vt supra oppositam,beneq; reclamatū desuper pro parte D.Principis maxime,ex nouiter deductis.

Quod vero attinet ad secundū absumptum exceptionis Regiarū instructionū similiter asseueramus esse iudicandū bene reclamatū pro parte Illustr.Principis, si quidē per dictas Regias instructiones sancitū apparet restitutos post bellum finitum tuncturę Atripaldę non posse molestari,inter quos inspicitur Illustr.Princeps Bernardinus particulari Regia restitutione, & sic speciali Regio decreto ad Terram Senisij, inter cætera cum omnibus iuribus,& pertinētijs &c.sub quibus verbis vt supra fundatū extat, includuntur nundinæ, & ius dohanæ, de quibus ad præsens contenditur perinde , ac si specificè in restitutione prædicta fuisset facta mentio dictarum nundinarum , & iuris dohanæ,ergo iudicandum erit obstare etiam exceptionem iam narratam.

Quibus omnibus persoluendo tertiū articulum ad vberiorem cautelam , licet non necessario addendum putaui notoriam iustitiam desuper Illustr. Principis etiā postpositis, exceptionibus præfatis, si quidē si loquimur de mercato, quod tantum deductum est in mandato Regij Fisci,& actis,iam tituli sunt clari, in primis priuilegium Reginæ Ioannæ in anno 1430.cum nundinis,& gabellis cum verbis quadriplicatis.Secūdo Regis Ferdinandi Primi in anno 1459.item tertio eiusdem Ferdinādi Primi in anno 1461. q̄ nullus posit se intromittere in nundinis, siue mercatis, præterea quarto sententia Regiæ reintegrationis in qua dicitur mercatū Senisij cum iuribus dohanę. Quinto Regis Ferdinandi Secundi cum iuribus,& pertinētijs omnibus,& prout possidebatur tempore Regis Ferdinādi Primi,quæ possessio fuit iam probata. Sexto Regis Federici cū iuribus,& pertinentijs omnibus tam de iure , quam de consuetudine spectantibus &c. inuestitura per mortē Principis Bernardini, cū solutione releuij de introitibus nundinarū,& ex alijs scripturis in processu exibitis , si autē loquimur de iure dohanæ similiter negotiū redditur clarū ex pos-
17 sessione tam antiquissima transcendēte curriculū centū annorū,quę declarat sub illis verbis iuribus, & pertinentijs oībus includi illud ius dohanæ , tū ex his quæ supra in iure latè fundauimus, tum etiā ex regula c. cum dilectus extra de consuet.& in c.si vero fidelis de controuer. inuestit.de qua late per Frecciam lib. 2.

sub

ſubfeud. auth. 46. colum. final.

Allegata interruptio nil obſtat,tum quia probatum eſt Regiam Curiam exegiſſe tempore rebellionis,tum quia non
18 indigemus poſſeſsione centenaria, vel immemoriali, ſed tantũ poſſeſsione declaratiua priuilegiorum,vt ex poſſeſsione cognoſcatur priuilegia habuiſſe effectum,iuxta l.1.de nund. etiam quia priuilegium Regis Ferdinandi Secundi refert ſe ad poſſeſſionẽ tẽpore Regis Ferdinãdi Primi,& ſufficit pro verificatione verborũ,tempore Ferdinãdi Primi,Principem poſſediſſe,licet poſtea non poſſederit,maxime quia per viam pleniſsimæ reſtitutionis,vt ex priuilegio apparet,& ex verbis text.in l.1.cum gloſella fin.C. de ſent.paſſ. & reſtit. ibi potioribus ordini tuo rationibus cæteris etiam ad bona,reſtituitur enim Princeps ad omnia,
19 quæ delictum abſtulit, & iſta eſt pleniſſima reſtitutio, vt dicitur in l. cum indulgentia & tot. titul. C. eodem, & Loffred. late in dict. §. filij colum. 4. ver.quarto adducitur fol.35.ſi de feud. fuer. controuer. inter Domin. & agnat.
20 ſi ergo reſtitutio teſtituit ablata per rebellionem,non ex ipſius tẽpore, ſed ex tunc ſcilicet tempore priuationis,ſiue ablationis,vt etiam declarat Bar.in conſ. 319. quem ſectatur copioſè Loffred.in conſ.80.nu.31.ergo eadẽ poſſeſsio cõtinuata,& non interrupta,& ſic poſſeſſio
21 Curiæ medio tempore iuuat Principẽ, vt dicatur illa continuata, id quod militat non modo in ablatione Terræ Seniſij,& ipſius iuriũ vt ſupra ante reſtitutionẽ Regis Ferdinãdi Secundi, & Federici per eius ſubſequutã ampliſſimam reſtitutionẽ,verũ & erectionis ſtatus,ac Terræ prædictæ Seniſij,& eius iurium tempore belli Atripaldæ per aliam ſequentem ampliſſimam reſtitutionem eidem Principi Bernardino factam per Regem Catholicum in anno 1506.quibus addo
22 nam reſtitutio æquiparatur iuri poſtliminij l.ſi quis filio §.pen. de iniuſt. rup. & irrit.teſtam. quem ad hoc allegat Bal. in c.1.hic finit.lex Cor.& in l.pen.C.de capt.& in l.1. C.qui ad liber.peruenire
23 non poſſunt, ſed reuerſus ab hoſtibus iure poſtliminij recuperat omnia, ac ſi ſemper in Ciuitate fuiſſet l. poſtliminij ius,& l.poſtliminium in princ. ff. de ca-
24 pti. & poſtlim. reuerſis, ergo reſtitutio operatur ex tunc, ac ſi delictum rebellionis commiſſum non fuiſſet, & ſucceſ-
25 ſiue poſſeſsio Curiæ medio tempore iuuat Principem,vt late prædicta proſequitur Loffred.in d.§.filij col.4. verſ.4. adducitur fol.35. ſi de feud. fuer. controu.inter Domi. & agnat. etiam quia
26 reſtitutionis verbum nil aliud de iure ſonat, niſi in priſtinum ſtatum repoſitio l. quod ſi minor §.reſtitutio,vbi Bart. ff. de minor. idem Bart. in l.ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter in 2.col. ver. veritas eſt iſta ff.ex quib.cauſ.maior.& in l.Gallus §.& quid ſi tantum col.5.ver.quarto quid ſi filius ff. de lib.& poſthum.Card. in clem.1.in 3.not.de reſtit.in integr.& Specul.in tit.de reſtit. in integr. §.1. & ſic inſpicitur poſſeſſio noſtra continuata
27 vſque ad præſens vltra centum triginta annos, & ſic Illuſtr. Princeps ad maiorẽ cautelam poterit vti titulo legali, ex regula text.in l.3. §.ductus aquæ ff. de aqua quoti.& eſtiua,& in cap.ſuper quibuſdam in §. propterea cum concord. extra de verb.ſignif.hęc currenti calamo ſcripſi,vt Dño meo Principi morẽ gererem,cui maiora debeo ob vetuſtã ſeruitutẽ non ſolum meam, ſed etiam quon.
28 Dñi Fabritij Staibani mei fratris primogeniti recolendæ memoriæ, quam ſemper erga eũ geſſit, & præcipue dum morabatur in Prouincijs Calabriæ (vbi prius Regius Auditor dictarum Prouinciarum ab Illuſtriſs. Alcalanẽſium Duce in anno 1567. ac demum ab Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Cardinale Granuelano in anno 1571. Regius Commiſſarius generalis, contra exules cum maxima, & extraordinaria coercendi, ac indulgendi poteſtate cooptatus fuit, vt in Regio Archiuio palam fit,in quibus muneribus adeo optime, ac integerrime ſe geſſit,qđ non ſolum nouos,ac hactenus inauditos exulum exceſſus repreſſit,ſed ipſos penè in totum fugauit, ob

quod ab eodem Illustr. Cardinali in Regij Fisci patronum M. C. V. apud Serenissimum Regem nostrũ denominatus, dum ab eodem iustissimo Rege expeditio expectabatur, immatura, & inuida morte præuentus fuit in Ciuitate Messanę, vbi à Serenissimo D. Ioanne Austriaco pro Regio seruitio vocatus fuerat in anno 1572. ætatis suæ anno 31.

Paulus Staibanus.

Ad num. 9. adde quod dispositio d. l. asse toto, limitatur quando resultaret aliquod absurdum, ac tertij præiudiciũ Anna Sen. in alleg. 67. num. 12. & seqq. & si scriptura referat se ad aliam quæ nõ apparet, an vitietur actus, tradit Deci. in conf. 63. post nu. 46. & seqq. Oldrad. in conf. 121. ver. quia ad hoc in quo uis tota, Io. Thom. de Marinis in tract. feud. in tit. de feudo ex pacto, & prouid. antiquo nu. 71. & 72.

Ad nu. 14. adde quod ita pluries fuit decisum, Reg. de Pont. in conf. 65. num. 19. vol. 1. Thor. in comp. decis. reg. ver. assensus præstitus super capitali fol. mihi 54.

Ad num. 15. addo Reg. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. 8. §. 6. nu. 2. qui nu. 3. dicit idem procedere in assensu cap. Neap. super dotibus mulierum.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Concessio facta à Monasterio est nulla quando caret assensu Apostolico.*

2 *Decretum latum à primicerio solo absque subscriptione Vicarij est nullum quando ambobus à summo Pontifice commissa est causa coniunctim, & etiam si cõmissio fuisset facta dempto verbo coniunctim, cessante etiam verbo insolidum num. 3.*

4 *Decretum est nullum ex defectu iurisdictionis, & in specie in delegato, & arbitro num. 5.*

6 *Nullitas ex defectu iurisdictionis annullat actum, & iudicium ipso iure.*

7 *Subscriptio alicuius in aliqua scriptura intelligitur facta quando ibi appositum est eius sigillum, quod procedit in damnum sigillantis non tertij nu. 13.*

8 *Corrosio sigillum vitiat, ac scripturam quando subscriptio alicuius tantum sit datur in eius sigillo.*

9 *Sigilla exceptis Principibus, & magnis Dominis, non sunt authentica, ac publica, sed priuata, adeo vt non magis illa probent quam scriptura, vel subscriptio priuata, quæ nullius est fidei nisi fuerit recognita, vel alias verificata.*

10 *Sigillum de per se nil loquitur, & sine subscriptione nihil operatur, & est testis mutus, & incertus nu. 11.*

12 *In impositione sigilli tria necessario sunt describenda, aliàs non probat.*

14 *Sententia, & decreta de iure sunt subscribenda.*

15 *Subscriptio est de sollemnitate sententiæ, & ideo sigillum solum sine subscriptione non sufficit.*

16 *Causa quæ delegantem, & sic summum Pontificem moueret ad denegandum litteras, siue rescriptum efficit, vt delegatus nullatenus de causa cognoscat.*

17 *Venditio rerum Ecclesiasticarũ est prohibita tam ex testamento veteri quam de iure canonico, & ratio nu. 19.*

18 *Vendenti bona Ecclesiæ datur pœna suspensionis, & priuationis altaris.*

20 *Summi Pontifices denegarunt assensus præstare in venditionibus rerum Ecclesiarum, & ex hoc stilo Cancellariæ colligitur Pontifices non concessuros, vel saltim cum difficultate.*

21 *In persona summi Pontificis de iure est prohibita venditio rerum Ecclesiæ.*

22 *Leges emere præsumentibus res Ecclesiæ imposuerunt pœnam deperditionis pretij esbursati, & restitutionis rei vna cum omnibus fructibus.*

23 *Quando commissarij perspiciunt in instrumento pactum, quod efficeret summum Pontificem denegaturum assensũ ipsi vlterius non possunt procedere in causa, & si procedunt omnia acta, & decretum sunt nulla.*

24 *Verbum nullatenus procedat, habet vim decreti irritantis.*

25 *Tam*

25 *Tam in litteris gratiæ, quam iustitiæ, ex obreptione, & subreptione ipso iure, & citra exceptionis opem nullum de iure inspicitur rescriptum, & ex eo tollitur delegato, seu Iudici omnino iurisdictio, vt nullatenus procedat, & si processerit acta iudicantur ipso iure nulla.*

26 *Obreptio, & subreptio ex malitia annullat ipso iure rescriptum cōcessum etiam in forma communi.*

27 *Malitiæ probatio non requiritur specifica, sed per coniecturas admittitur.*

28 *Assensus est gratia, & ita etiam rescriptum.*

29 *Obreptio ipso iure vitiat rescriptum, quod procedit etiam in priuilegijs, & dispensationibus nu.30.*

31 *Limitatio ad glos. in cap. ad audientiam il secondo extra de rescriptis in verbo in irritum in vers. è contra affertur.*

32 *Decretum est nullum quando in eo non apparet lecta lata.*

33 Paulus Secundus *Pontifex mandauit cōmissarijs, vt causas in litteris Apostolicis per supplicationem expressas diligenter attendant, ac testes, & probationes super expositorum veritatē recipiant.*

34 *Ex verbo constiterit in rescripto apposito pars est citanda, & audienda.*

35 Decretum *est nullum non obseruata lege commissionis.*

36 Breue *subreptitium, & obreptitium est nullum.*

37 *Ommissio, & expressio eorum quæ redderent summum Pontificem, vel inexorabilem, vel difficilem ad concedendū litteras, efficit litteras impetratas nullas.*

38 Bona *Ecclesiæ concessa sub lege quod sint inseparabiliter vnita cum dicta Ecclesia sunt inalienabilia etiā quauis imminēte necessitate etiam redemptionis captiuorum, maxime si dicta probibitio intercessit in contractu nu.40.*

39 *Quando concurrunt duæ probibitiones alienandi legis, & hominis, tunc alienatio redditur probibita etiam in casu à iure permisso.*

41 *Si fit pactum de non alienando rem feudalem, quod est inualidum citra assensum, illud licet inualidum operatur in Rege iustissimam causam denegandi assensum & nu.42.*

43 *In dubio* Pontifex *dispensando non videtur contrauenire voluntati, & iuri tertij.*

44 *Assensus summi Pontificis, nil aliud operatur, nisi quod tollit legis, seu canonis obstaculum disponentis alienationes rerum Ecclesiarum nullas inconsulto Pontifice, sed non tollit hominis probibitiones, & impedimenta, ac contractuum nullitates, nec illa, seu illas supplet.*

45 *Territorium quando peruenit ad aliquod Monasterium ex Regia largitione est inalienabile.*

46 *Propter famem redimendam, omnis terra habitatorum Aegipti fuit alienata Pharaoni præter possessiones, & terras Sacerdotum, quæ à Rege illis traditæ fuerunt.*

47 *Quando territorium est constitutum pro dote, & mensa Monachorum est inalienabile annullato omni iuramento forsan interposito.*

48 *Qualitas maioris partis Monachorum in contractu concessionis facta à Monasterio à iure omnino requiritur.*

49 *In contractu facto à Monasterio, licet aliqui ex Monacis sint absentes à Monasterio, necesse est, quod sint præsentes duæ partes Monachorum ordinariorum.*

50 *Sollemnitas maioris partis Monachorū in contractu non præsumitur ex temporis antiquitate cum sit sollemnitas consensus, quæ ex ea non præsumitur.*

51 *Ex ignorantia, ex antiquitate temporis non tollitur vitium subreptionis, siue obreptionis, maxime quando iuri tertij præiudicium affertur.*

52 Concessio *est nulla quando est difformis à breui.*

53 *Assensus Apostolicus interpositus super parte contractus, non autem super toto indiuiduam voluntatem continente reddit contractum nullum.*

54 *Venditio feudalium facta cum pacto de retrouendendo non impetrato assensu super*

super pacto, sed super venditione tantũ est nulla.

55 *Ad probandum identitatem territorij, sufficit quod duo confinia sint similia.*

56 *Monasterium quando non habet alia bona, nec alias concessiones possidet in loco vbi aliqua bona fuerunt sibi concessa à Rege vsque ad tempus concessionis, possessio prædicta præsumitur ex titulo præcedenti Regiæ largitionis.*

57 *Minor habet restitutionem circa rem alienatam, quæ fuit maiorum suorum, & sic etiam Monasterium.*

58 *Monasterium quando processit ad concessionem, seu locationem, nulla causa subsistente habili, nec expressa in contractu, nec in probationibus tunc (etiã quod adhibeantur omnes iuris solemnitates) omnino aduersus eam est restituendum.*

59 *Alienatio rei emphiteoticæ Ecclesiæ, seu Monasterij sequuta traditione non obtento assensu a dicto Monasterio est nulla.*

60 *Clausula (saluo, & reseruato assensu) est protestatiua, & de iure nihil operatur sequuta traditione, & ratio.*

CONSILIVM LXXXXV.

Pro Sacro Monasterio Sancti Martini, contra Illustriss. Ducem Castrouillarum, & alios possessores. Concessio facta a Monasterio est nulla quando caret assensu Apostolico, maxime si non fuerit facta a maiori parte Monasterij, etiam si interuenerit decretũ præuio breui Apostolico, dummodo dictum breue, & decretum sit nullum, & de nullitate ex defectu iurisdictionis plura, & alienatio rerum Ecclesiæ, omni iure est prohibita, maxime si res fuerunt concessæ sub lege, quod sint inseparabiliter vnitæ cum dicta Ecclesia, vel si ei peruenerunt ex Regia largitione, vel si fuerunt constitutæ pro dote, & mensa Monachorum.

SACRVM Venerabile Monasteriũ Sancti Martini de Neap. media supplicatione petijt reintegrationem cuiusdã territorij siti in eadem Ciuitate, iuxta suos confines in processu deducti, ac possessi licet indebitè per nõnullos particulares in iudicio citatos, quos petijt condemnari ad illius relaxationem, vna cum fructibus damnis expensis, & interesse, non ambigitur probatio extremorum præsentis iudicij, siquidem dominium in personam Monasterij agentis, & possessio in personam conuentorum probatur, tum per testes per Monasterium examinatos num. 17. tum etiam per instrumẽta exhibita prætensarum subconcessionum ipsius factarum nonnullis particularibus etiam in hoc iudicio citatis per Illustr. Ducissam Castrouillarum, sed quia conuenti prædicti, ac dicta Illustr. Ducissa exhibuerũt prætensam concessionem territorij factam per idem Monasteriũ die 14. Maij 1509. Illustr. Comiti Cariati, ac breue Apostolicum super commissione causæ signi euidentis in personam Reuerendi tunc Vicarij Maioris Ecclesiæ Neapolitanæ, ac Reuerendi Annibalis de Ianuario eiusdem Primicerij, sub datum 18. Februarij 1509. & decretum desuper interpositum die 4. Aprelis 1510. quibus prætendunt absolui è Sacro Consilio, ea de re tota vis huiusmodi causę, vt eius victoriam Monasterium consequatur, consistit in tollendo penitùs concessionem Breue, ac decretum prædictum de medio tanquam nulla, & inualida, idque Iudicantibus luce meridiana clarius fundabitur ex infrascriptis in iure inconfutabilibus, & irrefragabilibus fundamentis.

Et à capite negotium perstringendo, siue exordiẽdo firmiter asseueratur prętensam

1 concessionem de iure esse nullam tanquam carentem assensu Apostolico nõ obstante decreto prædicto præuio Breui Apostolico vt supra expedito, idque ex speciali dispositione extrauag. ambi-

ambitiosè Pauli Secundi de reb. Eccles. nõ alien. confirmatæ in anno 1552. 23. Maij per Iulium Tertium sub tit. de bon. Eccle. alien. & in anno 1555. pridiè idus Iulij per Paulum Quartum, & in anno 1565. 15. kal Iunij per Pium Quartum, vltra alias iuris sanctiones videlicet Leuit. cap. 25. in rubr. & Nigro decretal. 6. & clementinarum de reb. Eccl. nõ alien. & decretorum 12. quæst. 2. per totum, & 17. quæst. 4. si quidem decretum, ac breue prænarrata, & contractus, siue concessio sunt nulla, ac nullus ex infradicendis irrefragabilibus argumentis, & exordiendo à decreto illud cernitur nullum.

Primo ex defectu iurisdictionis, si quidem decretum illud prolatum fuit à Primicerio solo, idque patet ex illius sola subscriptione, nam requirebatur e-
4 tiam subscriptio Vicarij, ita text. in cap. concilia S. hinc autem 17. distinct. per quem text. ita decidit Alberic. in suo dictionar. in vers. subscriptio requiritur in electione vers. idem in sententiæ prolatione, qui solus id de iure facere non poterat, tum quia negotium commissũ apparet coniunctim, vt legitur in breui fol. 115. tum etiam quia de iure idem
3 censeretur si cõmissio fuisset facta dempto verbo coniunctim, cessante etiam verbo insolidum, & successiue decretum
4 nullum ex defectu iurisdictionis, ex regula iuris de qua in l. si in tres ff. de recept. arbit. loquente in Iudice delegato in l. si duo ex tribus ff. de re iudic. & in l. cum magistratus C. quando prouoc. nõ est necess. vbi Doct. communiter, & per Doct. in cap. si quis presbyterorum de reb. Eccles. non alien. & in specie in de-
5 legato, & arbitro congerit text. in c. vno delegatorum extra de offic. & potestate Iud. deleg. cap. causam matrimonij eod. tit. glos. in cap. veniens in vers. duo Iudices extra de renunciat. Vant. in tractatu nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. nu. 176. ver. de pluribus Iudicibus cum
6 seq. quæ nullitas ex defectu iurisdictionis annullat actum, & iudicium ipso iure ex relatis copiosè per glos. singul. in clem. 1. in ver. non obstante in fin. de sequ. possess. & fruct. vltra iura prænarrata.

Et licet pro parte Illustr. Ducissæ Castrouillarũ prætendatur de iure subscri-
7 ptionẽ D. Vicarij intercessisse ex appositione sigilli, ex reg. tex. in l. 2. C. de reb. alien. non alien. in c. 2. de fide instrum. vbi Doct. Roman. cons. 303. in fin. & Io. Vinc. Ann. alleg. 125. 1. col. 2. vol. tñ huic obiecto facillima accomodantur respon sa, quorum primum erit non esse verum apparere adesse in sententia prædicta sigillum Domini Vicarij, si quidem ibidem nulla apparet signi armorum ipsius impressio, sed tantũ cera rubea in ligno extensa, quæ potuit apponi à D. Comite Cariati, vel ab alijs eius ordine, vt euitaret forsan hunc defectum subscriptionis, sicut cernitur signum sigilli familiæ de Ianuario in alio sigillo, nec iuuabit aduersarium si dicat sigillum conrosum ex temporis antiquitate, nempe duobus modis respondetur. Primo quia in eo nulla apparet conrosio. Secundo & si
8 appareret illa sigillum vitiaret, ac scripturam, cum subscriptio tantum fundetur in dicto sigillo ex aduerso, ita scripsit Aym. Crauett. in tract. antiquit. temp. in tit. seu cap. testes deponentes de credulitate par. 1. num. 40. fol. 137. Secundo quia sigillum prædictum inspicitur esse priuatum, non autem publicum, ac ordinarium publici officij, vt est illud Summi Pontificis, Regiæ Cancellariæ, & simi-
9 lisi, nempe exceptis Principibus, & magnis Dominis, sigilla prædicta sola non sunt authentica, ac publica, sed priuata, quo fit, vt non magis illa probent quam scriptura, vel subscriptio priuata, quæ nullius de iure fidei esse cernitur, nisi fuerit recognita, vel alias verificata, ita scriptum reliquere Bart. Alberic. Castrens. & cæteri in l. si procuratorem absentem, per illum text. ff. de procurat.
10 sigillum namque de per se nil loquitur, & sine subscriptione nihil operatur, ita Bald. in l. falsus in fin. C. de furt. estque
11 testis mutus, & incertus, iuxta tradita per eundem Bal. in cap. 1. in verb Imperialis

rialis col.2. de pace constantiæ, inde secundum Innoc. & Abb. in d.cap.2. col. final. de fid. instrum. affirmatur in impo-
12 sitione sigilli tria esse necessario describenda, alias non probaret, videlicet cuius est sigillum. Secundo à quo, & cuius voluntate apponitur. Tertio ad quod apponitur, quæ omnia approbat Ioan. Vinc. Annius vbi supra nu.4. cum igitur nulla probatio sigilli inspiciatur successiue, cessat obiectum. Tertio nempe as-
13 sumptum præfatũ procederet in damnum sigillantis, nõ tertij, & sic dicti Monasterij. ita Aym. in tract. antiquit temp. in tit. seu cap. reuocare consilium, & pœnitere, an liceat scriptura iam producta &c. n.40. in 1. par. fol.76. in fin. Quarto quia tum de iure fundatum extat sen-
14 tentiam, & decreta esse subscribenda, d.cap. consilia, & Alberi. vbi supra, & sic subscriptio est de sententiæ solemnitate, tum etiam de stilo Curiæ Archiepiscopalis in similibus decretis, vt ex scripturis præsentatis in fine processus palam fit, & id sic habendum, & credendũ est, cum videamus in decreto prætenso adesse subscriptionem, & sigillum Primicerij, quo nam pacto fuit tantum apposita subscriptio Primicerij, & non subscriptio Vicarij prædicti, insuper nonne videmus magnum spatium paginæ relictum inter medium, inter finem scripturæ, & subscriptionem Primicerij, non ad alium finem relictum, nisi vt Vicarius se subscriberet, nõ intercessit subscriptio Vicarij, quia in decreto defuit eius assensus, & sic decretum nullum vt supra extat fundatum, eo impensius cum sub-
15 scriptio sit de solemnitate sententiæ, quo fit, vt sigillum solum sine subscriptione non sufficiat, ita Aymon. vbi supra in tit. reuocare consilium, & pœnitere num.49.

Similiter nullum erit decretum prædictum ex defectu iurisdictionis, si quidem iuris Canonici legitur canon de quo in cap. super literis etiam in fine extra de rescript. disponens causam quę
16 delegantem, & sic Summum Pontificẽ moueret ad denegandum litteras, siue rescriptum efficere, vt delegatus nullatenus de causa cognoscat, modo sic in instrumento, super quo prætenditur decretum interpositum, adest pactum de affrancando annuum censum ducatorum 50. in pecunia numerata ducatorum mille, cuius pacti causa Illustris. Aduersarius fecit depositum ducatorum mille pro dicto censu affrancando, quod pactum si summo Pontifici fuisset in supplicatione narratum omnino supplicationem reiecisset, & litteras, siue Breue Apostolicum prædictum prorsus denegasset, prout toto cœlo notorium est, cum pactum prænarratum tanquam continens in se pretium certum operé-
17 tur venditionẽ rerum Ecclesiasticarũ de iure prohibitam, ex testamento veteri legitur Leuit. cap.25. Deum mandasse, siue prohibuisse rerum suarũ, ac Ecclesiæ suæ venditionẽ, ibi *terra quoque non vendatur in perpetuum, quia mea est*, ex iure Canonico legitur in cap. vulturanæ, cap. quicquid. 12. quæst.2. & cap. quicunque 17. quæst.4. immo text. in cap. indignè cum ibi not. 12. quæst.2. dat pœnam
18 suspensionis, & priuationis altaris vendenti bona Ecclesiæ, & inter alias ex iuribus prænarratis apparet, duas esse red-
19 ditas rationes. Prima legitur in c. nemus 12 quæst.2. quia ex ea bona siue redditus Ecclesiæ extinguerentur, & ad nihilum redigerentur. Secunda in cap. indigne, quia indecens est, vt bona per alios in Ecclesiam collata contra concedentium voluntatem ab Ecclesia extra-
20 hantur, id quod Summi Pontifices obseruarunt negãdo desuper assensus pręstare, ex quo stilo Cancellariæ tradiderunt Doctores colligi Principes, ac Pontifices non concessuros, vel saltim cum difficultate, ita copiosè Felyn. in d.cap. super litteris nu.8. vers. prima regula extra de rescript. non modo ex prædictis, verum etiam quia in ipsorummet perso-
21 na prohibita de iure venditio rerum Ecclesiæ legitur in cap. non liceat Papæ cum concord. 12. quæst.2. & adeo idipsum legibus semper fuit exosum, quod
22 ille emere præsumentibus res Ecclesiæ impo-

imposuerint pœnam deperditionis pretij exbursati, & restitutionis rei vna cum omnibus fructibus, quemadmodum legitur in §. si quis in auth. de alien. & emph. igitur cum Commissarius, siue Commissarij prænarrati prospexerint pa-
23 ctum prædictum affrancandi in dicto instrumēto exhibito, quod efficeret Summum Pontificem denegaturum assensū, ac Breue prædictum, ergo ipsi vlterius procedere non debebant, nec poterant in causa, si processerunt, ergo omnia acta, & decretum nulla, id confirmatur non modo ex traditis per glos. in d. element. vide sequ. possess. & fruct. verum etiam ex illo verbo in d. cap. super literis
24 posito, scilicet nullatenus procedat, qđ habet vim decreti irritantis, iuxta tradita per Felyn. in cap. ex literis 12. col. extra de constit. & Alber. de Rosat. in suo diction. in ver. nullatenus, vbi late, quod que nullum fuerit prænarratum rescriptum ex obreptione prædicta suadetur. alijs tribus medijs.

Primo quia taciturnitas pacti de affrancando in pecunia processit ex malitia Comitis concessionarij Summo Pontifici supplicantis, qui tempore concessionis erat conseruator Regij Patrimonij, ac V. I. D. conscius luce clarius, qđ ex expressione pacti nō impetrasset præfatum rescriptum, nec Breue à Summo Pontifice, ex supra congestis impetrari impossibile, quo fit, vt citra vllam distin-
25 ctionem, tam in literis gratiæ, quam iustitiæ obreptio, & subreptio ipso iure, & citra exceptionis opem nullum de iure efficit rescriptum, & ex eo tollitur delegato, seu Iudici omnino iurisdictio, vt nullatenus procedat, & si processerit, acta iudicantur ipso iure nulla, ad hunc modum scriptum reliquere, text. in d. cap. super literis in vers. nos igitur inter eos, glos. ibidem in vers. nullatenus, in vers. nec distinguitur, Hostiens. ibidem in vers. dedissemus, qui in loco præcitato in vers. sed si Princeps asseuerat ob-
26 reptionem, ac subreptionem ex malitia annullare ipso iure rescriptum, concessum etiam in forma communi, Imol. in specie ibi num. 5. Bald. nu. 1. qui sic in compendium deducit tex. præfatum in cap. super literis, & nu. 8. ibi, & generaliter vbicunq; ex certa dolositate, & Abb. nu. 4. vers. prima regula, & num. 5. vers.
27 quo ad primam, cuius malitiæ probatio de iure non requiritur specifica, sed per coniecturas admittitur, ita scripsit glos. in d. cap. super literis in vers. nullatenus vers. sed qualiter probetur malitia, quā communiter omnes prænarrati Doctores ibidem sectati fuere.

Secundo nempe rescriptum prænarratum continet gratiam, quippe quia
28 assēsus est gratia, iuxta tradita per And. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Loth. in cap. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. facta, & in constitut. Regni si quis post litem, Camer. in cap. Imperialem car. 44. l. S. & Freccia 2. lib. subfeud. in 4. quæst. num. 10. fol. 129. in antiq. quo
29 fit, vt de iure obreptio præfata, ipso iure vitiat rescriptum, huiusmodi opinionem dicit communem Imol. in cap. ad audientiam il 2. nu. 7. & 8. vbi Abb. nu. 10. & ibi legitur apostilla copiosa in ver. subreptio circa nu. 14. extra de rescript. & Felyn. late eandem opinionem, vti communem sectatur in cap. super literis num. 7. versic. 2. nota quod in omnibus extra de rescript. id quod procedit e-
30 tiam in priuilegijs, & dispensationibus, quam dispensationem cōtinet hoc præsens nostrum rescriptum, idque deseruiet pro tertio huius absumpti fundamento, ita censuit Innocent. in d. cap. ad audientiam il secondo, nu. 7. in fin. vers. idem dicas si literæ subreptitiæ, per tex. in cap. 1. §. final. & cap. 2. extra de filijs presbyter. & in clem. 1. de præbend. Innoc. in d. cap. super literis in fin. nu. 13. Felyn. latissime in d. cap. ad audientiam il secondo, num. 22. versic. 2. limita, vbi Abb. num. 14. vers. quod autem dixi de literis, & Soccin. in cons. 251. incip. quoniam in præsenti vers. confirmo omnia pmissa 2. vol. quæ tria fundamenta pro-
31 cedunt limitatiuè ad glos. in ver. in irritum in vers. è contra in d. cap. ad audientiam il 2. extra de rescript. intelligens

text. in d. cap. super literis, vt procedat, non ipso iure rescriptum esse nullum, sed ope exceptionis.

Tertio decretum prædictum est etiam
32 nullum, quia in eo non apparet lecta lata, ita Bar. in l. 1. in 1. not. & Bald. 1. col. C. de sentent. ex pericul. recit. Card. in clem. sæpe §. & quia in 8. oppo. de verb. signif. & Alex. in l. videamus §. 1. ff. de in lit. iur. Socc. Iun. consf. 80. nu. 6. 1. vol. & Io. Vinc. de Anna in suo sing. 473.

Quarto prænarratum prætensum decretum est nullum similiter ex defectu iurisdictionis, si quidem ex dispositione Paulinæ inserta in dicto rescripto man-
33 dauit cõmissarijs Paulus Secundus Pontifex, vt causas in literis Apostolicis per supplicationem expressas diligenter attendant testes, & probationes super expositorum veritate recipiant, iuxta quã dispositionem Summus Pontifex mandauit prænarratis Iudicibus delegatis, quod procederent, *ibi nos igitur de præmissis notitiam non habentes, discretioni vestræ mandamus, quatenus specificata coram vobis possessione locata seruata forma literarũ Pauli prædecessoris nostri, vobis legitima cumulatim constiterit*, ex quibus colligitur dictos delegatos duas sollemnitates necessarias debuisse adhibere, quarum prima est, quod debebat præcum veritas ipsis constare per informationem, & testium receptionem. Secunda quod in prædictis partes, & sic
34 Monasterium erat citandum, & audiendum, ex illo verbo (constiterit) ad text. in l. hæc aut. & §. non defendi ff. ex quib. caus. in possess. eat. & in l. desertorem ff. de re milit. neutrum fuit adimpletum, nam nulla sollemnitas apparet adhibita, nisi accessus super loco, & monitio partium super loco tantum, igitur decre-
35 tum prædictum iudicandum est nullum non obseruata lege commissionis, ex regula text. in l. non distinguemus §. de officio ff. de recept. arbit. vbi glos. in ver. cautum est dicit idem in Iudice, per tex. in l. 1. C. si à non compet. Iudice, & singulariter Hostiens. in cap. fin. in verb. intentio extra de præbend. & dignit. & in specie Alex. in cons. 11. vol. 7. Dec. cons. 544. col. 3. Capyc. decis. 69. num. 35. & alij relati per Vantium in tract. de nullit. in tit. an quælibet sententia num. 14. vers. idem forte secundum aliquos.

Quinto dictum decretum similiter est nullum ex defectu iurisdictionis si quidem Breue exhibitum, (cuius causa fundatur Commissariorum Iudicantium iu-
36 risdictio) est nullum tanquam subreptitium, & obreptitium, ex reg. text. in d. cap. ex literis de rescript. etiam dictantis
37 ommissionem, & expressionem eorum, quæ redderent Summum Pontificem, vel inexorabilem, vel difficilem ad concedendum literas, efficere literas impetratas nullas, vbi cæteri Doctor. communiter idipsum sectantur.

Primo fuit ommissum exprimi legem appositam per Serenissimos Reges Ludouicũ, & Ioannam dotantes huiusmodi territorium, & alia ibi expressa voluisse inseparabiliter vnita cũ dicto Monasterio, & sic inalienabilia, vt in priuilegio, id quod si Summo Pontifici fuisset expressum omnino breue denegasset, quã obreptionem, siue subreptionem in nostris terminis multum commendat, Suarez alleg. 9. nu. 1. o vers. præterea, si qui-
38 dem de iure bona Ecclesiæ concessa sub lege prædicta sunt inalienabilia, etiã quauis imminente necessitate, etiam redemptionis captiuorũ est tex. singularis in Sanctissimas in auth. de alien. & emph. & ibi glo. in vers. alienẽ latissime huiusmodi pactum esse seruandũ firmat multis iuribus, id quod sectatur glos. in §. ea vero quæ in vers. concedimus de alien. & emph. in authent. hoc ius porrectum, in vers. perpetuo C. de sacrosanct. Eccle. & faciunt notata in text. in d. cap. indigne 12. quæst. 2. vt supra, & quæso in nostris proprijs terminis legatur decis. Afflict. 17. num. 5. vers. &. loquens in re donata Hospitali Diuæ Annunciatæ à Regina Ioanna Secunda cum simili prohibitione, qui etiam allegat glos. in cap. verum de condit. appositis, quibus addimus pdicta validiora esse cũ in nostro
39 themate concurrant duæ prohibitiones

alic-

alienandi legis, scilicet & hominis, quo casu alienatio redditur prohibita etiam in casu à iure permisso, vt per Doctor. in l. filius familias §. diui, & præcipuè Opizonus num. 103. Loazes num. 30. post Crotxolum. n. in 3. fallent. ff. de leg. 1. & Suarez vbi supra glos. 1. circa fin. in l. final. Cod. de reb. alien. non alien. Soccin. Senior in cons. 75. num. 4. volum. 1. quos etiam ad propositum nostri thematis impossibilitatis alienandi res Ecclesiæ ad eum modum legatas, ac alios Doctores refert, & sectatur subtilissimus, & admodum celebris legum Doctor Franciscus Mantica in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. in tit. si res Ecclesiæ sit legata, an deberetur extimatio num. 4. seu num. 5. fol. 226. à
40 ter. eo impensius cum dicta prohibitio intercesserit in contractu, seu in dicta Regia donatione, quo casu à Doctoribus prædictis absoluta redditur conclusio prædicta nullo refragante, & ad vere sine aliqua exceptione fundandum dictam subreptionem, adducitur quod
41 si sit pactum de non alienando rem feudalem, quod est iure inualidum citra assensum, vt per Abbat. in consil. 82. Brun. in consil. 105. cum alijs allegatis per Frecciam lib. 2. sub feud. in 3. formula inuestit. num. 11. in nouis, illud licet
42 inualidum operatur in Rege iustissimā causam denegandi assensum, sicuti refert denegatum assensum, Vincent. de Anna in repetit. constitut. Regni constitutionem diuæ memoriæ num. 46. multo magis Summus Pontifex denegasset assensum, expressa dicta valida prohibitionē, quæ etiam habebat iuris dispositionē annexam vt supra, eo impensius,
43 cum in dubio Pontifex dispensando non videtur contrauenire voluntati, & iuri tertij sic disponentis, ex regula text. in l. 2. §. merito cum simil. ff. ne quid in loco publ. quibus additur vr-
44 gentissima ratio, si quidē assensus Summi Pontificis nil aliud de iure operatur, nisi quod tollit legis, seu canonis obstaculum, seu impedimentum disponentis alienationem rerum Ecclesiarum nullas inconsulto Romano Pontifice, non autem tollit hominis prohibitiones, & impedimenta, seu contractuum nullitates, nec illa, seu illas supplet, quemadmodum tradiderunt communiter Doctores in assensu Regis, scilicet Andr. Afflict. Bartol. Bald. & alij relati per Dominum Annium in allegat. 67. num. 1. & 8.

Secundo quia non fuit expressum
45 territorium iam dictum peruenisse ad Monasterium ex Regia largitione, prout ex dicto priuilegio, & sic de iure inalienabile, iuxta text. in d. §. ea vero quæ cum §. seq. quoniam, annullante contractum huiusmodi, vbi glos. in ver. concedimus, & glos. in d. auth. hoc ius porrectum in vers. perpetuo, id quod confirmatur ex testamento veteri in
46 Genesi cap. 47. vbi propter famem redimendam omnis terra habitatorum Aegypti fuit alienata Pharaoni præter possessiones, & terras Sacerdotum, quæ à Rege illis traditæ fuerunt, & eo maxime prænarrata procedere asseuerandum est ad finem, vt tantorum Regum memoria conseruaretur, id quod etiam valde interfuisset dicto Monasterio, vt in eius demanio territorium conseruaretur, siquidem ex hoc deuotio augebatur, & Monasterio non parum prodesse poterat, nam nonnulli perpendentes tales Reges in eum bona prædicta contulisse vti deuotos dicti Monasterij, simili accensi deuotione in Monachos prædictos similes largitiones contulissent, eosque frequentassent, & venerati fuissent vti benemerentes, & è Regibus deuotos habitos, exempla enim multum mouent, & maxime Regum.

47 Tertio detectum fuit territorium iam narratum fuisse constitutum pro dote, & mensa Monachorum, prout ex iam narrato priuilegio, & sic pariter de iure inalienabile, annullato omni iuramento, desuper forsan interposito, iuxta text. in cap. possessiones, & in cap. vt super aliqua de rebus Eccles. non alien. facit etiam text. in cap. intellecto extra de iure iuran.

 Quar-

Quarto Summo Pontifici nō fuit narratum contractum in actis deductum fuisse stipulatum nō à maiori parte Monasterij,id quod colligitur ex instrumento prædicto,vbi nouem Monaci tantum interuenerunt, nec asseueratur illos fecisse maiorem partem Monacorum, nec poterit credi eos tantum Monacos fuisse in dicto Monasterio nempe in anno 1354. Reges Ludouicus, & Ioanna asseruerunt dotes Monasterio per eos concessas fuisse, pro victu tredecim ordinariorum Religiosorum,vt in dicto priuilegio,igitur in anno 1509.quo fuit celebrata dicta nulla concessio,verisimiliter debebat adesse maior numerus dictorum 13. Religiosorum,sicut ad præsens inspicitur assistentia triginta quinq; & plurium Religiosorum claustratorū, cum aucti sint introitus dicti Monasterij à dicto anno 1354. vsque ad annum 1509.& in præsentiarum, quæ qualitas
48 maioris partis à iure omnino requiritur, iuxta singularem text. in §. in venerabilibus vero Monasterijs in auth. de alien.& emph.& in d.auth.hoc ius porrectum,vbi glos.in ver.maiori disponit,
49 quod licet aliqui ex Monacis sint absentes à Monasterio necesse est, quod sint præsentes duæ partes Monacorum ordinariorum, licet dictum glos.prædictæ non possit accomodari Monacis nostris ordinarijs,qui nec cum Reuerendi Prioris licentia possunt à claustro discedere, quibus accedunt rubrum & nigrum, de his quæ fiunt à maior.part. Cap.& text. in cap.hoc ius porrectum,& in cap.fine exceptione 12. quæst. 2. immo apparet expressum Summo Pontifici totū Monasterium contractum celebrasse, & sic apparet Summo Pontifici obreptum,
50 huiusmodi enim sollēnitas maioris partis non præsumitur ex temporis antiquitate, cum sit sollemnitas consensus, quæ ex ea non præsumitur, vt Doctor. concludunt in sollemnitate mandati,vltra relatos per Dec. cons.297. Cagnol. in l.velle non creditur num. 12.vbi latissime ff.de regul. iur. nec supra narratis ita fundatis obstabit,si forsan pars obijciet prædicta ipsi tanquam de prædictis
51 ignaro etiam ex antiquitate temporis non nocere, nempe ex hoc vitium subreptionis, siue obreptionis non tollitur, & maxime quando iuri tertij præiudicium affertur, ad hunc modum scriptū reliquit Felyn.latè post Abbat. in d. c. super literis num.6.de rescript.

Quinto quia fuit territorium prædictum cōcessum titulo emphiteotico resoluendo in titulum venditionis prorsus a lege prohibito, vt supra fundatum extat, quæ qualitas non fuit expressa in breui, in quo tantum fuit expressa potestas affrancandi in simili, vel melio-
52 ri & sic concessio nulla vt difformis à breui, per ea quæ norat Frecc. in tract. subfeud.quæst.24.num.4.fol.162. in antiq. sexto vti alienatum à Monasterio tantum,& non à toto ordine,cui prędicta bona fuerunt incorporata per Reges concedentes vt supra.

Tertio contractus prædictus fuit nullus,etenim ille quatuor pacta continuit. Primo concessionem territorij in emphiteusim sub annuo canone ducatorū 50. Secundo pactum affrancandi in simili, vel meliori. Tertio pactum affrancandi pro ducatis mille soluendis per Illustr.Comitem Monasterio infra annum volenti emere bona stabilia. Quarto qđ elapso anno fuisset Comitis electio, vel censum soluere, vel pro illius affrancatione soluere Monasterio dictos ducatos mille, & nihilominus Comes in assensus supplicatione omisit illa duo nouissima pacta affrancandi infra annum, & elapso anno vt supra, & sic assensus Apostolicus minime cernitur inpartitus super dictis nouissimis duobus pactis respiciētibus indiuiduam contrahētium, ac Monasterij voluntatem, quinimmo ea de causa si Monasterium infra annum præfatum voluisset Comitem præcisè cogere ad solutionem dictorū ducatorum mille implicandorum in stabilium emptionem, minime cogere poterat,stante assensus prædicti defectu,ex
53 hoc cernitur assensum Apostolicum interpositum fuisse super parte cōtractus,

non

non autem super toto indiuiduam voluntatem continente, & successiue de iure contractus prænarratus est nullus, quemadmodum à Doctoribus in similibus traditur, scilicet in venditione feu-
54 dalium facta cum pacto de retrouendendo, non impetrato assensu super pacto, sed super venditione tantum, iuxta copiosè tradita per Frecc. lib. 2. subfeud. 16.quæst.fol.mihi 143.in antiqu.& Camer.diffusius in cap.Imperialem fol.48. lit.L.& lit.S.à ter.& seq.fol.59.per tot. & licet delegati interposuerint decretũ super toto instrumento, & contentis in eo, intelligitur respectu expressorum cum in alijs non expressis decretum esset nullum ex defectu iurisdictionis, cui contractus nullitati minime obstabit assensus Apostolicus, cum iam luce clarius fundatum fuerit assensum prædictum non validasse contractum nullum, sed tantum sustulisse legale impedimentum.

Nec ambigi poterit identitas territorij concessi in anno 1509. vt non idem sit, quod in pluribus partitis ascriptum reperitur in calce priuilegij Reginæ Ioannæ ex duobus. Primo quia istæ scripturæ conueniunt in his confinibus videlicet iuxta bona Sanctæ Claræ, iuxta bona Sancti Martini, si quidem in priuilegio pluries dicitur iuxta hortum, &
55 montem Sancti Martini, quæ duo tantum sufficerent de iure, ad text.in l.forma, vbi glos. in ver.vicinos de censib. l. Titium hæres ff.de act.empt. l.cum seruo §.final. ff.de contrah.emptio.de quibus etiam loquuntur plures testes, vltra prædictos fines adest via publica, ac etiã campanoro, vbi sunt sita bona Monasterij realis vallis, quæ bona describuntur in concessione anni 1509. Secundo quia
56 cum Monasterium prædictum non habet alia bona in dicto loco, nec alias cõcessiones possidet quam bona prædicta vsque ad tempus concessionis, possessio prædicta præsumitur ex dicto titulo præcedenti Regiæ largitionis, ad text. in l. quædam mulier, vbi glos.final. ff.de reiuendic.glos.vbi Bart.in l. 2.C.de acquirend.poss.glos. Paris.§. 47.nu.23.latissime fol.508.& Andr.in c.1. num.3.ver. item si possedit, quibus modis feudum constitui potest.

Nec prædictis addere ommittam Monasterium prædictum ad consequendũ dictum territorium esse etiam admittendum ex beneficio restitutionis in integrum, quandoquidem inspicitur illud fuisse possessum per idem Monasterium spatio annorum 155. ab anno scilicet 1354. quo eidem fuit illud concessum vsque ad dictum annum 1509.quo fuit aduersario concessum ad instar minorũ
57 habentium restitutionem de iure circa rem alienatam, quæ fuit maiorum suorum, ex regula text. in l. si in emptione ff.de minor. eo impensius Monasterium prænarratum est in integrum restituendum cum appareat per illud fuisse pro-
58 cessum ad concessionem, & locationem prænarratam, nulla causa subsistente habili, nec expressa in contractu, nec in probationibus, quo fit, vt etiam adhibitis in ea omnibus iuris sollemnitatibus Monasterium aduersus dictum contractum sit omnino restituendum, id latissime firmatur per Couarru. lib. 2. variarum resolut. cap.17. num.2. ver.nam quod alienatio.

Nouissime Monasterium prænarratũ asserit claro iure procedere relaxationẽ dicti territorij petitam ex alio capite, & deducto in eius supplicatione, videli-
59 cet alienationis ipsius sequuta traditione, non obtento assensu Monasterij facto à Duce Castrouillarum in personam possessorum, licet in fidibus in processu existentibus alienationum prædictarum
60 appareat clausula simplex *saluo, & reseruato assensu Monasterij*, citra tamen illa verba, *& non aliter nec alio modo*, cum sit clausula protestatiua, quæ de iure nil operatur, sequuta traditione, cum inspiciatur illa contraria facto, quã Ias. dicit communem in 2. lect. rubr. solut. matrim.nu.25.& in l.3.num.142.C.de iur.emphiteot. Andr.in c.1. §.commercium 1.colum.de prohib.feud.alien.per Lothar. Rip.in cap.cum M. Ferrariensis num.80. de constit.Deci.cons.160.post nu.4.

nu.4.vers.prӕterea dato, & latissime Iul. Clar. lib. 4. sentent. in §. emphit. quӕst. 13. 2. col. vers. item quӕro quid si emphiteota, ex quibus sic in iure fundatis nulli Iudicantium anceps dubiaue fiet victoria Monasterij prӕdicti respectu prӕsentis iudicij intentati, & ita iuris esse censeo.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum quod omnes respicit, debet intelligi secundum ius commune, vt primo succedat frater vtrinque coniunctus.*

2 *Constitutio Regni in aliquibus, disponit stantibus masculis, filias fœminas excludi.*

3 *Per fideicommissum succeditur testatori, & non hӕredi.*

4 *In tabulis maternis cessat fauor agnationis à statuto contemplatus.*

5 *Collecta, siue tributum est onus fructuũ.*

6 *Maritus est vsufructuarius omnium bonorum dotalium.*

7 *Impositio, seu collecta super bonis dotalibus, si est facta tempore matrimonij, seu imposita respectu bonorum, etiam pro debitis prӕteritis, (quia cũ illud sit onus fructuum illius fundi obnoxij solutioni onerum) spectat ad maritũ vsufructuarium.*

8 *Onus annuӕ prӕstationis semper spectat ad vsufructuarium.*

9 *Es alienum an sit exoluendum ab hӕrede, vel ab vsufructuario, an vero sit necesse vendi corpus hӕreditarium, cuius vsufructu priuetur vsufructuarius num. 14.*

10 *Es alienum debitum à testatore debetur per hӕredem, non per vsufructuarium, quod procedit in ere alieno debito respectu personӕ testatoris, & ratio num. 11. secus quando onus est respectu rei, quia tunc spectat ad vsufructuarium vt numer. 12.*

13 *Ad vsufructuarium spectat onus tributi, seu collectӕ, & si assertum fuisset bona libera, & francha.*

CONSILIVM LXXXXVI.

Pro Mag. Antonia, & Camilla Maramonte contra Mag. Lucium della Ratta. Mater si instituit filios masculos, & fœminas, eosque adinuicem substituit, & respectu filiarum mandat, quod non possint disponere nisi de aliqua parte, an tunc substitutio intelligatur facta respectu portionum fœminarum, an etiam respectu masculorum, & collecta imposita super bonis dotalibus tempore matrimonij est soluenda per maritum etiam pro debitis prӕteritis, & an es alienum sit soluendum per vsufructuarium, vel per hӕredem.

MAG. Antonia, & Camilla Maramonte petũt pro nunc explicari duo capita laudi, ex contentis in laudo prolato per Mag. Theophilum Zimaram, quorum primum cõsistit in portionibus spectantibus ad ipsas in bonis Mag. Mariӕ Isabellӕ de Aruca communis matris, tam ex earum propria institutione, quã ex causa substitutionis maternӕ. Secundum in summa ducatorum octicentum, vt prӕtenditur solutorum per Mag. Donatum Mariam della Ratta primum virũ Mariӕ Isabellӕ Vniuer. S. Petri in Galatina pro functionibus fiscalibus, licet ex instrumento in processu existenti apparet tantum solutio ducatorum quingentorum in circa.

Respectu vero primi capitis Mag. Sorores asserunt spectare ad ipsas dimidiã partem totius maternӕ hӕreditatis ex propria institutione, idque nullam patitur controuersiam cum testamentaria institutio sit clara, insuper prӕtendunt duas tertias partes portionis spectantis ad Magn. Alexandrum della Ratta communem fratrem ingressum Religionem Sanctissimi nominis IESVS ex causa substitutionis prӕfatӕ, & in hoc capite Mag. Lutius aduersarius insurgit tribus medijs contra has sorores, quӕ vt inferius patebit vana sunt. Primo dicit portiones dictarum sororum fuisse tantum subie-

subiectas fideicommisso, & non illas, quæ spectauerunt ad ipsum Lucium, & dictum Mag. Alexandrum, idque colligit ex illis sequentibus verbis, *& dette figlie non possano disponere si non di ducati 400.* cum hanc disponendi facultatẽ omittat in filijs masculis, cum alias filiæ visæ fuissent magis dilectæ quam masculi, quod non credendum est. Secundo
1 quod fideicommissum prędictum, quod omnes respiceret, debet intelligi secundum ius commune, vt primò succedat Lutius vtrinque coniunctus Alexandri, ex regula text. in auth. cessante C. de legit. hæred. Tertio vt illud etiam reguletur
2 iuxta formam constitutionis Regni in aliquibus disponentis stantibus masculis, filias fęminas excludi.

Primum obiectum est quippe inane, quia verba fideicommissi, ac reciprocæ substitutionis sunt clarissima, & omnes æqualiter respicit, sicut eosdem institutio æqualiter comprehendit, potuissetq; Maria Isabella testatrix, si verus esset paris intellectus disponere, vt si filiæ fęminæ decessissent sine filijs, quod tunc masculi succederent, & ponderatio dispositionis ducatorum quadricentorum non militat, quia in hoctantum voluit plus grauare fęminas testatrix, licet deferre non potuisset, si quidem ex causa legitimæ cuique ex dictis filiabus debitæ in dictis bonis maternis debita erat portio longe maior ducatorum ducentorum, de qua libere poterant filiæ disponere, & nihilominus voluit eas artare, vt minus legitima portione disponere potuissent, nec secundum fundamentum subsistit, tum quia verba substitutionis, & fideicõmissi vt supra sunt clara, & potuit hoc testatrix facere, cum filio in bonis maternis nil debeatur, præter legitimam vulgatis iuribus, tum etiam quia fundamentum prænarratum subsisteret quando tractaretur de successione dicti Alexandri, sed quia per fideicommissum
3 prædictum non succeditur Alexandro, sed Mariæ Isabellæ testatrici, ex regula text. in l. cohæredi §. cum filiæ cum concord. ff. de vulgar. & pupill. substit. nec obstat nouissimum. Primo quia verba fideicommissi apparent vt supra. Secundo quia illud non procedit in tabulis
4 maternis, in quibus cessat fauor agnationis à statuto contemplatus, ex his quæ cõpiosè congessit Brun. in tract. statuti exclud. fęm. stanrib. mascul. in 12. artic. princ. num. 224. vers. item prædicta non procederent, & latius in 3. art. principali num. 18. vers. prædicta procedunt vbi statutum, & licet Lutius asserat soluisse collegio ducatos sexcentum, dicit sorores id eas non afficere, si quidem Mag. Lutius habebit ex portione prædicta Alexandri, præcipuam legitimam, ex qua poterit sibi resarcire solutionẽ iam dictam, & si ea minor fuerit sibi imputetur, qui soluit collegio, id quod eidem non debebatur.

Quod vero attinet ad secundum principale capud ducatorum otticentorum prætendunt sorores male fuisse iudicatum per Arbitros, & proinde esse absoluendas ipsas, ex regula text. in l. hactenus vbi est casus ad litteram ff. de vsufruct. l. si pendentes §. si quod cloacarij, ibi, & fisco functiones præstare, & l. arbores §. final. secundum vnam lecturam, vt in glos. in ver. cõsueuit ff. de vsufruct. l. generali §. final. & l. quæro, vbi Bart. ff.
5 de vsufruct. legat. si quidem collecta, siue tributum est onus fructuum, quos percipiebat Mag. Donatus Maria mari-
6 tus vsufructuarius omnium bonorum dotalium, de quibus agitur, l. diuortio ff. solut. matr. cum simil. & apparet dictos ducatos octingentum fuisse solutos pro impositione debita ab anno 1550. quo durabat matrimonium contractum ab anno 1543. & licet ex aduerso asseratur impositionem prædictam fuisse factam pro debitis contractis ante matrimoniũ, vt Vniuersitas ab eis fuisset immunis, attamen Mag. Sorores dicunt id eis non nocere. Primo quia sufficit, quod impo-
7 sitio, siue collecta sit facta, siue imposita tempore matrimonij respectu bonorum etiam pro debitis præteritis, quia cum illud sit onus fructuum illius fundi obnoxij solutioni onerum spectar ad vsu-

vsufructuarium, si quidem tex. in d.l. hactenus loquitur generaliter, & si partis prætensio vera esset, maxima esset restrictio illius text. tanto magis cum per raro locum haberet ille text. in collectis, siue tributis, quæ debetur causa soluẽdi tertias, seu interesse onerum per prius cõtractorum per Vniuersitatem. Secundo quia cum fructus bonorum prædictorũ fuerint maximi ferentes onus solutionis dictæ collectæ ad dictum Mag. virum vsufructuarium vt supra, cum sit annua
8 præstatio, cuius onus de iure sẽper spectat ad vsufructuariũ, rogo ad hoc ponderetur text. in l. final. §. sin autem legata C. de bon. quæ liber. & vt fundamentum nostrum huiusmodi verum inspiciatur, rogo. Iudicantes quod ponderent rationẽ Ias. in loco infra allegãdo, qua
9 potissimum fundat es alienum esse exoluendum ab hærede, explosis omnibus Doctorũ desuper rationibus adductis, scilicet quia inconueniens esset, vt creditores expectarent multos annos perceptionis fructuum, quibus pure, & incõtinenti es alienum debetur, vt ipse testatur in l. 1. in princ. in 2. lectura num. 13. vers. ego vltra scribentes ff. ad trebell. in qua tantum ratione Ias. se fundat, & alias Doctorum reprobat, vt cernitur à num. 12. quæ non militat quando anno quolibet fructus suppetunt æris alieni solutioni.

Secundo quia, & si communis sit opinio contra Bart. in l. final. ff. de vsufruct.
10 leg. quod es alienum debitũ à testatore debeatur per hæredem non per vsufructuarium, de qua latissime per Dec. cons. 590. & per Paul. de Montepico in rep. l. titia §. titia num. 130. cum seq. ff. de legat. 2. & per Ias. in l. 1. in princ. in 2. lectura num. 14. vsque ad nu. 19. ad Senat. Cons. trebell. & per Alex. in l. vsufructu bonorum ff. ad leg. falcid. & in l. filio famil. §. si vir ff. solut. matrim. ea pro
11 cedit in ere alieno debito respectu personæ testatoris, quia hęres ex ea est obligatus, & ea de causa procedit opinio, quod hæres tenetur, vt declarat Bald. in cons. 87. & 209. vol. 5. Castrens. in suo sollemni cons. . . pen. col. & Dec. in d. cons. 590. nu. 5. & Ias. at secus quan-
12 do onus est respectu rei, quia tunc locũ habet text. in d. l. hactenus disponens ad
13 vsufructuariũ spectare onus tributi, seu collectæ, si quidem ad eum transit, & si assertum fuisset bona libera, & franca, ex his quæ tradidit Bal. in l. fistulas §. qui frumenta ff. de contrah. emptio. Tertio at quando omnia prædicta nõ subsistent, in hoc Doctores omnes supra relati cõueniunt, quod fuisset necesse ven-
14 di corpus dotale, cuius vsufructu priuatus fuisset maritus, qui integros fructus bonorum dotaliũ percepit, qui fructus excomputandi essent in beneficiũ vxoris à summa dictorũ ducat. quingentorũ vt supra soluta à die matrimonij contracti vsque ad eius mortem, & nouissime quia apparet Mag. Donatum Mariam solutionem prædictam fecisse ex pecunia ad ipsum peruenta, ex venditione bonorum dictæ Mag. eius vxoris, vt in facti memoria demonstratum extat, & ita in omnibus iudicandum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Ad nu. 9. & 10. cum seqq. adde Soccin. in cons. 131. nu. 12. vol. 1. Rubeum in cons. 158. nu. 2. Gulielm. de Bened. in repet. cap. Rainutius vers. cætera bona num. 42. & seqq. Corn. in cons. 195. vol. 4. Deci. in cons. 485. num. 15. 16. & 17. & in cons. 536. num. 13. Parisi. in cons. 95. nu. 66. & seq. vol. 2. Guid. Pap. in decis. 541. num. 1. & 2. Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 4. 6. & 7. Matthesi. singul. 4. nota quod si testator, vbi apostill. Sacay. & sing. 6. & vsufructuarius an teneatur ad collectas, vide Affl. in decis. 252. num. 4. vers. item quia vsufructuarius, Capyc. in decis. 184. nu. 5. Bertran. in cons. 97. num. 4. vol. 3. in antiquis, Gulielm. de Bened. in d. ver. cætera bona num. 45. cum seq. vbi nu. 46. & 48. tradit an donatarius omnium bonorum, vel emptor teneatur ad debita, & num. 48. quid in donatario, vel legatario certe partis bonorum, ad quod vide etiam Decium in cons. 387. & an maritus

tus possidens res dotales teneatur pro his soluere collectas, & alia onera rei dotalis, Soccin. in consil. 119. num. 3. volum. 1. & an vsufructuarius teneatur soluere impensas funeris, vel hæres, Parisi. in cons. 95. num. 65. volum. 2. Corn. in cons. 122. num. 15. volum. 2. & an heres particularis teneatur ad debita, vide Alexan. in consil. 138. in fine num. 15. volum. 1. & Ripam in l. 1. §. si is qui quadringenta num. 2. ff. ad trebell.

Paul. Staib. Iun.

SVMMARIVM.

1 *Heres mariti tenetur restituere vxori dotes, & antefatum.*

2 *Dos est patrimonium mulieris, cui soluto matrimonio restitui debet, & num. 9. & 10.*

3 *Adornum, seu antefatum, non debetur de iure patri mulieris, nec eius hæredibus ipsa muliere vxore prædecedente.*

4 *Instrumentum continens contraria est inualidum.*

5 *Semper facienda est interpretatio, vt actus magis valeat, quam pereat.*

6 *De iure nunquam præsumitur in vno actu, & in eadem lege correctio.*

7 *De iure communi, & si non constituatur antefatum debetur, dos namque data meretur donationem propter nuptias.*

8 *Licet pater à principio promissionis dotis possit sibi appropriare actionem de dote, tamen soluto matrimonio filia superstite consequutio, & actio ad dotes recuperandas, non potest fieri citra, vel contra filiæ voluntatem, & ratio.*

11 *Potest filia de dote disponere ad sui libitum.*

12 *Ex causa dotis principali iure acquiritur filia per donationem, seu promissionē patris.*

13 *Quando mulier transit ad secunda vota, pater tenetur eandem dotem ei repromittere.*

14 *Ius superueniens iuuat aliquem, & procedit tam ad finem agendi, quam excipiendi num. 15.*

CONSILIVM LXXXXVII.

Pro Mag. Iulia Pandolfa, contra Mag. Franciscum Antonium Asprellam. Dos est restituenda soluto matrimonio mulieri, & quid si eius pater à principio promissionis dotis appropriauit sibi actionem de dote.

MAG. Iulia Pandolfa, soluto ipsius matrimonio per mortem Mag. Petri Antonij Asprellæ eius viri, petijt mediante supplicatione in Sac. Cons. condemnari Mag. Franciscum Antonium Asprellam eius socerum ad re-
1 stitutionem dotium, & antefati, ex reg. tex. in l. si cum dotem §. transgrediamur cum simil. ff. sol. matrim. aduersus quam petitionem se opponit dictus Mag. Franciscus Antonius, & prætendit dotium consequendarum, actionem non spectare ad dictam Mag. Iuliam, ex infrascripto capitulo apparente in capitulis matrimonialibus, *item son conuenute dette parte, casu che detto matrimonio si dissoluessè (quod absit) senza figli, ò vero con figli, quali non peruenessero all'età perfetta, tutte le robbe promesse, & consignate, s'habbiano à restituire ad essi promissori, ò suoi figli, & heredi, quia sic, preter adornum, seu antefatum prædictum, quia sic.* Secundo asseuerat ex finalibus verbis in eodem præcedenti capitulo contentis videlicet *præter adornum*, nec teneri ad solutionem antefati.

Quod attinet ad dotium consequutionem, assero actionem propositā sub-
2 stineri, cum dos sit patrimonium ipsius mulieris, cui soluto matrimonio dos restitui debet, vt habetur in l. 2. in princ. ff. solut. matrim. & in rubro, & nigro. ff. & C. solut. matrim. & quemadmodum dos restituatur, maxime vbi dos ei promittitur à Patre, vt hic, nec capitulum prælibatum in aliquo obstat ipsi Mag. Iuliæ, cum capitulum prædictum non contineat casum præsentem dotium consequendarum per ipsam Actricem, ob solutum matrimonium per mortem viri

prædicti, ſed contrarium, conſequutio-
nem ſcilicet dotium faciendā per Mag.
Pandolfum de Pandolfo patrem Magn.
Iuliæ, ſoluto matrimonio per mortem
Iuliç, id quod patet ex illis verbis in fine
capituli poſitis, præter adornum, ſeu an-
3 tefatum, quod non debetur de iure pa-
tri mulieris, nec eius hæredibus, ipſa
muliere vxore prædecedēte, cum ſi alias
capitulum prædictum intelligeretur, in-
duceretur contrarietas, ſeu perplexitas,
quod antefatum, ſeu adornum in præ-
cedenti capitulo conſtitutum per hoc vl
timum tolleretur ex eodem contractu;
& in eodem inſtanti, quod non eſt ferē-
dum de iure, tum cauſa euitandi inuali-
ditatem inſtrumenti prędicti, quod ſi ita
4 intelligeretur, continens contraria, illud
eſſet inualidum cap. imputari, vbi Felyn.
num. 1. extra de fid. inſtrum. l. vbi repu-
5 gnantia de reg. iur. ſemper enim facien-
da eſt interpretatio, vt actus magis va-
leat, quā pereat l. quoties cum ſimil. ff.
de reb. dub. tum etiā quia de iure nun-
6 quam præſumitur in vno actu, & in ea-
dem l. correctio, ita text. in l. penult. vbi
Bald. in fin. C. per quas perſonas nobis
acquiritur, cum non præſumatur, quem
incontinenti ſe voluiſſe corrigere, tanto
magis euitanda eſt correctio prædicta
cum non ſit ferendum in hoc ſolo ma-
trimonio, tam pari induci denegationem
antefati, quod in nullo mundi matrimo-
nio cōtracto denegatum eſſe inſpicirur,
& ſi voluntas horum cōtrahentium fuiſ-
ſet non promitti, ſeu conſtitui antefatū,
ſiue adornum, vtique de eo non modo
non feciſſent mentionem, verum etiam
expreſſe deſuper cauiſſent, cum de iure
7 communi, & ſi non cōſtituatur debetur,
dos namque data meretur donationem
propter nuptias, auth. dos data C. de
donat. ante nupt. vbi gloſ. in verb. mere-
tur, & in auth. vnde ſumitur de exact.
inſt. dot. §. illud.

Secundo & ſi prædicta non milita-
rent, citra tamen veri præiudicium, ſicut
firmiter militant, Magn. Iulia aſſeuerat,
quod & ſi ex diſpoſitione l. quoties
8 ff. ſolut. matrim. pater à principio pro-
miſſionis dotis, poſſit ſibi appropriare
actionem de dote, attamen ſoluto ma-
trimonio filia ſuperſtite conſequutio, &
actio ad dotes recuperandas, non poteſt
fieri, citra vel contra filiæ voluntatem,
9 cum dos ſit proprium patrimonium fi-
liæ, & pater nunc agens exceptione filiæ
ſubmouebitur, & ita concordatur tex. in
d. l. quoties cum l. poſt dotem ff. ſolut.
matrim. per Bart. in 3. intellectu in d. l.
poſt dotem, quem ſectatur Petr. de Bell.
Pert. vt per Iaſ. in d. l. poſt dotem num.
37. & nu. 81. qui dicit hunc intellectum
eſſe ſequendum, tanquam minus peri-
culoſum, ergo ex his conſtat actionem
propoſitam per Mag. Iuliam procedere
poſſe, etiam quia Mag. Pandolfus eidem
propoſitæ vt ſupra non contradicit, im-
mo conſentit, & in ſpecie in muliere,
10 cum ſit dos proprium ipſius patrimo-
nium, vt in l. final. C. de collect. l. 3. §. ſed
vtrum de minor. l. pater filiam ff. ad l.
11 falcid. poterat filia de ea diſponere ad
ſui libitum, id quod ſcriptum reliquit
Bald. in l. penult. in fin. C. de falſ. cauſ.
adiect. leg. & in l. quod ſcitis in 2. col. in
fin. & in 3. C. de bon. quę liber. ex cau-
12 ſa enim dotis principali iure acquiritur
filiæ per donationem, ſeu promiſſionē
patris, iuxta text. in l. Pomponius Fila-
delph. ff. famil. hærciſc.

Tertio & nouiſſime tanto magis præ-
cedens reſponſio ſubſiſtit, & actio præ-
narrata per Mag. Iuliam procedit, cum
inſpiciatur dictam Mag. Iuliam tranſijſſe
13 ad ſecunda vota, quo caſu tenetur de
iure eandem dotem eidem Iuliæ repro-
mittere, ex diſpoſitione tex. in auth. ſed
quamuis C. de rei vxor. actio. & in §. ſi
vero iam in auth. de æqualit. dot. quem-
admodum repromiſit, & retroceſſit etiā
recuperandā à dicto Mag. Aduerſario,
14 itaq; hoc ius ſuperueniens iuuat ipſam
Mag. Iuliam, ex reg. text. in l. cum vir ff.
de vſucap. l. ſi quis alienam ff. de actio.
15 empt. id quod procedit tam ad finem
agendi, quam excipiendi, vt per Alex. in
conſ. 1. num. 38. & ibi apoſtill. in lit. A.
5. volum.

Paulus Staibanus.

Ad

Ad num.14. adde Negusant.in tract. pign.par.8.memb.3 n.13.& seqq.& an ius superueniens post litem contestatã, & lite pendente prosit, & quid in reo vide Ias.in §.superest nu.112.instit.de actio. Affl.in const.Reg.si quis in posterum nu.30. vers.& istud verum Negus. in d.tract.pignor.par.7. memb.2. nu.9. vers.4.amplia.

Sed an ius superueniens validet actũ in feudis, quod non tenuit Afflict. in c.si quis fecerit inuestituram in princ.& nu.15.quo temp.miles, & Reg.de Pont. in cons.36.nu.11.& 12.vol.1.sed contrariam sententiam tenuit Iacob.de Ardiz. in summa super feud.cap.9. ver. si vero faciant,& cap.22. ver.& siue faciat quis laicus, Camer. in c.Imperialem fol.56. lit.P.ver.nec obstat q ius superueniens, Odofr. in summa feud. tit. qualiter fiat inuest.circa fin. Guliel Hannectonius in tract.de iur.feud.c.7.in fin.Io.Blanc. in summa feud.lib.1.c.6.nu.23. Lanar.in cons.92.nu.23.& 24. Affl.in dec.292. Io,Vinc.de Ann.in c.1.de vaxal.decrep. ætat.nu.264.ver.ex cuius dictis, Franc. de Amic.in rep.c.1.de his qui feu.dar. poss.in c.incip.expeditis nu.2.ver.& primo quæram fol.207. & nouissime Reg. de Pont.in tract.de por.Pror.tit.4. §.7. per totum, vbi distinguit, quod respectu domini contrahentis ius superueniens habet locum in feudis, secus vero in vaxallo vendente, ad quos pro nunc te remitto, nam Deo dante alibi spero hanc quæstionem latius explicare.

Paul.Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates quæ reguntur per laicas personas, non dicuntur locus pius, secus quando habent annexam Hospitalitatem in se vt nu.3.*

2 *Hospitale non dicitur locus pius, sed profanus, quando illud est erectũ per personas laicas citra Pontificis, vel Archiepiscopi ordinarij authoritatem.*

4 *Assensus, & authoritas superioris de iure disponitur intercessisse, quando Hospitale habet campanile formatum cum campanis, & Ecclesiam formatam, vbi sacra quotidie celebrantur.*

5 *Ministratio Sacramentorum cimiteria, & collatio Sacramẽti Baptismatis necessario arguunt locũ pium, & religiosũ, & in eo authoritatem superioris intercessisse.*

6 *Si in Hospitali fuit obseruata Hospitalitas per tempus immemorabile, licet sit electum citra ordinarij authoritatem censetur locus pius, & non priuatus.*

7 *Hospitale est perpetuum, & reuocari non potest.*

8 *Hospitale dicitur perpetuum, & irreuocabile ex morte primorũ illud constituentium, & tunc vocatur pius locus etiam si non sit electus cum authoritate ordinarij, seu Pontificis.*

9 *Decisio præsentis causæ in fauorem.*

CONSILIVM LXXXVIII.

Pro Sacro Archiospitale Vrbis Romæ, contra Sacrum Hospitale S. Mariæ Annuntiatæ de Neap. Confraternitates quando habent annexam Hospitalitatẽ, licet regantur per laicas personas dicũtur locus pius, & non profanus, & quid si fuerunt erectę citra Pontificis, vel ordinarij authoritatem, & an si in eis appareat campanile cum campanis, & Ecclesia, vbi sacra quotidie celebrantur, præsumatur assensus superioris intercessisse.

MOTA lite in Curia Illustriss.& Reuerendiss. Archiepiscopi Neapolitani per Sacrũ Archiospitale Vrbis Romæ, super vendicatione hęreditatis, ac bonorũ, quon. Reu. Cæsaris Cucurulli ordinis, ac Religionis dicti Archiospitalis, contra Sacrum Hospitale Diuę Annuntiatæ Neapolitanæ dubitari cõtingit, an declinatoriæ fori prænarrati, ac remissionis dictæ causæ ad Iudices sæculares S.C.propositarũ ex aduerso locus sit, & quidem ex infra dicendis in iure inconfutabilibus fundamentis luce meridiana clarior apparebit pars negatiua.

Et licet pro dicto Sacro Hospitali faciant duo iuris articuli, quorum primus
1 videlicet, Confraternitates, quæ reguntur per laicas personas, per quas regitur dictum Sacrum Hospitale Diuæ Annuntiatæ non dici locus pius, per Bal. in l. si quis ad declinandam vers. deinde queritur C. de Episc. & cleric. & latissime per Ant. Gabriel. in tract. comun. opin. lib. 6. in tit. de pia caus. conclus. 1. Secundus dictum Hospitale diuæ Annuntiatæ non
2 dici locum pium, sed profanum, cum illud prætendatur fuisse erectum per personas laicas, citra tamen Pontificis, vel Archiepiscopi, tunc existentis ordinarij authoritatem, ex relatis per Bal. in d. l. si quis ad declinandam vers. sed iuxta hoc quæro C. de Episc. & cler. & latissime per eundem Gabr. in loco præcit. in 2. conclus. & singulariter Roman. in cons. 377. per totum.

Attamen ex infrascriptis apparebit fundamenta prænarrata esse de iure vana, nam quod attinet ad primum obiectum affirmamus communem illam sententiam, scilicet Confraternitates, quæ reguntur per laicas personas, non pium locum esse, sed profanum, non militare
3 quando Confraternitas prædicta habet in se annexam Hospitalitatem, & maxime quando Hospitalitas prædicta eidem inesse deducta est, prout cernitur in themate proposito, prout scriptum reliquere Capra cons. 54. Bald. in cons. 162. in 4. dub. vol. 5. & Corne. in cons. 308. num. 6. 3. vol. quorum meminit idem Gabriel. in d. 1. concl. nu. 22. & 23.

Quod vero attinet ad secundum fundamentum asserimus, adhuc non esse deductum dictum Hospitale esse electū citra ordinarij, vel Pontificis authoritatē, nam & si (vt audiuimus) Illustr. Domino Archiepiscopo fuere exhibita capitula dicti Hospitalis, nihilominus non per hoc sequitur, quod non potuit seorsum interuenire assensus, & authoritas Pontificis, vel ordinarij, qui quæuē q. intercesserint, liquidè credendum est ex infra scriptis, & primo si quidem cernitur in
4 Hospitali prædicto esse campanile formatū cum campanis insuper Ecclesiam formatam, vbi sacra quotidie celebrantur, ex quibus liquidissime de iure disponitur assensum, & authoritatem superioris intercessisse, ita firmauerunt Abb. in c. parentibus de priuileg. & in c. inter dilectos nu. 8. de donat. & in cap. final. de censib. Felyn. in c. de quarta de præscript. Calder. in cons. 4. in tit. de relig. domib. Paul. Castrens. in cons. 5. vol. 2. Petr. de Perus. in tract. de canon. portio. in 2. art. princ. quorum meminit idē Gabr. in d. 2. conclus. nu. 5. & vltra prænarratos Doctores legatur (quæso) Roman. in d. cons. 477. 3. col. vers. vbi autem ipsum Hospitale, qui dicit de iure affirmanter disponi superioris authoritatem, & omnia alia solemnia ad pium locum constituendum intercessisse, ad quæ roboranda allegat Archidiac. idem dicentem in c. nemo de consecr. dist. 1. & alios Doctores, secundo prænarrata etiam vera sunt ex eo, quod in dicto Ho
5 spitali cernuntur Ministratio Sacramentorum Cimiteria, & collatio Sacramenti Baptismatis, quæ necessario arguunt locum pium, & Religiosum, & in eo authoritatem superioris intercessisse, idem Roman. in d. cons. 477. 3. col. vers. præterea.

Secundo demus tamen non concedendo prænarrata, non procedere, Hospitale prædictum fuisse electum citra Pontificis, vel ordinarij authoritatem, adhuc asseueramus non censeri illud profanum, seu priuatum locum, sed pium, & Religiosum, ex duobus, primo nempe
6 in dicto Hospitali fuit obseruata Hospitalitas per tempus immemorabile, quo fit, vt licet Hospitale prædictum sit electum citra ordinarij authoritatem censeatur locus pius, & non priuatus, siue profanus, ex his, quæ tradidit ad limitationem dictæ cōmunis opinionis, Curt. Iun. in cons. 2. incip. Hospitale, quem refert, ac sectatur Gabr. num. 6. in d. 2.
7 conclus. Secundo quia dictum Hospitale est perpetuum, illudq; reuocari non potest, ex dictis Bal. in l. orphanatropos vers. quæro vtrum C. de Episc. & cler. &

Panor.

Panor.in consil.34. vol.4. quorum ad limitationem dictæ communis opinionis meminit idem Gabriel. vbi supra in d.2. conclus. num.7. quibus accedit, eo im-
8 pensius Hospitale prædictum fuisse factum perpetuũ, & irreuocabile, ex morte sequuta primorum illud constituentium, & propterea vocari pium locum, & Religiosum, & si non fuisset electum Authoritate ordinarij, seu Pontificis, ad hunc modum declarat Abb.in c.ad hæc vers.item nota de relig.domib. & Socc. in tract.visitatio.in vers.12.quæro.quos refert idem Gabr. vbi supra in d.2.conclus.num.8.ex quibus omnibus cum satis clare fundatum sit de iure dictum Hospitale esse locum pium, & Religiosũ, ea propter Illustrissimi, ac Reuerendissimi Archiepiscopi Neapolitani Iudicis ordinarij notoriè apparet iurisdictio fundata, & successiue prouidendum erit,
9 prout iam prouisum est in causa prædicta esse procedendum ad vlteriora in dicta Curia, & ita in omnibus iudicandum, & respondendum esse censeo.

Paulus Staibanus.

Adde ꝙ contra dicta in hoc consilio scripsit D. de Ponte in cons. 18. par.1. sed hic incidenter quæro an Hospitale quod regitur per laicas personas, pro vt est supradictum Hospitale possit transigere sine decreto, & sollemnitate, & Respondeo ꝙ sic, quia magistri, sicut Prælatus, qui administrator est possunt in quærendis Ecclesiæ præiudicare, Roma. in cons.184.Rolan. à Vall.latissime in cons.15.num.23. & seqq.vsque ad finẽ vol.1.de Franch.in decis.14.num.16.& seqq.Menoc.de arbitr.Iud.lib.2.cent.2. casu 171.nu.52.& gl.fin.in c.fin.16.q.1. & ideo potest repudiare legatum, vt dicti Doct.testantur, & Feder.de Sen.in cons.9.multo magis aliquo recepto, qđ maxime procedit in re dubia, in qua sine decreto potest transigere, Roman. & Rol.vbi supra, Anchar.in cons.136.ad text.in l.præses C. de transact.& glos.in l.pactum curatoris C.de pact.

Paul.Staib.Iun.

SVMMARIVM.

1 *Verba priuilegij tripliciter possunt considerari aut sunt dispositiua, aut narratiua, aut assertiua.*

2 *Verba assertiua priuilegij non inducunt qualitatis asserte probationem, nec noui iuris constitutionem, & quomodo limitetur nu.23.24.& 26.*

3 *Si Papa in aliquo priuilegio scriptura non facta principaliter super donatione, vel sententia exemptionis, seu etiam libertatis aliquã Ecclesiam ad ius, seu proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere narret, non propterea illius Ecclesiæ exemptio est probata, nisi aliter de libertate doceatur.*

4 *Verbis narratiuis Summi Pontificis aliquem suum familiarem, & cætera id genus narrantibus plena fides adhibetur quando super eis intentio* Papa *fundatur.*

5 *Papa si concedit priuilegium dicens eximimus tale Monasterium, seu Cappellas suas illas proprijs nominibus nominando, non ideo probat illas Cappellas esse illius Monasterij, nisi vere probetur illius fuisse, & ratio.*

6 *Papa si concessit alicui præposituram, tanquam pro prima dignitate, quia illa verba pro prima dignitate sunt narratiua, propter aliud, ideo non fundant illam qualitatem, nisi aliter probetur, & ratio.*

7 *Si Rex donat castrum in Baroniam alicui ille tunc erit Baro, si Rex ex certa scientia illum facere voluerit* Baronem.

8 *Vnio duarum Ecclesiarum, vt vnitarum concessarum, ex concessione prænarrata non probatur.*

9 *Verbis narratiuis Summi* Pontificis, *non creditur.*

10 *In qualibet dispositione celebranda tam per priuatos, quam per Reges, duo sunt necessaria ad actus dispositi validitatem videlicet voluntas, & potestas.*

11 Rex *potest vnita diuidere, & diuisa vnire, & ipsius destinatione feuda Baronia, Comitatus, tanquam patris familias constituuntur.*

12 *Rex potest nouas dignitates erigere.*

13 *Sicut Papa Episcopatus constituit, & diuidit sic Imperator, & Rex in eorum dominijs constituunt, & diuidunt Prouincias.*

14 *Nil castro naturaliter inest nisi id quod ab homine, vel consuetudine reperitur destinatum.*

15 *Quando Rex nominat aliquam terram esse sub Comitatu, sola hæc nominatio operatur vnionem.*

16 *Comitatus proprie loquendo, nil aliud est nisi vnicum territorium in se continẽs plurimas villas, siue castra.*

17 *Hodie in Regno constituitur dignitas Comitatus super vna terra tantum.*

18 *In Regno Franciæ non potest dici quis Comes nisi habeat sub se decem castra, siue decem Barones, nec Baro nisi habeat decem feudatarios.*

19 *Vnio potest fieri expresse ex verbo vnientes, & tacite per nominationem, & possessionem vnitam.*

20 *Duo fundi vniuntur per amotionem terminorum, & diuiduntur per appositionem illorum.*

21 *Clausula ex certa scientia, & motu proprio quid operetur.*

22 *Rex si concedit alicui Comitatum proprio motu, & ex seruitijs maxime importantiæ per eum præstitis, licet vtatur verbis assertiuis, & enunciatiuis, tamen eis creditur.*

24 *Rex non potest tollere alterius iura nisi ex causa.*

26 *Verba licet sint enunciatiua quando Rex se fundat super illis probant.*

27 *Priuilegia si sunt dubia pro fundanda vnione, illa redduntur clara ex possessione subsequenti vnitæ possessionis.*

28 *Vnita possessio feudorum fundat eorum vnionem.*

29 *Feuda dignitatum sunt quo ad substantiam indiuisibilia, sed quo ad administrationem sunt diuisibilia.*

30 *Prorex Regni caret potestate assentiendi alienationibus, ex quibus feudorum diuisio nascitur, & eo non obstante venditio est nulla nu. 31.*

CONSILIVM LXXXXIX.

Pro Illustr. Duce Feroleti, contra Illustr. Ducem Nuceriæ Paganorum. Vnio feudorum an inducatur ex affirmatione, & assertione facta à Rege terram esse de aliquo Comitatu, & quibus modis fiat, & verba priuilegij quibus modis possint considerari, & quid operetur clausula ex certa scientia, & motu proprio.

REX Ferdinandus Secundus in anno 1496. concessit Illustr. Marco Antonio Caracciolo Comitatum Neocastri, quẽ affirmauit consistere in aliquibus terris, & signanter in terra Maydæ, & casali Lacconiæ, quam Illustr. Dux Feroleti pro pretio duc. quinquaginta millium vendidit Illustr. olim Alphonso Carrafæ Duci Nuceriæ Paganorum, iuxta instrumentum stipulatum die 22. Decẽbris 1565. ad præsens Dominus Dux, & Comes Neocastri, intendit ex persona Comitatus, seu feudi hominis muti vendicare dictam terram, eamq; dicto Comitatui vnire, iuxta supplicationem ipsius, quæstionis est, an affirmatio in assertione, & alijs partibus dicti priuilegij facta per Regem Ferdinandum terram Maydę, & casale Lacconiæ esse de prædicto Comitatu, satis superq; fuerit dicto Illustr. Duci pro eius intentione fundanda, vltra alia inferius scribenda.

Et arguendo pro parte negatiua, præ-
1 mittitur verba Priuilegij de iure posse tripliciter considerari, aut. n. sunt dispositiua, aut narratiua, aut assertiua, quemadmodum magistraliter tradidit Oldra. in cons. 258. ac etiam Calder. in cons. 2. in tit. de priuileg. dispositiua enim hic desuper non inspiciuntur, cum non sit conceptũ Priuilegium ad cõstituendũ Comitatũ de nouo, & sic super hoc disponendo, nempe huiusmodi Priuilegiũ cernitur, per quod disponitur cõcedendo Marco Antonio, id quod ad Curiã deuolutum fuerat, & dum disponit, &

con-

concedit, exponit quod concedit, asserendo terram Maydæ esse de Comitatu, seu Comitatum consistere inter cætera in terra Maydæ,& casali Laconiæ,& sic non erunt, nec dispositiua, nec narratiua erunt igitur assertiua, ex quibus iure
2 sancitum apparet non induci qualitatis asserte probationem,nec noui iuris constitutionem,ad quod fundandum adducuntur in mediis infrascripta,primo text. in clem.si summus Pontifex in 2.respon so de sent.excommun.ibi similiter quoque si quem sub titulo cuiuslibet dignitatis verbo constitutione, vel literis nominet, seu quo vis alio modo tractet ꝓ hoc in dignitate illa ipsũ approbare, non intelligitur.nec quicquã ei tribuere noui iuris,iunctis verbis præcedentibus, nisi se velle forsitan exprimat, ex hoc pro absoluto habere, vbi Imol.Card.Zabarell.& cæteri. Secundo text. magis ad propositum in cap. si Papa de priuileg.
3 in 6.vbi si Papa in aliquo priuilegio scriptura non facta principaliter super donatione, vel sententia exemptionis, seu etiam libertatis aliquã Ecclesiam ad ius, seu proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere,vel consimilia verba narret,non propterea illius Ecclesiæ exemptio est probata,nisi aliter de libertate doceatur, vbi Geminian.& cæteri id etiam notant. Tertio text.in clem.1.de probat.à contrario sensu,dum in ea disponitur verbis
4 narratiuis summi Pontificis aliquem suũ familiarẽ,& cætera id genus, plenam fidem adhiberi quando super eis intẽtio Papæ fundatur ergo à contrario sensu, si super eis non fundatur intentio illa non probant,per quæ iura in priuilegijs huiusmodi conclusionẽ affirmarunt Roman.cons.180.incip.si admittimus totũ nu.4.Oldrad.& Calder.in consilijs prænarratis, Innoc.in cap.dudum.vbi Abb.
5 de priuileg. affirmat quod si Papa concedit priuilegium,& dicit eximimus tale Monasteriũ, & Cappellas suas illas proprijs nominibus nominando, non ideo probari illas Cappellas esse illius Ecclesiæ, nisi vere probetur illius fuisse,nempe non præsumitur Papam voluisse nouas Cappellas illi Monasterio aggregare, Aret.in cons.23.col.3.scriptum reli-
6 quit, quod si Papa concessit alicui præposituram, tanquam pro prima dignitate verba illa priuilegij pro prima dignitate sũt narratiua propter aliud,& ideo non fundant illam qualitatem, nisi aliter probetur,cum fundamentum concessionis non fuit, quod præpositura sit prima dignitas,sed quod vacauerit And. in cap.1.num.22.de cap.qui cur.vendi.
7 tradidit, quod si Rex donat castrum in Baroniam alicui, ille tunc erit Baro, si Rex ex certa scientia illũ facere voluerit Baronem, & Freccia lib.1.subfeud. fol. 11.num.45. arguendo de persona ad rem, ex regula text. vbi Bart. & Alber. in l.qui furem ff.de stat.homi.Alex.in cons. 70. 3.volum. & in cons.101. penult.col.6.vol.quod est dupplicatum,
8 affirmauit vnionem duarum Ecclesiarũ, vt vnitarum concessarum, ex concessione prænarrata non probari,Bart.& Doctor.omnes in l. ex hac scriptura ff.de donat.Io.Andr.in cap.nonnulli penult. col.de rescript. Ant. de Butr.in d.cap. nonnulli §.sunt & alij 3.colum. ver. Io. Andr.late Dec.cons.602.nu.13.& 15.
9 probauit non credi verbis narratiuis Summi Pontificis, ex quibus omnibus pars negatiua videtur cõcludenter probata.

Partem tamen affirmatiuam tanquam veriorem fundando præmitto in quali-
10 bet dispositione celebranda tam per priuatos, quam per Reges esse duo necessaria ad actus dispositi validitatem, videlicet voluntatem,& potestatem, vt optime declarat,ac firmat latissime Dec. in cons.198. num.3. ver.prædictis non obstantibus,& in d.cons.602. num.15. & in hoc dicit nil differre priuatum à Rege, & è contra, id ꝙ etiam sumitur ex tex.vbi non ambigebatur potestas Papę dignitatem conferendi,quæ duo scilicet potestas,& voluntas coniunctim perspiciuntur concurrere in hac dispositione vnionis de prima non ambigitur,nempe
11 Rex potest vnita diuidere, & diuisa vnire, & ipsius destinatione, tanquam patris

tris familias feuda Baroniæ Comitatus, & alia constituuntur, in quibus iam procedere text. in l. quod in rerum ff. de leg. 1. copiosè scriptum reliquit Andr. in d. cap. 1. nu. 22. de cap. qui cur. vendid.
12 insuper Rex potest nouas dignitates erigere, vt testatur ibidem Andr. ex regula text. in l. 1. vbi glos. & Doctor. de metrop. Berit. lib. 11. cod. & sicut Papa
13 Episcopatus constituit, & diuidit, sic Imperator, & Rex in eorum dominijs diuidunt, & constituunt Prouincias, glos. est sing. in cap. 1. in vers. diuisiones in fine 10. distinct. quam dicit notabilem Laudens. in tract. de Princip. num. 299. & sectatur Frec. lib. 2. subfeud. in tit. quis dicatur Comes nu. 24. fol. mihi 74. à ter. ideoq; Innoc. quem cæteri sectantur in cap. cum ad sedem de restit. spoliat. tra-
14 dit nil castro naturaliter inesse, nisi id quod ab homine, vel consuetudine reperitur destinatum, Andr. in cap. 1. 3. col. in fine, quid sit inuest. Bald. in suo sollemni cons. 420. 1. vol. & Frec. vbi supra.

Voluntatem autem, & sic secundum requisitum fundabimus duplici priuilegio, tam Ferdinandi Secundi prænarrati expedito 20. Februarij 1496. quam etiam Federici in eodem anno 1496. 11. Decembris, iam dictum priuilegium Ferdinandi, ad fundandum voluntatem, pondero in nonnullis eius partibus. Primo in narratione ibi *tenentes, & possidentes Comitatum Neocastri consistentem videlicet in Ciuitate Neocastri terra Mayde*, adeo quod Rex nõ solum narrat, sed disponit in hoc Comitatum cõsistere in dicta terra Maydæ, & casali Laconiæ, nominatq; terram Maydæ, & casale prædictum sub Comitatu, & sic sola
15 hæc nominatio operatur vnionem, l. prædijs §. titio ff. de leg. 3. l. Caius §. 1. ff. de leg. 2. l. seiæ §. tirandæ in fin. ff. de fund. instr. & instr. leg. l. quod in rerum §. si quis post, ibi fundorum ff. de leg. 1. vbi glos. in ver. domus Alex. in consil. 169. num. 9. vol. 5. latissime Tiraq. alia iura allegans de vtroque retractu in tit. de rettact. lignag. §. 36. glos. 3. nu. 4. & glos. Parisi. latissime in §. 1. glos. 5. num. 15. cum seq. & Annius in specie in alleg. 29. nu. 9. & 10. est etiam text. à Doctorib. non alleg. in §. illud decernimus, vbi Bart. in auth. vt Iudices sine quoque suffrag. quibus accedit priuilegiũ Regis Ferdinandi Primi, quo apparet Regem vnitæ concessisse sub dignitate Comitatus Neocastri, dictam terram, & casale, vt inferius subnectetur, & sic apparent crebræ nominationes feudorum prædictorum vnitæ sub nomine Comitatus, non solum in nostris priuilegijs, verum etiam in alijs anterioribus secundo illa verba post narrationem, dum concedit, & disponit videlicet, *dictum Comitatum Neocastri videlicet Ciuitatem Neocastri, terram Feroleti, terram Mayda, casale Laconia de eodem Comitatu*, & in alijs partibus dicti priuilegij passim narrat, seu exprimit Comitatum, & signanter in promissione euictionis, ibi in dicto Comitatu &c. ex quibus apparet dispositio Regis, affirmãtis terram Maydæ, cum alijs esse de Comitatu, & non abre, quia cum Rex voluerit concedere Comitatum Marco Antonio Caracciolo, quia à Comitatu incipit tam narratio, quam dispositio Priuilegij, & de eo passim vt supra in dicto Priuilegio fit mentio, in nonnullis eius partibus, vel terræ prædictæ suberãt à principio Comitatui, pro vt Rex narrat, & quæstio præsens non habet dubietatem, vel non, & tunc est iudicandum voluisse eo modo, prout asserit, & disponit illum con-
16 stituere, cũ Comitatus propriè loquendo, nil aliud sit nisi vnicum territorium in se continens plurimas villas, siue castra, secundum Bald. in cap. 1. de his qui feud. dare possunt, id quod latissime testatur Frecc. in dict. 2. lib. subfeud. in tit. quis dicatur Comes num. 23. cum seq. licet asserat quod hodie male seruetur, cum videamus concedi, & constitui Co-
17 mitatus dignitatem super vna terra tan-
18 tum, immo in Regno Franciæ nõ potest dici quis Comes, nisi habeat subse decem castra, siue decem Barones, nec Baro nisi habeat decem feudatarios, vt testatur idem Frecc. vbi supra num. 27. ex dictis

dictis Cassanei in sua glor. mundi consid. 46. nec pro vnione fundanda necessariũ
19 est verbũ vnientes, nempe vnio põt fieri expresse, & tunc sequitur, & fundatur ex illo verbo vniẽtes, fit ẽt tacite per nominationẽ, & possessionẽ vnitã, vt hic sicut
20 dicimus duos fundos vniri per amotionem terminorũ, sicut diuidi per appositionẽ illorũ, ita singulariter Bal. per illũ tex. in l. si quis duas, ver. & dicit Oldr. ff. coĩa ꝑdior & Bar. in d. l. qđ in rerũ in §. si qs post, id ꝗ fũdat tex. in d. §. illud decernim⁹ in auth. vt Iud. sine quoq; suffr.

Quibus omnibus verbis vt supra ponderatis iunguntur tertio alia verba in dicto priuilegio expressa, ibi *quibus inquantum prædictis obstant ex certa sciẽtia proprio nostro motu, & ex deliberatione nostri assistentis consilij, & ex dominica nostra potestate legibus absoluta quo ad prædictas Ciuitatem, terras, castra, casalia, vt supra consistentia pertinẽtias, & destrictum in genere, & in specie penitus derogamus, & pro derogatis haberi volumus, & mandamus*, ex quibus verbis tam narratiuis, quam dispositiuis, & exequutiuis, apparet enixa voluntas Regis voluisse concedere dicto Marco Antonio iam dictum Comitatũ vnitum, & vt cõsistentem in dictis terris, inter quas est terra Maydæ, & casale Laconię, etiã
21 ex vi dictæ clausulæ ex certa scientia, & motu proprio, quæ facit cessare dispositionem dictorũ trium iuriũ supra pro parte negatiua allegatorum, iuxta sententiam Dñi Abb. quam dicit notandam in d. c. dudum nu. 3. de priuileg. & Io. de Platea in d. l. 1. de metrop. Berit. Oldrad. in cons. 258. nu. 3. ver. nisi Papa diceret qđ proprio motu, per text. in c. si motu proprio de præb. in 6. eo impensius cũ appareat Regem Ferdinandũ sic asserentem, & disponentem vt supra priuilegiũ iam dictum dicti Comitatus dicto Mar-
22 co Antonio concessisse proprio motu, tum ex tot innumeris seruitijs, maxime importantiæ per ipsum præstitis, tum etiã ex lectura ipsius, quo fit, vt dictis verbis quantumuis ea fuerint assertiua, & enunciatiua credatur, ita Abb. in d. c. dudum nu. 3. & ibidem Innoc. tanto magis cum verba prædicta tractent propriũ factum Regis non alienum, cum ipse asserat possidere Comitatum sic consistentẽ in dictis terris, id quod asserere poterat ex certa scientia sicut expressit, & etiam poterat vnire, si diuisa erant castra à dicto Comitatu, stante illorum deuolutione ad Regem, vt ex dicto priuilegio, ex supra congestis in iure, etiam quia Rex fundat se super illa narratione, cum eade causa suam dispositionem, ac concessionem exordiatur à Comitatu consistente in illis terris, & dum inferius narrat terras prædictas dicit de eodem Comitatu, iuxta naturam propriam Comitatus, qui consistere debet de iure in vnione plurium castrorum vt supra, quo
23 casu non modo cessat dispositio dicti c. si Papa, & d. clem. si Sũmus Pontifex, verũ etiã militat dispositio d. clem. 1. de probatio. vt text. ibi aperit, vbi Imol. & cæteri, & declarat Gemin. in d. c. si Papa, & reliqui omnes in dictis iuribus, & Imol. in d. l. ex hac scriptura fin. col. vers. itẽ adde, id affirmat, & asseuerat contrarium probari non posse, id quod etiam sectatur Castrens. in cons. 158. 3. colum. vers. sed licet sit ita tamen ex quo Papa vol. 1. insuper Rex disponit hic de re sua, non alterius, quo casu iura prædicta cessant, cum cesset præsumptio iurium prædictorum fundata super voluntate Regis nolentis tertio præiudi-
24 care, etiam quia de iure non potest tollere alterius iura, nisi ex causa, ita decidit Decius in d. cons. 602. num. 15. &
25 quod dispositio dictorum iurium, procedat in iuribus alteri quæsitis, & eade causa esse contra iura communia, testatur idem Castrens. in d. cons. 158. 4. col. vers. item in alio est contra ius vsque ad finem, idem Castrens. in cons. 125. col. 3. volum. 2. Aymon cons. 217. num. 7. & late idem Aymon cons. 293. num. 3. & seq. eo impensius cum concessio prædicta successit duplici iure, ex titulo oneroso, tum respectu seruitiorum ingentium, prout idem Rex Ferdinandus Secundus affirmauit, tum etiam

quia pecunia etiam intercessit, quo casu non est credendum Regem decipere voluisse Marcum Antonium concessionarium, & proinde est asseuerandum, vel quod sic Rex Comitatum prædictum vnitũ, & consistentẽ in dictis terris tunc tenebat, vel quod sic constituerit vnitum dictum Comitatum.

Prædicta quoque fundantur, ac roborantur ex priuilegio Federici præfati, dum licet ad supplicationem Marci Antonij confirmat, & quatenus opus est de nouo concedit eidem dictum Comitatum, quem dicit consistere in terris, & castris prædictis seruata forma dicti priuilegij Regis Ferdinandi, ergo affirmat, & approbat vnionem prædictam.

Insuper prædicta omnia clara reddun tur, & amplius in dubium refricati non poterunt ex eodem priuilegio Federici, dum ex eo inspicitur post declarationem videlicet Comitatum consistere in terris prædictis, & illas de eo esse, & post confirmationem priuilegij prædicti Regis Ferdinandi, cum clausula, & quatenus opus est de nouo concedimus, inspicitur ereptio dignitatis Comitatus ex certa scientia, & proprio motu, dum perpenditur Marcum Antonium, de eo Regi Federico minime supplicasse, quo fit vt verbis prænarratis sit credendum, cum non sint enunciatiua, sed dispositiua per nouam ereptionem dicti Comitatus, de iure regulariter consistentis (vt supra fundatũ extat) in pluribus castris, & villis, & iam quod esset enũ-
26 ciatiua cum Rex se fundet super illis in ereptione noua Comitatus probarẽt dictis iuribus supra allegatis, & signanter d. cap. si Papa, & in dict. clement. 1. de probationibus, tanto magis quia eodem priuilegio mediante, idem Rex Federicus confirmauerat ereptionem dignitatis Comitatus super dictis terris, qui Comitatus est Vniuersitas castrorum, vt supra, igitur conijciendum est vnionem prædictam ex certa scientia approbasse, ac etiam constituisse, quibus accedit, quod vel approbatio, & cõstitutio dictæ vnionis Comitatus fuerit clara sicut sic cernitur ex supra congestis ex causa dictorum Priuilegiorum, & negotium est sopitum in fauorem Ducis, vel dubium, & tunc idem est censendum stante clausula apposita in dicto Priuilegio in fine, quod illud semper sit interpretandum in fauorem, & comodum ipsius Marci Antonij Comitis, quæ sic de iure fundata roborantur pluribus testium, & scripturarum probationibus in termino concesso adductis, ex quibus apparet terram Maydæ, & casale Laconiæ fuisse de dicto Comitatu, validantur prænarrata omnia ex fidibus cædularij extractis ab anno 1508. vsque in præsentiarum, ex quibus patet taxam adoghæ Ciuitatis, & terrarum præfatarum semper vnitam, & illius solutiones semper vnitæ processisse, & sic ex hijs, duo fundantur pro vnione prædicta, primum est quod si pri-
27 uilegia prædicta non clara sed dubia sunt pro vnione fundanda illa redduntur clara ex possessione subsequenti vnitæ possessionis, ex regula text. in cap. cum dilectus extra de consuet. in cap. 1. §. si vero fidelis de controuer. inuestit. & Mari. late in tractatu subfeud. lib. 2. auth. 46. & Annius allegat. 52. 1. volum. secundum vero illud est quod
28 cernitur vnita possessio illorum feudorum, quæ fundat vnionem, ita text. in l. cum fundus nominatim ff. de legat. 2. & in l. si ex toto in princ. ff. de legat. 1. Alex. in d. consi. 169. nu. 9. vol. 5. & glos. Parisi. vbi supra.

Et licet in Ciuitate, & terris prædictis appareat constitutos officiales separatos primarum causarum, id processit non quod separatæ fuerint iurisdictiones, sed ob commoditatem vassallorum, sed Iudex secundarum causarum fuit constitutus vnicus, qui incolatum fecit, & facit in Ciuitate Neocastri tanquam caput Comitatus, vt supra, quemadmodum testantur plures testes super 8. articulo, nec id inconuenit de
29 iure etenim feuda dignitatum sunt quo ad substantiam indiuisibilia, attamen quo ad administrationem sunt diui-

diuisibilia, ita Bart. in l. inter tutores in fin. ff. de admin. tut. Bal. Aluar. & communiter feudistæ in d. c. 1. §. præterea ducatus de prohib. feud. alie. per Fed. & latissime Curt. in tract. feud. 4. par. vers. 30. quæro an & quando diuidi in nona limit. primæ regulæ.

Assensus Dñi Proregis desuper impetratus per Illust. Ducem Nuceriæ, est nullus, quia in eo non fit mentio terram Maydæ fuisse de Comitatu. Secundo q̃a & si facta inspiceretur similiter esset inualidus, nempe Illust. & Excell. Prorex
30 carent potestate assentiendi alienationibus, ex quibus feudorũ diuisio nascitur vigore Regiæ Pragmaticæ vulgò dictæ nouem capitum æditæ per Cæs. Maiest. in anno 1531. Tertio quia in eodẽ assensu legitur clausula illa solita, natura feudi in aliquo non mutata, ita tamen, q̃ non inducatur diuisio vaxallorũ, vel iurisdictionis, feudorum.

Ex quibus apparet fundatam esse intentionem Illustr. Ducis Feroleti super
31 vnione dictarum terrarum Comitatui Neocastrẽsi, & successiue nullam venditionem præfatam, ac etiam Regium assensum desuper impetratum, tum ex dispositione iuris feudorum, iuxta text. in c. 1. §. præterea ducatus, vbi Andr. in prin. & ibi copiosissima apostilla Lipar. in verb. consuetudine, & Camer. nu. 99. de prohib. feud. alien. per Fed. tum etiã ex dispositione dictæ Reg. Pragmaticæ.

Quibus minime obstabũt aliquę scripturæ ex aduerso adductæ, excerptę, ac sumptæ, ex Archiuio publico testantes concessiones terrę Maydę, & casalis Laconiæ, separatim factas per retro Reges, cum loquantur de multo tempore ante scripturas per nos præsentatas, & sic illas non tollunt.

Paulus Staibanus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum consistens est participij, quod resoluitur in conditionem si constitit, & idem de verbo competens, & declaratur num. 14. & 16.*

2 *An probetur vnio ex verbis enũciatiuis.*

3 *Licet verba enunciatiua non probent tamen id non militat quando concurrit possessio longeua, quæ congruit verbis enunciatiuis.*

4 *Vnio est modici præiudicij à principio, & maxime in personam Regis constituentis vnionem.*

5 *Aggregatio in sedilibus est modici præiudicij, & ea de causa verba narratiua, siue enunciatiua probant, & ita decisum in S.C.*

6 *Quando verba enunciatiua sunt prolata à Regibus, qui potestatẽ habent vniendi illis standum est.*

7 *Verba narratiua quando sunt prolata à Rege, & non adest tertij præiudicium, probant, secus quando adest tertij præiudicium vt nu. 8.*

9 *Si Rex ex certa scientia voluerit tertio præiudicare vniendo, vel alia enuncian do, tunc verbis narratiuis, siue enunciatiuis creditur.*

10 *In casibus in quibus adest tertij præiudicium, & signanter in vnione Ecclesiarum, ex verbis assertiuis non inducitur, vnio & ratio.*

11 *Verbis assertiuis priuilegij creditur quãdo sunt priuilegia Regis subscripta, non solum manu quæstoris, sed aliorum officialium, maxime existente clausula ex certa scientia vt nu. 12.*

13 *In contractu emptionis, & venditionis, re pretio, & consensu interuenientibus reijcitur præsumptio, ac intellectus sonans fraudem Regis contrahentis.*

15 *Verba concepta per ablatiuum absolutum denotant conditionem.*

17 *Dictio cum copulat, & vnit.*

18 *Decisio S. C. in causa Mottæ Bobalinæ, non refragatur huic consilio, & nu. 24.*

19 *Creditor habet de iure electionem in bonis debitoris.*

20 *Creditor exercet arbitrium rationabile, quando exequitur non totam Baroniã, sed partem congruentem suo credito.*

21 *Assensus præstitus super dotis constitutione censetur datus eius exequutioni, & si rei traditioni.*

22 *Assensus respicit contractus exequutionẽ.*

23 *Assensus præstitus super contractu, seu priuilegio censetur etiam præstitus in his, quæ continentur in clausulis exequutiuis illorum.*

25 *Contractus, seu actus vltimus, qui fit ex necessitate præcedentis contractus validi, nō includitur in statuto prohibitiuo.*

26 *In statuto probibente mutuum aliquibus personis, non includitur mutuum factū ex necessitate præcedentis contractus validi.*

27 *Prohibita alienatione feudi non intelligitur de necessaria.*

28 *Licet emphiteusis non possit alienari sine domini assensu facta tamen ex necessitate tenet.*

29 *Licet vigore constitutionis Regni constitutionem diuæ memoriæ, permittatur reuocatio alienationis feudi, non impetrato assensu, illa tamen non militat in alienatione facta subhasta.*

30 *In generali alienationis prohibitione, nõn includitur necessaria alienatio.*

31 *Exitus præsentis causæ.*

CONSILIVM C.

Pro Illustr. Duce Feroleti, contra Illustriss. Ducem Nuceriæ Paganorum. Verba enunciatiua probant vnionem, quando concurrit possessio longeua, quæ congruit eis, maxime quando sunt prolata a Regibus, & in contractu emptionis, & venditionis, & in quibus alijs casibus probēt, & an possit adiudicari creditori aliquod feudum quod sit vnitum cum Baronia, & an possit vendi subhasta cum assensu Proregis.

LICET satis superq; in præcedenti consilio fundata sit vnio terræ Maydæ, & casalis Laconiæ, cum Comitatu Neocastri, & successiue venditio disiunctim facta Dño Duci Nuceriæ Paganorum sit nulla, etiam vti carens Regio assensu, ad id expresse necessario, nihilominus cum audiamus Dñum Ducem Aduersarium se tueri duplici fundamento aduersus prædicta, quorum primum consistit in eo videlicet de vnione prædicta fieri mētionem in priuilegijs Ferdinandi Secundi, & Federici in verbis assertiuis, siue enunciatiuis, quæ vnionem non fundāt, ex iuribus, & Doctorum Auctoritatibus per nos vbi supra citatis, ac alijs, quæ adduci poterunt, quibus additur verba prædicta enunciatiua carere veritate ex causa scripturarum in processu exhibitarū, ex quibus colligitur separatio dictarū terræ, & casalis à Comitatu Neocastri, vsq; ad tempus possessionis Aloysij Caraccioli rebellis, insuper prætendit illud
1 verbum cōsistentem esse participij, quod resoluitur in conditionem videlicet, si consistit cumq; minime Comitatus constiterit in terra, & casali prædictis, ex dictis scripturis igitur nō probant, nec disponunt vnionē, & credo ꝙ pars ad hoc adducat pract. Papiens. in tit. de for. sent. diffinitiuæ ver. absoluimus loquentem in verbo competens nu. 2. & in specie,
2 qđ non probatur vnio ex verbis enunciatiuis, audio afferre consil. Decij 522. nu. 5. fundatum super consilio Alex. 70. nu. 13. verf. nec obst. vol. 3. Secundo vero continet exemplū fundatum in scripturis præsentatis extractis à processu agitato in S.C. inter Dñum Sigismundū Loffredum, & Illustr. Comitem condeianni, contra quem fuit exequutū ad instantiam dicti Dñi Sigismundi in terra Mottæ Bobalinæ, ac vendita ad candelæ extinctum, & liberata dicto Dño Sigismundo cum assensu Illustr. & Excellen. Dñi Proregis tantum, nō obstante quod Comes allegasset illam non posse vendi tanquam vnitam Baroniæ Blanci, mediāte priuilegio Regis Federici, quod vtitur illis verbis, Baroniā Blanci consistentem in terra Blanci, & alijs terris, inter quas ascripsit dictam terram Mottæ Bobalinæ, ea de re necessarium duxi ad faciliorem dilucidationem iustitiæ D. Ducis Feroleti vltra per nos scripta, infra alleganda in medium adferre, ex quibus clara fiet per Iudicantes victoria præsentis causæ in beneficiū D. Ducis Feroleti.

Quod attinet ad primum, Dñs Dux dicit dictum obiectum non subsiste re-

tum

tum ex alijs deductis vbi supra, tum etiã ex infra fundandis. Primo quia licet ver
3 ba enunciatiua non probent, tñ conclusio prædicta non militat de iure quãdo concurrit possessio longeua, quæ congruit verbis enunciatiuis, vt hic, si quidẽ ex scriptura Regij cædularij de anno 1504. confecti vsq; ad hodierna tẽpora, siue dictæ venditionis, sẽper vnitę apparent taxate terra Maydæ, ac casale Laconiæ, cum dicta Ciuitate Neocastri, & terra Feroleti, & sic non modo apparet possessio longi temporis, sed longissimi, ad hunc modum singulariter scripsit Alex. in cons. 229. col. 5. vers. non obstat etiã vol. 6. quem referunt, & sectantur Crau. de antiq. temp. in princ. nu. 20. & latissime Mascar. 1. lib. de probat. concl. 106. nu. 12. fol. 112. à ter. & in concl. 103. nu. 17. fol. 111. eo impensius nempe cum dictis verbis adsit alia verba dispositiua, videlicet de eodem Comitatu, vt inferius ponderabitur.
4 Secũdo quia vnio est modici p̃iudicij à principio, & maxime in personã Regis constituẽtis vnionẽ, quemadmodũ mo-
5 dici præiudicij inspicitur aggregatio in fedilibus, in qua ea de causa verba narratiua, siue enunciatiua probant, quemadmodum sic fundauit, ac S.C. ita censuisse testatur D. de Franch. in causa Dñi Hieronymi de Morra in dec. 357. nu. 6. igitur, & si sumus in verbis enunciatiuis, nihilominus ex eis vnionem probari iure est asseuerandum.
Tertio cessat obiectũ nempe illa verba
6 enunciatiua fuerunt prolata à Regibus, qui potestatem habebãt vniendi, vt alias fundauimus, quo fit, vt illis standum sit, ita D. de Franch. in d. dec. 357. nu. 4. qui alleg. Aret. in cap. cum causam num. 25. vers. circa quartum, & vltimum extra de probat. quibus congruè additur verba
7 prædicta fuisse etiam prolata à Regibus prænarratis, eo tempore in eorũ dominio habentibus Comitatum iam narratum, & in eo nullum tunc tertij præiudicium tractabatur, quo fit vt verbis narratiuis credatur, etenim conclusio cõtraria fundatur tantum in præsum, ta mente
8 Principis nolentis tertij iuribus præiudicare, vt satis fundauimus in alijs allegationibus, quodque hoc sit verum patet
9 nempe, si Rex ex certa scientia voluerit tertio præiudicare vniendo, vel alia enũciando, tunc verbis narratiuis, siue enunciatiuis creditur, & hanc veram esse iuris opinionem fundauimus, & ex aduerso hoc non inficiatur, hinc datur responsũ ad omnia iura, & Doctorum authoritates, quæ ex aduerso adduci poterunt, & signanter ad d. cons. Decij 522. nu. 5. vt
10 ea loquãtur in casibus, in quibus aderat tertij præiudicium, & signanter in vnione Ecclesiarum, vt ex verbis assertiuis nõ inducatur vnio, quia agitur de particularium animarum præiudicio, quorum interest plures non pauciores Parrochios, Presbyteros, & Prælatos habere respectu seruitiorum, & eadem ratione tollitur consil. Alex. 70. nu. 13. vol. 3. super quo se fundat Dec. in d. cons. 522. nu. 5. vt idem Alex. vbi supra põderat, & proinde asseuerat illos esse citandos, & in vnione præfata alias esse sollemnitates adhibendas, vltra q loquuntur in verbis enunciatiuis à partibus, & non à Regibus, ad id potestatem habentibus tunc sine tertij præiudicio prolatis.
11 Quarto nempe sumus in priuilegijs Regum præfatorum subscriptorũ manu non solum quæstoris, sed aliorum officialium, quo fit, vt verbis pręfatis credatur, ita scripsere Capyc. late in dec. 166. nu. 7. & D. de Franch. in sua decis. 357.
12 nu. 4. tanto magis existente clausula ex certa scientia in dictis priuilegijs, & maxime in priuilegio Federici in partibus dispositiuis multum prægnante.
Quinto eo impensius dictis verbis est credendum ad dispositionem inducendam, si quidem inspicitur has scripturas, & signanter priuilegium Ferdinandi Secundi non posse nuncupari priuilegia
13 propriè, sed contractum emptionis, & venditionis re pretio, & consensu interuenientibus, in quo de iure reijcitur præsumptio, ac intellectus sonans fraudem Regis contrahentis, ita Affl. in dec. 392. post nu. 9. si ergo asseueraremus illis verbis

bis enunciatiuis non credi, nec dispositionem inducere, necessario sequeretur Regem Ferdinandum crebro asseuerantem vnionem prędictam etiam in dispositiuis, ex illis verbis de eodem Comitatu decepisse Marcum Antonium cōtrahentem, & emere volentem Comitatū, & terras sic vnitas, id ꝙ patet ex verbis dicti contractus, si quidem tam in narratiuis, quam dispositiuis, semper oratio sumitur à Comitatu nomine collectiuo plurium terrarum, vt alias fundauimus, id quod iure non est ferendum, igitur asseuerandum est illis esse credendum.

Nec supra narratis obstabit ponderatio ex aduerso (vt audiuimus) facta
14 super verbo consistentem, vt sit verbum participij, & successiue conditionale, & non dispositiuum, & ea de causa resolubile si cōsistat, nam primo respondetur, ꝙ si recte intuebuntur verba Papiensis fundant verbum cōpetens inducere dispositionē, vt ipse in principio quæstionis affirmat, cum sit verbum præsentis temporis, ad qđ alleg. l. si à colono ff. de verb. oblig. sed iam dictam contrariam conclusionem disponit, non ex vi illius verbi competens, sed respectu verborū adiunctorum videlicet, saluo iure cōpetenti duplici iure, tum quia verba sunt
15 cōcepta per Ablatiuum absolutum denotantē conditionem l. à testatore ff. de condit. & demonstr. & l. euictis agris ff.
16 de vsur. Secundo quia sententia dum concipitur per illa verba, Iudex non disponit, sed tantum reseruat, vt ex eius lectura panditur. Tertio quia huiusmodi intellectus, & interpretatio est contraria illis verbis dispositiuis sequentibus, scilicet de eodem Comitatu, quę sunt pura dispositiua, & non conditionalia.

Sexto necessarium duxi esse animaduertendum, ꝙ Dñs Dux Aduersarius se decepit, dum dicit terras prædictas separatas tēpore concessionis, seu contractus Ferdinandi Secundi, nempe dictæ terræ erant iam vnitæ, cū erectione dignitatis Comitatus per Regem Ferdinandū Primum in anno 1483. in beneficiū Regis Federici tunc eius secūdogeniti, cui sub triplici separata oratione concedit Principatum Squillatij cum eius terris, Comitatum Neocastri cum eius prædictis terris, & Comitatum Belcastri cum eius terris, cum erectione dignitatum Principatus, & Comitatuū, semper vtendo illa
17 dictione, *cum* & potissime in Comitatu Neocastri, quæ copulat, & vnit, ita text. vbi id notat Bart. in l. 1. ff. de fund. instruct. & inst. legato, dum postea contrahitur cum Marco Antonio, Rex Ferdinandus Secundus veram facit narrationem, seu enunciationem asserendo Comitatum consistere in dictis terra, casali, & alijs, ac etiam veram fecit dispositionem, dum in eo contractu leguntur illa verba de eodem Comitatu, & sic cum vera sit enunciatio, nō modo dispositio, illa disponit enunciatum, & sic eis standum est, & ꝙ sic Rex Ferdinādus Secundus concedere voluerit vnite dictū Comitatum, prout illum erexerat Rex Ferdinandus Primus, quā perlucidè demonstratur, ex multiplicatis verbis nō modo geminatis in dicto contractu expressis. Primo quia tam in enunciatiuis, seu narratiuis, quam dispositiuis, semper oratio sumitur à Comitatu. Secundo ex illis verbis cōsistentem. Tertio ex illis verbis in dispositiuis apparentibus, vʒ. de eodē Comitatu, quæ omnia verba geminata, & repetita semper respiciuntur in dicto contractu.

Reliquū est respondere prætenso exēplo ex aduerso adducto in causa terræ
18 Mottæ Bobalini, & pro respōsione aduertendum esse existimaui, quod S.C. in causa prædicta nō decidit, nec disceptauit articulum, an feudū Mottæ Bobalini fuisset annexum Baroniæ Blanci, nec nè, sed adiudicauit terram Mottæ Dño. Sigismundo vt supra, ea ratione, quia Dñs Sigismundus creditor Comitis mediāte assensu Dñi Proregis habebat obligata omnia bona feudalia Comitis, in quibus compræhendebatur terra Mottæ, licet de Baronia, nulla apparēte desuper Regia prohibitione, in personam Excellentissimorum Proregum, hic creditor ha-
19 bebat de iure electionem, ex reg. text. l.

cre-

creditoris arbitrio ff. de distract. pign. idẽ
20 creditor exercuit arbitrium rationabile exequendo non totam Baroniã, sed partem congruentem eius credito, ex reg. tex. vbi notatur, & per Doct. in l. quamdiu C. de distract. pign. dum Rex concessit potestatem assentiendi Proregibus, & assensus prædictus comprehendit feudum, licet membrum dictæ Baroniæ, & in hoc assensus validus est, etiam quia hipotheca valida, tunc membrum prædictum fuit diuisum, nempe Prorex in assẽsu super hipotheca respexit eius exercitium, quod nil aliud est, nisi non soluto debito ipsius exequutio, & vendi-
21 tio, nam assensus præstitus super dotis constitutione censetur datus eius exequutioni, & sic rei traditioni, ita scripsit Camer. in c. Imperialem fol. 46. lit. E. de probib. feud. alien. per Fed. qui allegat text. in terminis in c. 1. §. similiter de legat. Corrad. qui disponit, quod propter assensum legis, quę concedit, vt vassallus possit sine assensu hominis subinfeudare, quod litera bis dicit, qđ po-
22 test feudum dare, igitur assensus respicit contractus exequutionem, ita etiam scripsit Frec. latissime lib. 2. subfeud. q. 2.
23 nu. 17. insuper quia assensus præstitus super contractu, seu priuilegio censetur etiam præstitus in his quæ continentur in clausulis exequutiuis illorum, prout testatur late Camer. in d. c. Imperialem fol. 59. lit. S. qui allegat huius opinionis fuisse Curt. Iun. in cons. 3. col. 2. Deciũ in cons. 585. & Alber. Brun. in cons. 39.
24 & propterea cum ex hipotheca validè contracta super dicto feudo, licet membro ex valido assensu Proregis desuper interposito nõ prohibiti assentire super eo respiciente exequutionẽ dictæ hipothecæ fuerit inducta diuisio ex causa exequutionis super eo factæ arbitrio dicti Dñi Sigismundi creditoris sibi à lege concesso, exequuto arbitrio boni viri, videlicet super re sufficiente satisfactioni sui crediti, ea de causa S. C. iustissime censuit terram Mottæ Bobalini vendendam mediante Proregis assensu, quia hic vltimus contractus venditionis subhasta, & denique vltimus impetratus assensus non diuisere membrum à corpore, sed ille primus super hipotheca separauit, & sic successiue etiam iustissime sentijt Sac. Cons. liberandam esse terram Bobalini Dño Sigismundo præuio assensu Domini Proregis, cum ex illo actu alienationis non fiebat diuisio dicti membri, cum illa fuerat iam inducta ex contractu, & assensu præcedentibus, quibus accedit sollemne dictum Romani in l. si pecuniam nu. 8. ff. si cert. pet. post Aretin. & alios, de quibus per Titaq. de leg. con-
25 nubial. glos. 8. nu. 186. quod cõtractus, seu actus vltimus, qui fit ex necessitate præcedentis contractus validi non includitur in statuto prohibitiuo, & ideo in
26 statuto prohibente mutuum aliquibus personis non includi mutuum factum ex necessitate præcedentis cõtractus va-
27 lidi, & in specie ꝙ prohibita alienatione feudi non intelligatur de necessaria, scripsit Specul. in tit. de feudis §. quoniam quæst. 40. post nu. 62. vers. sed dic præmissa, & alia iura faciunt etiam ad hoc v3. text. in l. 1. ff. de offic. Procons. & in l. 2. §. itidem agitatum ff. ad l. Rhodi.
28 de iactu, & ideo licet emphitheusis non possit alienari sine Domini assensu l. 2. C. de iur. emph. si tamen fit ex necessitate, tenet Afflict. in decis. 191. & in propria materia alienationis feudi, licet re-
29 uocatio alienationis feudi nõ impetrato assensu, permictatur vigore constitutionis Regni constitutionem diuæ memoriæ, tamen hoc non militat in alienatione necessaria facta subhasta, quæ fit inuito alienante ex Iudicis decreto, vt tradit Frecc. lib. 2. subfeud. auth. 1. in 6. limit. constitutionis prædictæ, & ratio
30 est quia in generali alienationis prohibitione non includitur necessaria alienatio, l. alienationis ff. famil. hercisc. l. mulier §. si hæres ff. ad trebell. & l. diuus ff. de pet. hæred. cum alijs adductis per Tiraq. de legib. connub. glos. 8. nu. 200. & ex his omnibus decerni debet in fauorem Domini Ducis Feroleti, prout ita spero Dominos Iudicantes facturos, & ita iuris esse consulo.

31 Præ-

31 Præsens causa fuit transactione terminata; nempe D. Dux Nuceriæ soluto ei certo pretio restituit terras prædictas iusta hic allegata.

Paulus Staibanus.

Pro additione huius consilij est primo sciendum, quod in hac eadem causa pro Duce Feruleti, scripsit etiam Io. And. de Georg. ad præsens Regius Consiliarius doctissimus, vt in eius allegat. 8. sed pro Duce Nuceriæ, & sic pro contraria parte scripsit Fab. de Anna in cons. 44. & in cons. 66.

Ad nu. 2. an probetur vnio ex verbis enunciatiuis adde Reg. de Pont. in cons. 95. à nu. 13. vsq; ad nu. 30. par. 1. Scip. Rouit. in prag. 1. de titul. abus. in scriben. subl. nu. 82. cũ seqq. & nouissime Thor. in comp. dec. reg. in ver. vnio feudorum fol. mihi 579. & vnio feudorum ex quibus alijs probetur, vide eund. de Pont. in cons. 57. par. 1.

Ad nu. 3. adde quod verba enunciatiua in antiquis probant, & disponunt etiã si propter aliud essent emissa, Alex. in cons. 6. nu. 6. lib. 1. & in cons. 15. à nu. 2. vsq; ad nu. 5. lib. 5. Geminian. in c. si Papa col. 2. de priuil. in 6. Soccin. in cons. 266. nu. 28. & seq. lib. 2. Crau. de antiq. temp. par. 1. fol. 37. in par. impr. num. 1. & seqq. Ias. in cons. 65. nu. 1. lib. 3. Deci. in cons. 146. num. 14. ver. quinto prædicta conclusio, & in cons. 152. nu. 5. Reg. de Pont. in d. cons. 95. nu. 14. & nota q quando modicum adest præiudiciũ tertij tunc anni 40. sufficiunt ad inducendũ factum antiquum Aym. Crau. in d. tract. de antiq. temp. in princ. 1. par. num. 6. fol. 4. à ter.

Ad nu. 7. adde Paul. de Castr. in cons. 125. dubitatur primo an Comes nu. 8. lib. 2. Socc. in cons. 266. num. 27. & 29. lib. 2. Aym. Crau. in cons. 217. nu. 7. & in d. tract. de antiq. par. 1. nu. 5. & 6. fol. 24. & verba assertiua Regis ne dum probant, quando vllum tertij præiudicium adest, sed etiam si esset modicum, Socc. inter cons. Curt. Sen. in cons. 20. nu. 12. ver. sed ad hanc obiectionẽ, idem Aym. vbi supra nu. 9.

Ad nu. 12. adde quod quando adest in priuilegio clausula ex certa scientia, vel motu proprio, non potest aliquid contra opponi, Bald. in c. 1. & S. si quis autem de pac. constan. Dec. in cons. 191. nu. 4. & in cons. 463. nu. 16. & seq. Rolan. à Vall. in cons. 100. nu. 55. lib. 4.

Ad nu. 29. adde quod in venditione subhasta assensus potest impetrari etiam post mortem debitoris, non obstante reuocatione facta per hæredem, Dom. Patruus late supra in cons. 60. vbi plura ego addidi.

Et ex his ad laudem indiuiduæ Trinitatis, & gloriosissimæ, ac Deiparæ Beatę Mariæ semper Virginis Aduocatæ meæ, sit impositus finis istis additionibus in primam partem Consiliorum Dñi mei Patrui à me elucubratis, in quibus amice Lector si aliquid boni reperies id totũ Omnipotenti Deo (à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit, Iacobo Apostolo teste) referas, quod si aliquid rude, seu inelegans in eis fuerit, id imbecillitati meę, ac temporis breuitati, ascribas remittendo prędicta omnia, ac me ipsum semper iudicio Sanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ, in cuius grembio viuere, ac mori protestor.

Paul. Staib. Iun.

LAVS DEO, BEATAEQ; VIRGINI MARIAE.

Imprimatur . . . Alexander Episc. Carin. & Vicar. Gener. Neap.
Alexander Ruffus Canonicus Deputatus vidit.
Aloysius Riccius Canonicus Deputatus vidit.

NEAPOLI, Ex Typographia Octauij Beltrani. M. DC. XXII.
SVPERIORVM PERMISSV.